



FELICIS PLATERI ARCHIATRI ET PROFESS. BASIL.

DE CORPORIS HVMANI STRVCTVRA ET VSV

LIBRI III.

TABVLIS methodicè explicati, ICONIBVS accuratè illustrati.

Qui libri cùm Operi practico recens ab eodem autore edito plurimùm inseruiant, denuò sunt publicati.







Basileæ,
Apud LVDOVICVM KÖNIG.
M. DCIII.

ARGVMENTA LIBRORVM.

LIB. I.

Corporis humani partium ſimplicium ſtructura & vſus.

LIB. II.

Corporis humani partium compoſitarum ſtructura & vſus.

LIB. III.

Corporis humani partium per icones delineatarum explicatio.

Generoſo & Illuſtri
DOMINO
D. EGENOLFO
Rapolſteni, Hohenaci, Gerolzeccijqúe Regulo
FELIX PLATERVS
S. D.



NTER varia, quæ inſatiabili quadam ſciendi cupiditate allectus homo ſectatur ſtudia, generoſe DOMINE, imprimis mihi variarum rerum, quæ mundi immenſa obitum comprehenſa, vel terræ viſceribus abſtruſæ latent, vel ab ea emergunt, vel in aere aquisúe liberæ vagantur, cognitio, præ cæteris omnibus placuit & arriſit. In quibus ego, Optimi Maximi illius opificis ineffabilē potētiam, inſcrutabilémq; ſapientiam, in tot lapidibus, metallis, plantis, maximè verò viuis animantibus condendis effigiandisq;, præſertim autem ſummam in homine, abſolutiſsimo ad ipſius imaginem fabricato opere, exſtruendo induſtriam, admirari nunquam, ſatis potui. Cœpi à teneris, naturæ quadam inclinatione hoc ſtudio delectari, & in plantis inſectuqúe obuijs, quinetiam animantibus, ſi quando mactabantur, quadam cum voluptate intueri. Mox verò, ſtimuli præſertim huius occaſione, Medicæ arti animum adyciens, cùm humani corporis ſtructuræ notitiam, non tantùm fundamentum illius artis, ſed & reliquarum diſciplinarum veluti fontem eſſe perſpicerem: vt huius pleniorem, &, ſi fieri poſſet, abſolutam aliquam cognitionem conſequerer, iam ann[illegible]us quàm triginta, primum in Gallia, ſubinde in Germania, præſertim verò in Academia hac noſtra Baſilienſi, cui Anatomes exercitium familiare & conſuetum reddidi, quinquaginta amplius humanorum corporum ſectionibus manus adhibui, & quæ ex horum ſedula inueſtigatione peti potuerunt, adhibitis interim alijs quoque animantibus, aliorumqúe obſeruationibus, diligenter perquiſiui: tantóq; cognoſcendi ardore hoc ſtudium proſequutus ſum, vt me neq; operatio ipſa, per ſe aliàs horrenda, & humano generi non nihil abominanda, nec pericula etiam, quibus ſæpè, vt ſecandi materiam conſequerer, me expoſui, neque occupationes tum aliæ, tum præſertim Medicæ, eæqúe laborioſiſsimæ, quæ per multos annos reliqua mea ſtudia retardarunt, ab hoc contemplationis genere auocare potuerint. Cuius exercitij aſsiduitate, ideam humani corporis admirandæ fabricæ animo concipiens, perpetuoqúe verſans, non

tantùm in nuda conformationis compositionisque illius obseruatione subsistere, verùm; latius res examinando, diuersasq; illius partes inter se conferendo, actionemq; vnius alterius vsu metiendo, adhibitis interim è functionum læsione, qua præcipuè partis munus cognoscitur, ab ijsq; è veris fontibus petitis argumẽtis, vsum quoq; illarum diligentius perpendere & inuestigare volui. Quo nomine, cùm de varijs, de nouo à me obseruatis, vel non sufficienter ab alijs explicatis, cum viris doctis priuatim interdum conferrem, publiceq; in scholis nonnunquam docerem: sæpenumero admonitus, vti obseruationibus meis in lucem editis, communi studerem vtilitati, vel saltem vlterius progrediendi doctioribus occasionem præberem, & faciliore breuioreq; via artis huius difficultates comprehenderem, proponerémq; : victus tandem tot admonitionibus (etsi non defuturos scio, qui ea quæ à me præstita sunt carpturi sint) saltem vt æquioribus satisfacerem, ea quæ tot annis in vnum congesseram, methodiceq; disposueram, sub incudem reuocare aggressus sum, & vrgentibus admodum studiosis superiore anno ad finem perducere. Cæterum, cùm festinatione opus esset, neque ego, domesticis interim, maximè vero Academicis præcipuis negotijs mihi demandatis impeditus, ad hæc operosa praxi medica, quam pestis hoc ipso tempore sæuiens laboriosiorem reddidit, detentus, institutum hoc meum, ea qua institueram diligentia prosequi potuerim: mirũ nemini videatur, in tanta támq; varia animi distractione, multa in hoc opere vel omissa vel commissa, minusqúe ob id multis, sicuti nec mihi ipsi, satisfactum fuisse. Quod tamen, vti æquum lectorem dextre interpretaturum, sic eundem animo grato, quicquid hic à me præstitum est, suscepturũ confido: eoqúe magis, cùm commodissimo doctrinæ genere, per bimembrem diuisionem res explicando (quæ docendi ratio semper mihi præ cæteris ad res intelligendas aptior visa est, sed quam faciliùs reprehendere quam imitari liceat) hic vsus sim, eaq; corpus humanum in sua membra, veluti per Anatomicam analysin, dissecuerim, eademq; rursum per Philosophicam genesin in vnum composuerim, singulorumq; non tãtum formam, sed & vsum pari ratione exposuerim. Etsi verò, vt post Homerum Iliada, sic post Vesalium, Columbum, Fallopium, Anatomica tractare, non modo operosum, sed & odiosum esse videbitur: at ipsa tractandi methodus, non tantùm labores illorum (quos præceptorum loco & colimus, & alijs colendos proponimus) illustrare, verumetiã nostros cõmẽdare poterit. Neq; tamẽ interim dissimulare possum, multa à nobis superiorum ingeniosis obseruationibus & inuentis, cùm aliàs, tum potissimum in partium vsu, qui in hoc genere primas sibi vendicat, addita fuisse: quæ suis quæq; locis breuiter annotare, & ne operis moles excresceret, delibare potiùs quàm multis verbis prædicare, aut argumentis pluribus confirmare volui: cùm studiosi lectores, cum aliorum laboribus hæc conferendo, & ad radium tabulamq; Anatomicam expendendo, facile, si non industriam, saltem conatum nostrum & cognituri sint, &, vt mihi persuadeo, approbaturi. Quorum iudicio sincero, quicquid hic à me præstitum est, totum defero: Tuo vero, Generose DOMINE, patrocinio, cuius fauorẽ, humanitatẽ & liberalitatem toties tot annis expertus sum, vnicè cõmitto: obnixè rogãs, vt munusculũ hoc, meæ erga D. T. & illustrem FILIVM tuũ, paternarũ virtutũ hæredẽ, Rapolsteniæ gentis columen, gratæ deuotæq; voluntatis pignus, solita animi alacritate suscipiat, meq; de meliori nota commendatum habere pergat. Vale, Heros magnanime. Basileæ Cal. Febr. Anni M D L XXX III.

IN

FEL. PLATERI OPVS ANATOMICVM

PETRVS MONAVIVS MEDICVS Vratislauienſis.

Quantula ſunt hominum corpuſcula; ſi modo ſpectes
Hanc oculis molem, quã foris illa patet.
Attamen hæc eadem ſunt corpora quanta viciſsim;
Omnia ſi penetres, quæ cute tecta latent.
Hinc adeò paruus multis eſt nomine dictus
Mundus: quòd magni forma puſilla foret.
Nil habet in ſeſe cœlum, nil machina terræ,
Deniq; nil vaſtus pontus & aura tenent,
Cuius non aliqua ſit cernere parte figuram:
Si, quæ claudit homo, ſingula quæq; notes.
Quin, ne quid deſit, diuinæ particula auræ
Iuncta, Creatoris quæ ſit imago docet:
Sic ſui auctoris monſtrat veſtigia ſolers
Natura, innumeris accumulata bonis.
Quamuis ſunt autem priſcorum tradita ſcriptis
Plurima, quæ meritò laude vehenda putes:
Sint licet & noſtro pauca haud superaddita ſeclo,
Non ſatis attentos quæ latuere patreis:
Nemo tamen metam ſtatuat poſitam eſſe labori,
Et iam detecto cuncta patere ſinu:
Non ita naturam vinclis conſtinxeris arctis,
Illius accuſes nec malè gratus opes.
Ipſa tibi ſemper, quæ neſcis, diuite penu
Promet, muneribus prodiga facta ſuis:
Multaq; vt accipias, multo tibi plura relinquet
Accipienda, modò non ſatur eſſe velis.
Ergo Vueſalium ſi legeris, atq; Galenum,
Et quæ Fallopius, quæq; Columbus habet,
Iungere PLATERI *ne dedignere tabellas,*
Et partum vigili ſedulitate librum:
Hic quoq; non vlli prius obſeruata videbis,
Quæ magna ægrotos vtilitate iuuent:
Non audita tamen, proprio ſed cognita ſenſu,
Dum ſecat artifici mortua membra manu.
Adde, quòd acceßit ſuper omnia lucidus ordo.
Sedibus & conſtant quæq; locata ſuis.
Sic ergo optabis longæuæ munera vitæ
Auctori, vt poſthac edere plura queat:
Inprimis breuibus quam tentat ſcribere verbis
Pellendi morbos cum ratione viam.

Eiuſdem.

Quòd ſi de cœlo deſcendit ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ,
Qui liber id monſtrat, ortus & ipſe polo eſt.

Eiuſdem.

Sis felix, Felix, felicibus vtere fatis,
Felici felix det Deus auxilium.

BARTHOLOMAEVS HVBNERVS
ERFORD. MED.

Qvàm bene Felicis tribuit tibi nomen Apollo,
Platere, Aonij gloria summa gregis:
Seu stirpes etenim tractes, plantasq; recentes,
E varijs terris quas tuus hortus habet:
Pharmaca seu facias ex his languentibus ægris,
Sæua quibus vitam rumpere Parca cupit:
Corpora siue seces hominum: felicior vnus
Omnibus es reliquis, quos ego nosco, viris.
Plenius vt facient testatum scripta diserta,
Quæ de simplicibus, corporibusq; paras.
Vesalius palmam tibi Matthiolusq; relinquent,
Tam tua sunt genio scripta referta bono.
Viue diu Felix, felicibus vtere fatis,
Sospite te felix sic quoq; Phœbus erit.

THOMAS MOVFETVS ANGLVS
MEDICVS.

Qvis hæc Galenus opera? quis Cous senex?
Quis præditus genio vtriusq; Syluius?
Quis hæc Columbus, Fallopius, aut quis sagax
Vesalius edidit? obsecro, dicite mihi.
Nam scripsit hæc eorum aliquis, id bene scio:
Aut alius hoc in genere peritior quidem.
Quòd si alius: Hem, fateamini dictum vetus,
πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

IO. SPONDANVS MAVLEONEN-
SIS GALLVS.

Compactos hominum, Felix, cur diuidis artus,
Frustatimq; Deo viscera sancta secas?
Parce mihi, duræ sunt hæc nimis aspera mentis
Facta, tuoq; tua est ars inimica Deo.
Ille hoc tam mira iunxit compagine corpus,
Tu contrà iunctum tam malè dilaceras.
Quid loquor? imò huius tantæ miracula molis
Hæc tua iam nobis detegit vna manus.
Conditor ergo Deus, tu nostri dicere doctor
Corporis: inde tibi stat decus, inde Deo.
Quin tu penè Deo facias æqualia, Felix,
Qui tanti arcanum noueris artificis.

Idem.

Qui volet, extollat qualem sibi vendicat artem,
Et studia aliena non probet.
Iste meam liuor mentem non occupet, vna
Sitq; mihi amica veritas:

Dixero

Dixere sola mihi verè studia illa probari,
Hominem homini quæ detegunt.
At cùm illum ex anima constantem & corpore summus
Rerum crearit artifex,
Hinc solùm doctrina duplex mihi perplacet, estq́;
Anima altera, altera corporis.
Altera dat nobis æternùm viuere cœlo,
Terris salubriter altera.
Illam sola mihi diuina volumina monstrent,
Hanc tua, Platere, volumina.
Quis me ita non speret felicem deniq;, Felix,
Anima futurum & corpore?

Idem.

Sat scio probabit vix mea vllus carmina.
At hac Poëtam scribere ne putet bonum,
Testem putet scripsisse fidum & integrum:
Cùm vera scribam, quomodo scribem, haud interest.

PETRVS CASTANEVS AD FEL. PLATERVM Medicum.

Τίπτε θεύδεσσι πραπίδεσσιν ἤπαλον ἔργον
Τρυχόμενος καμάτῳ ξυστοδρόμοις ἄμυνς
Ὄφρα πέλει λογίων ἀνδρῶν δ' ἐύεσσιν ἄελπτον
Λειπτὸν, τῶνπερ ἔης μηρύεμεν σέλισιν,
Τῶνδε γεγώνησεν Νίκανδρος νηΐδι θυμῷ,
Παῦρα δ' ἰόντα βροτοὺς ζῶα, τάδ' ἐξέλιπεν.
Τιμὴ δ' Πλάτε αἶρε τεμὼν παντοῖα γένεθλα,
Δοῦκες ὕδρος χείλεα ἀζάλεα,
Ἀ' δροσερὴ ῥαίνεις, τοί ἐπεὶ χάριν ἐκπορίαψεν
Φοῖβος ἀμυσὶ ἐς σὲ συμπλέκεν ὥστε τόσα
Χλίδας ἂν κραδίῃ ἐπὶ καμμονίῃ ἀγέρωχῃ,
Οὐχ οἴοντε θιγεῖν τῶν χρόνου δρέπανον.

LIBER PRIMVS.

Corporis humani partium ſimplicium ſtructura & vſus.



IMPLICES *corporis partes eas, quas ſenſus maximè tales eſſe iudicat, primus liber proponit, vt ipſarum natura prius cognita, corporis humani, quod ex illis componitur, conſtructionis ratio, ſequenti libro explicanda, melius intelligatur. Hic enim corpus ex ſuis partibus componimus, illic idem in ſua membra reſoluimus. In vtroque tamen opere ſingularum corporis partium, ſed hic in genere, illic in ſpecie conſideratarum, mentionem facimus. Vtraque autem hæc methodus, & in ſcholis in Anatome explicanda, & in ſectione adminiſtranda, vſui erit, priorique inſtituto liber primus, poſteriori verò ſecundus præſertim inſeruiet.*


DISPOSITIO LIBRI PRIMI.

- **PARTES** ſimplices quæ humanum corpus componũt ſunt vel
  - *Primaria*, corporis molem præcipuè conſtituẽtes, vſumq. præ cęteris inſignem præſtantes, tum
    - *Fulciendo* & firmãdo, vt ſunt partes ipſius duriores, Oſſeæ, in intimo ſeu centro corporis latentes, quibus cętera omnia adnectuntur, & impelluntur: dicunturque OSSA.
    - *Infarciendo* & adimplendo, vt ſunt partes ipſius molliores, Carnoſæ, ad carnis veræ naturam plus minúſue accedentes, ſiue albæ ſiue rubræ. Cùm autem ſimplex caro vix inueniatur, partes ex ipſis compoſitas enumeramus: vt ſunt quæ
      - *Motu* voluntario oſſa, & per conſequens partes illis adhærentes mouent. & ſunt MVSCVLI.
      - *Generant* materiam aliquam ad nutritionem, generationem, vitam, vel ſenſum neceſſariã, vel humores aliquos excrementáue continent: & dicuntur VISCERA.
  - *Secũdaria*, primarijs tam dictis, tum oſſibus tũ muſculis & viſceribus inferiores, eaſq. componentes, atq; inter ſe quoq; mutuũ vſum præſtantes: vt quæ
    - *Propriè* partes dicuntur faciunt id vel
      - *Deferendo* aliquid. Vt ſunt Ductus oblongi, caui vel integri, ſpiritum, humores vel excremẽta ad nutritionem, vitam, & ſenſum, viſceribus, muſculis & oſſibus deferentes: & vocantur VASA.
      - *Abſoluendo* ipſarũ cõpoſitionem, vt ſunt partes
        - *Cartilaginoſæ*, nunc oſſa connectentes, nunc partes molliores, vaſa, cutem, carnem firmantes: ſuntque CARTILAGINES.
        - *Membranoſæ*: quæ vel
          - *Vinciunt* & copulant oſſa ſimul, vel illa continent, vel muſculos viſceraque ſuſpendunt: & appellantur LIGAMENTA.
          - *Inuoluunt* & inueſtiunt
            - *Intrinſecus* viſcera, muſculos, oſſa, vaſa: & dicuntur MEMBRANAE.
            - *Extrinſecus* vniuerſum corpus. Totũ corpus ambiẽs, quod dicitur CVTIS.
    - *Impropriè* pars dicitur (cùm ſit tantùm humor, partis tamen alicuius inſtar fixus) id efficit inungendo omnes totius corporis partes ſupra enarratas: nominaturq. PINGVEDO.


OSSA describuntur

- *Generatim*. Situs primum, qoo in corporis abdito, cum reliqua sustineant, vndique latent immersa, solis dẽtibus nudis, ad maiorẽ vim inferendam, prominentib⁹. Atque horum
  - *Vsus* est
    - *Communis* omnibos ijs q̃ corporis molẽ cõstituunt, vt essent
      - *Fulcra* seu fundamẽta & trabes quibus
        - *Firmarẽtur* tum
          - *Corpus* vniuersum & erigeretur, ne collaberetur, & homo reperet: pluribus tamen, vt nihilominus moueri posset compositũ
          - *Partes* singulę, vt sic stabilitæ, resisterent melius rebus quibus opponuntur, & in motu cierentur.
        - *Sustinerentur* tum
          - *Ossa* ipsa inter se, cum in motu os ad os moueatur, & in quiete os osse fulciat
          - *Partes* reliquæ omnes, quæ ossibus & innituntur, & adnascuntur, & suspenduntur.
      - *Propugnacula*, instar muri & clypei, defendentia & munientia partes, quibus vel circumponuntur, ut facit caluaria & thorax: vel opponuntur, vt reliqua.
    - *Peculiaris* quibusdam exiguis ossib⁹, cum ad corporis molem nil faciãt, sed reliquis ossibus tantum
      - *Praeponantur* ad retinendos tendines, ne ab ipsis in motu declinarent: quod præstant officula tendinibus innata in genu & digitis.
      - *Affigãtur* ad
        - *Conterendas* res: sicuti dentes, quibus tamen etiam gingiuæ adnascuntur & firmantur.
        - *Auditum* quacunque tandem ratione iuuãdum, officula tria auditus cauitati inclusa, quibus tamen membraneum tympanum quoque adnascitur.
  - *Structura* varia est in
    - *Quantitate* tũ in
      - *Numero*, quo variat, prout pars vel
        - *Moueri* debuit, tunc vno constat osse, si ad aliam moueatur: vel duobus & pluribus interdũ, si per se moueat.
        - *Immobilis*, tunc vel vno constituitur osse, vel pluribus, ratione vel situs contrarij, diuersa ossa requirẽtis: vel substantiæ, quę vno osse constare non potuit: aut securitatis, ne vno osse læso omnia periclitarentur.
      - *Dimẽsione*. Magna sunt quę magnas, parua, quæ paruas partes stabiliunt, minora quoque, cũ plura ossa ad partis compositionẽ requiruntur. & in
        - *Longitudine* & latitudine accommodãtur se partib⁹ quas formare debuerunt. Sic
          - *Longa* sunt ossa pedum & brachiorum, & quæ thoracem ambiunt costæ, reliqua breuia.
          - *Lata* sunt fulcra quibus hæc nituntur, & quæ capitis cauitatem amplam constituunt ossa.
        - *Profunditate*
          - *Crassescunt* roboris causa, vbi cauitates & foramina ambiunt, articulosque efformant.
          - *Tenuia* alibi tenuitatis gratia existunt
    - *Qualitate* tum in
      - *Substantia*. Vide SVBSTANTIA.
      - *Forma*. Vide FORMA.
  - *Commissura*. Vide COMMISSVRA.
- *Particulatim*, In Sceleto. Vide SCELETOS.

SVB-



- SVBSTANtia ossium,
  - *Constituit* cut poríb. duris, io pueris hic iode cartilaginosis, ætate magis magisque indurescentib. Suot tamen
    - *Solidiora* magis, id que roboris causa, tum
      - *Omnino*, ossa quædam
        - *Parua*, ne confererentur facile: vt in masticatinoe dentes, in motu item articulorum ossa ipsis præfixa sesamoidea. Huc & ossicula auditus refereoda, quorum tamen soliditas ad sonum vpiculari aliquid videtur.
        - *Tenuia*, ne fiuderentur facile, vt nasi & maxillæ quædam.
      - *Ex parte*, ubi
        - *Tenuiora*, illic omnino solida, ne periclitarentur: vt in caluaria, scapulis, & euxendice.
        - *Crassiora*, illic tantum solida, cum sunt
          - *Excauata*: vt melius sic cauitates in ipsis formarētur. Veluti vbi
            - *Plena* medulla, in medio ferè ossium loogiorum.
            - *Vacua*, sed antris, caniratib. cuoiculisque excauata, vt io osse froons, maxillæ circa nasū, & auditus cauitatis ossibus ob duritiem lapideis dictis.
          - *Integra*, intus forisque lamioa seu squama solidiore, plus mioufue crassa, tamen ipsorum substātia ioteriore coercēs: vt in reliquis ferè omnibus ossibus cartilagine noo incrustatis.
    - *Molliora* seu rariora omnia ossa crassa & integra intrinsecus, tam parua quā magna, vt nutrimentum melius admitterent & contioerent: cum sint vel
      - *Mucosa*, succoque medulloso infarcta, vbi appeodicibus dicendis iunguntur.
      - *Spongiosa* & cauernosa reliqua sede, leuitatis quoque causa.
  - *Componitur* adnatis quibusdā partib. q̄ sunt ossiū substantię vel
    - *Similes*: vti
      - *Appēdices*, quæ in pueris cartilagineæ, in adultis molliori ossis substantiæ quæ ipsis iungitur omnino consimiles, hæ
        - *Situ* vel
          - *Locantur* in extremitatibus ossium ferè omnium, siue caua siue integra sint, in articulis & processibus ipsorum: vt dicetur in singulis ossibus.
          - *Coniunguntur* ossibus, tuberculis sinibusque, quæ vtraque mutuo ingressu conferunt, & conglutinantur ioteruenieote cartilagine, vnde in iunioribus per vim diuelli possunt, in adultis, ea absumpta, & remaneote duntaxat aliqua apparentia lineæ, omnino ossibus coalescunt.
        - *Vsum* habent meo videre, vt extremitatē diuersam a reliqua ossiū substantia efficerēt, vnde additamenta hæc fuerunt apposita, idq; ob multas cōmoditates. Sic enim
          - *Continuātur* ossibus, hic humidioribus (p̄sertim in pueris dū adhuc crescunt) existentibus, corpora quædā, minusq; exarescunt, vt q̄ ipsis
            - *Adnascū*tur in extremitatibus
              - *Musculorum* capita & insertiones.
              - *Ligamenta*, quæ Columbus ex substantia ipsarum enasci putat.
            - *Illinitur* cartilago in articulis. Qui & ob humiditatem loci melius sic mouentur, forte & attriti ob materiæ copiam rursum augentur.
          - *Muniuntur*, cum iniuriis magis cedant ossium extremitates & eminentiæ, præsertim cum cartilaginosę existunt. Quorū vices etiā in adultis in multis processibus appendice destitutis cartilago supplet.
      - *Cartilagines*: cum ossium pleræque partes dum crescunt cartilaginosæ existant, postmodum quoque multæ ossium vices subeant, ipsorumque extremitatibus adnascantur, eaque simul conglutinent: vt dicetur in cartilaginibus.
    - *Dissimiles*. Vide DISSIMILIA.



DISSIMILES ossibus partes sunt

- *Membrana*, periostium dictum, firmissimè ossibus cohærens, eaq; quasi illinens, cuius beneficio fortasse & ossa obtusè sentiunt: proinde vndique ea tum
  - *Foris* inuestit: iis demptis lineis vbi aliud committeretur continuo vsu, vt in dentibus, & in articulis cartilagine incrustatis.
  - *Intus* succingit, nisi vbi aliud quid ipsis proximius accumbere debuit, vt dicetur in membranis.
- *Vasa*, quæ ossa vel
  - *Subeunt*: vt Venæ tantú crassiora ossa penitius etiam subintrantes, cùm ad nutritionem non sufficeret illis vasa tantum attendi sicuti tenuioribus ossibus, sed etiam profundius illis in locis vbi crassa sunt inseri: vt in vertebrarū corporibus & in longis ossibus circa extremitates, reliqua parte medulla impletis.
  - *Non subeunt*
    - *Arteriæ*, quæ in ossa nusquam inseruntur, cū spiritus citra ipsarum adminiculum facile ossa quoque peruadat.
    - *Nerui*, cum contactum ossis durioris perferre minime potuerint, nec ossa, cum sensu destituantur, illis opus habuerint.

FORMA ossium tum appendicum varia, præter enim colorē, quo vbi solida albent, vbi mollia pallent, vel subrubent, varias figuras quibus comparantur exprimunt, ob quas & nomina sæpius acceperunt. Conformationem autem hanc obtinent vel

- *Non articuli* sed alterius vsus insignis gratia. Sic præter asperitates aliquas, quas vbi illis quippiam adnascitur habent, quædā ossa hinc inde obtinuerunt
  - *Prominentias*, processus, apophyses, ab ossibus vel appendicibus productas, nulla tamen distinctione separatas, nisi quatenus aliqui processus etiam appendices habent. Hi
    - *Conformatione* sunt
      - *Acuti*, mucrone quodam. Talis cornix dicitur: vt processus maxillæ inf. & temporum styloides.
      - *Obtusi*, vt mamillaris temporum processus.
    - *Vsu* protuberant externorum vt
      - *Applantentur* commodius illis exortus & insertiones musculorum, ligamentorumque.
      - *Propugnacula* sint partium: veluti spinę dictæ in vertebris & scapulis.
  - *Impressiones* vti
    - *Sinus* variè formatos, plus minusue profundos, tum
      - *Externus* in superficie vt
        - *Contineretur* aliquid melius vel
          - *Semper*, quæ sinibus hisce
            - *Adnectuntur*, vti exortus eorum insertiões
              - *Musculorum*: vt in femoris externo processu.
              - *Ligamentorum*: vt in 2 vertebra & femoris acetabulo: & alij multi, qui inter foramina numerantur, si profundi & patuli sint.
            - *Vehuntur*, ne sua sede declinarent vt
              - *Tendines*, maximè cum reflectuntur circa articulos, vt in radio, talo, calce.
              - *Vasa*, venę, arterię & nerui: vt in costis longissimi sinus, & alij multi.
          - *Aliquando*: in motu tantùm, ossis processum, quē retinent, ne vltrà quam oporteat is moueatur, sed vbi ad certum terminum deductum fuerit, sistatur: vt in humeri anteriore & posteriore sede cauitates sunt vlnam retinentes.
        - *Cederent* partibus nobilioribus, ne illas impedirent, quibus & sedem aptam parant: sic variæ inscriptiones in interna caluariæ sede cerebri vasis & anfractibus se accommodantes occurrunt. Sic & alibi musculis cedunt ossa, atque illis imprimuntur.
      - *Internus*. Vide INTERIVS.
    - *Foramina*. Vide FORAMINA.
- *Articuli* causa. Vide ARTICVLI.

INTE-

INTERIVS in substantia (præter cauernas seu poros quibus ossa crassiora spongiosaq; fiunt) Cauitates insignes sunt, quas vel vnum os vel plura interdum efformant. Suntque vel

- *Repleta* materia, eius gratia excauatæ sunt, vt
  - *Medulla* sinus dicti oblongi fistulosi, in omnibus ferè longioribus ossibus tam paruis quàm magnis, iuxta extremitates fibris quibusdam osseis disterminati.
  - *Parte* aliqua quã continent, vt
    - *Minores* alueoli dicti dentium.
    - *Maiores* ex pluribus ossibus continuatę cauitates: qualis est orbita oculorum & scutella caluariæ.
- *Inanes*, aërem tantum admittentes. Vt antra dicta in ossibus capitis multis, & auditus cauitates, meatus & cuniculi.

FORAMINA quibus ossa peruia sunt vel

- *Omnino*, iisque vel
  - *Ampla* valde, eũ
    - *Crassiora* transmittunt: vt spinalem medullam occipitij ossis & vertebrarum foramina.
    - *Leuiora* fieri debent, ut pubis ossium foramen.
  - *Parua*, cum transmittant
    - *Vas* paruum, venam, arteriam, neruum: vt ossa pleraque capitis & maxillæ sup. quibus & ad excrementorum excretionem natura abutitur.
    - *Aërem* odoratus causa: os capitis cribrosum.
- *Parte* exteriore tantum, profunde tamen, quo à sinibus dilectuni, vt quæ
  - *Venas* admittunt, in crassioribus ossibus obuia.
  - *Ligamenta* producunt, asperaque admodum sunt iuxta articulos.

ARTICVLI motus causa varia ossiũ forma, ad quẽ efformandum cum bina ossa committantur in extremitatibus, aliud confert ossis partẽ alterum os

- *Subintrã*tem, Tuberculũ, nunc
  - *Prominẽs* & manifestum in quo est
    - *Caput* cartilagine incrustatum, ossis alterius cauitatem manifestè subintrãs, quod
      - *Conformatione* ad formam capitis conuexũ & vel
        - *Rotundum*: vt femoris & humeri suprema capita.
        - *Oblongum*: vt maxill. inf. & occipitij, ad primam vertebram pertinentia capita.
      - *Numero*
        - *Simplex* & vnum, vt femoris & humeri suprema, & pedij post brachialisque ad prima digitorum ossa.
        - *Duplex*, sinu in medio distinctum: vt femoris capita, & digitorum primorum & secundorum ossium inferiora.
    - *Ceruix* interdum sub capite. Estque angustior ossis pars, cui caput affixum est, illic tantum existens, vbi liberius citra impedimentum in suo sinu volui debuit: vt in femore, & pedij, postbrachialis, maxillæ inferioris ossibus, & talo.
  - *Depressum*, quod nodum, condylum, improprie etiam caput vocant, cum sit ita planum, vt sæpe à suo sinu cui iungitur minime distinguatur, cartilagine quoq; incrustatum: vt in tarsi & brachialis ossibus nonnullis, & vertebrarum corporibus.
- *Recipientem*, in quo est Cauitas nunc
  - *Profunda*, obtinens
    - *Sinum*, quem acetabulum, pyxidem, cotylen nominant, caput prominens excipiens, eíd & quod cartilagine illitus sit, & numero & conformatione respondet, in iis ossibus quæ capita admittunt.
    - *Extuberantias* in sinuu
      - *Ambitu* nunc
        - *Acutiores*, margines, supercilia, labra vocant, quę sinũ impensius cauum, ad luxationem prohibendam vbi magni fiunt motus, reddit, & formatur vel
          - *Ossis* parte illic eminentiore: vt in coxendicis acetabulo.
          - *Cartilagine* interdum noua addita, vt in scapulæ & genu articulis: vide Cartil.
        - *Obtusiores*, referentes potius caput, in cuius medio sinus inscriptus est: quod in radio tãtum ferè inuenit, ob diuersum illius motum.
      - *Posteriore* sede: ceruicem quoq;, vbi arctior pars ossis ante sinum existit, quod in scapula ferè tantum euenit, vt melius ad ipsam sic humerus volueretur.
  - *Superficiaria*, obscura, quę glini dicitur, cui nodus seu κόνδυλος ita committitur, vt vix dum distorqui possit vna pars alteram subintret: Veluti in ossibus quibus nodus iungitur.

- **COMMISSURA** seu synthraxis ossium duorum mutuo, admodum variat tum ratione
  - *Ossium* formæ, illic vbi inuicē cōstruuntur. Vnde diuersa oriunt cōmissurarū genera, q̄ omnia (si vnionem demas) ad *ἄρθρον* refert Fall. Alias enim fit nexus
    - *Mobilis*, separabilis ARTICVLVS, *ἄρθρον* plerisque dict⁹: *διάρθρωσιν* seu ab articulatione nominat Fal. Huius notatur
      - *Vsus*: vt in motu ossa cedere, & per consequens partes ipsę seq quoque possent. Qui motus variat tū in
        - *Quantitate*. Fit .n. motus ossium in aliis articulis vel
          - *Manifestus* & euidēs: diciq. DIARTHROSIS.i. laxa articulatio, q̄ Fall. generatim omnib⁹ articulis ad motum paratis attribuit. Fit in
            - *Articulorum* speciebus q̄busdā vel
              - *Per se*: in enarthrosi & ginglimo pleronque, in trochoide semper, vt illic dicetur.
              - *Per accidens*: in arthrodiis multis, quarum cum qualibet ad motū (licet obscurè) aliquid conferat, fit manifestus illius partis motus.
            - *Ossibus*
              - *Maioribus* ferè: vt capitis supra collū, & artuum flexoris tribus in brachio & pede.
              - *Minoribus* quoque, vt digitorum.
          - *Obscurus* & latens, & dicitur SYNARTHROSIS, coarticulatio, quā Fall generatim commissuris nō mobilibus, si vnionem demas adscribit. Fit in
            - *Articulorum* hisce specieb⁹ in arthrodia & nexu mobili semper ferè: rarius in enarthrosi & ginglimo, vt dicetur.
            - *Ossibus* minoribus ferè, cum in pluribus simul copulatis singulorum motus separatim non satis pateat: vt in vertebris, & brachialis & pedis multis accidit ossibus.
        - *Qualitate*. Fit enim ossium motus in articulis q manifesto motu mouent tantum deprehēsibilis, in rectum, transuersum & gyrum. Mouenturq. ossa vel
          - *Vno* tantū illorū motuū genere (nam in transuersum tantum nullum os ducitur, quod nō oportebat à corporibus sed ad corpora mouere) vel in
            - *Rectum*, ut
              - *Ginglimo* solū, tūc enim
                - *Flectuntur* in angularem formam.
                - *Extenduntur* in rectā lineam.
              - *Ossium*, cubiti cum humero, tibiæ cum femore, & digitorum quinque extremis & mediis articulis.
            - *Gyrum*, tunc partes circumuertuntur manifestius: vt in trochoide vertebræ secundæ cum prima.
          - *Pluribus* ex iis motus generibus: vt in
            - *Enarthrosi*, ꝓpriè accidit ad manifestū motum edendū: mouētur vel
              - *Duobus* tantū cum articul⁹ est minor, idque modo vel
                - *Communiore* simul in
                  - *Rectum*: tūc flectunt & extendūtur in angulos vel
                    - *Aequaliter*, vt brachiale ad cubitum
                    - *Non aequaliter*, sed magis flectunt in angulum, extenduntur verò paulò supra rectam lineā: prima digitorū internodia.
                  - *Transuersum*, siue ad latera adducunt & abducunt aliquousq; tantū, nō in angulos acutos, sed obtusos iam enumerata, vti & maxilla inferior.
                - *Priuato*: simul in rectum & gyrum: radius ad vlnam & cubitum.
              - *Tribus*, cum laxus est articulus, vt femoris, humeri elatior. Fit motus simul in
                - *Rectum*, flectendo & extendendo in angulus.
                - *Transuersum* ad latera, plus quam in his qui duobus tantum aguntur motibus.
                - *Gyrum*: non tamen adeo circumuertuntur, vt cum articulus tantum est huic motui destinatus.
            - *Arthrodiis* multis fit, vbi tota pars ex multis est composita, duobus motibus manifestis cietur: vt in rectū maxime & latera, nō in angulos tñ, vt in enarthrosi, sed circulatim, huc illuc, seu in hoc vel illud latus: vt dorsi motus.
      - *Forma*. Vide FORMA. A
    - *Immobilis*. Vide IMMOBILIS. B
  - *Materia* quę nonnunquā accedit. Vide MATERIA.

FOR-


A FORMA articuli varia est, à qua articuli genera, inde species variæ denominātur, ob vsum multiplicē formā variam adepti. Nam in duorum ossium coniūctione vel

- *Vnus est articulus*, differēs in eo, quod superficies quibus mutuo cōueniūt, in motu vel
  - *Dislocari* possūt, vnde luxantur interdū. Hic perficitur sinibus capitibusque mutuo cōuenientib⁹, nō nexis, sed cartilagine incrustatis (vt in motu magis essent lubrica) hisque vel
    - *Simplicibus*, cū in vno articulo duæ tantum superficies mutuo cōiungūt, idque modo vel
      - *Communi*, q̄n os ossi nobiliter inseritur. Sic q̄n caput est
        - *Prominens*, tūc fit articuli species ENARTHROSIS, Inarticulatio, vt in Cotyle accidit, cū sinus apparēs caput extuberans excipit. Tunc fit motus quantitate
          - *Manifestus*, in qua solū articuli specie qualitas motus varia oritur. Nam cientur variis motus generib⁹, prout caput vel rotundū, vel aliquibus locis depressum. Sic mouetur
            - *Omnibus* tribus, cū capita exactè rotunda sunt, vt in omnes partes volui possit os. Vt in humero & femore.
            - *Non* omnibus, sed rectis duntaxat, & destituitur vel laterali vel circumuertionis, cum capita non rotunda sunt, sed vel oblonga recta vel transuersim.
          - *Obscurus*: in qua specie qualitas motus ægrè iudicari potest, vt
            - *Cartilaginum* costarum ç cum osse pectoris, quia valdè nectunt.
            - *Ossium* tarsi cum nauiculari, cū tres sint in vno osse. & brachialis, quia in duob. lateribus sunt articuli.
        - *Depressum*, tunc dicitur ARTHRODIA: vt in Glini accidit, cum sinus est leuis, & caput depressum. In hac specie, motus quantitas & qualitas illorū ossium separatim cum parua sint
          - *Non* deprehendit, quia parū dimouentur: si tamen plures sint in vna parte articuli, tunc singulis aliquid obscurè ad motum conferentibus illius quoq. motus obseruatur, circularis potius in rectum & latus, quàm in angulum: vt in ossibus brachialis, cum postbrachialis nonnullis: & tarso cū ossib⁹ pedij & nauiculari accidit.
          - *Deprehenditur* nonnūquam in priuato motu primę vertebræ corporum cum 2, vbi manifesta est arthrodia, & tamen laxè mouetur, in gyrum tamen fit.
      - *Priuato* vni alterius articulo: quando os canum, rotæ instar processum alterius tanquam axim admittit. TROCHOIDES dici potest. Vesalius ad enarthrosin refert. Motus tunc fit manifestus circumuersionis, vt in rota. Talis est articulus primæ vertebræ cum secunda.
    - *Composito*, cum in vno articulo plures superficies inuicē cōstruunt dicitur GINGLIMOS, qui duob. modis sed parū differentib. perficitur. quando vnu⁹ ossis
      - *Capita* duo manifesta in medio sinu distincta, inserūt se sinibus duob. alterius ossis, & in medio sinu earu hcrantiā alterius admittūt: vt cardines fenestrarū lat. tūc fit motus
        - *Manifestus* ferè, cum superficies quæ iunguntur non rotundæ, & in rectū tantū, cū multa capita motū in latus impediant. veluti articulus femoris ad tibiam, & digitorum ossium.
        - *Obscurus*, cum superficies mutuo insertæ acutæ: vt in articulo postbrachialis trium ossium cū brachialis 5, 6, & 7.
      - *Sinus* rotund⁹ velut in rotula seu trochlea, in medio cauat⁹ & vtrinq; marginibus eleuatus
        - *Processum* alterius ossis, si oui congruētem, recipit sicuti rotula funem. Tunc fit motus manifestus semper plus minúsve, prout rotula admodum circuo ducitur: isq. rectus vel
          - *Tantum*, secundum rotulę ductum, vt humerus cum vlna.
          - *Non* tantum, sed & transuersus in latera, si nō ita sint angusta latera, sed lata seu oblonga, in quib. ad latus quoq; os impelli possit. Vt in postbrachialis osse pollicem sustinēte, cum ç brachialis, & fortè tibiæ cum talo.
        - *Os peculiare* vehit, quod tendini innatum, in illo sinu, sicuti funis in rotula ducitur. Huius motus obscurus non satis diiudicatur, alium vsum præstans: vt in patella, & ossibus sesamoideis.
  - *Non dislocari* possunt, vnde neque luxari. Fit hic superficiebus seu basibus planis, cartilagineo ligamento fibroso ipsis cōnato validissimè nexis. NEXVS vel coalitus mobilis dici potest. Vesal. ad arthrodiam refert. Hic licet obscurè hæc ossa separatim moueantur, si tamen plures sint articuli, totius partis manifestus quoq. fit motus, circularis. Manifestus
    - *Maga*, si plura sint ossa, & cartilago interueniens copiosior sit: sic vertebrarum nexus manifestum faciunt dorsi motum.
    - *Minus*, si secus eueniat: vt in pectoris osse, quod tamen quoque nonnihil moueri videmus.
- *Plures* sunt articuli, inuicē distātes, quibus ossa (cū sic vsus requirebat) mutuo coostruūtur: idq; spē supra dictarum vel
  - *Eadē*, p enarthrosin duplicem, fit manifest⁹ mot⁹
    - *Circumuersiona* radij ad vlnam: nam vt longum hoc os circumuerti possit, supra infraq. capitibus, quasi semicirculis, ad vlnam voluitur.
    - *Rectus* occipitij ossis cum prima vertebra: nam cum in medio trāsmittat dorsalem medullam, vtrinq. articulum habuit.
  - *Diuersa*, per
    - *Arthrodias* duas &
      - *Trochoidem* vnam. fitque manifestus motus circumuersionis primæ vertebræ supra secundam, in medio trochoidi, vtrinque arthrodijs.
      - *Nexum* mobilem vnum, fit obscurus motus vertebrarum à 2 ad 12 vsque: in medio enim nexu corpora, processus vtrioque arthrodijs iunguntur.
    - *Enarthroses* duas & nexum mobilē vnum, fit manifestior motus vertebrarum à 12 thoraces & lumborum: in medio nexu, & vtrinque enarthrosibus.

B

IMMOBILIS nexus, firmus & inseparabilis, generale nomen nõ obtinuit, Synarthrosin incerti dũ vocãt Græci, Colũbus ad Symphysin refert. Contextus ossium est genus, quod naturaliter separari nõ potest. Huius notatur

- *Forma*, à qua variè ipsius species denominatur. Nam eum cõtextus iste est
  - *Unitus*, dicitur *σύμφυσις*, *ἕνωσις*, coalitus, vnio. Est ossium coalitus, ac si vnũ esset os. Talis est
    - *Propriè*, cum inniteem interuenientis cartilaginis iungunt, asperitatibus & tuberibus motuo subintrantibus: quæ tamẽ vel vi, vel coctione disiungi possunt
      - *Magis*, cùm cartilago intercedens vix percipitur, toto ætatis tempore deperditur. Quæ si fit
        - *Crassior*, vti in vnione coxæ cum sacro, & pubis ossium inuicem, tunc vehementer illis ossibus impulsis, cedere nonnihil vnio hæc potest, non tamen ob id dislocari: vt in partu ossa pubis existimãt, cũ nexus hic validus ligamẽto ambiẽte simul stringat. Laxus coalitus dici põt.
        - *Tenuior*, ne tantillum quidẽ ossa hæc inuicem dimouentur, vt appendices ossium.
      - *Minus*, cùm cartilago citius absumitur, remanente duntaxat coniunctionis linea, vnde vix vnquam separari hæc ossa possunt: vt in nexu ossium sacri inter se, & occipitis cum cuneiformi, in basi.
    - *Non propriè*, cum ita coalescit, vt separari amplius nulla arte nisi fracta possint (neq. n. ad commissuras referre oportet, quod vnum fit) vti accidit
      - *Naturaliter in* ossibus
        - *Puerulorum*, cartilagine in aliquot partes diuisis, quæ tamen in ossiũ veram substãtiã successiuè abit, atq. omnis cõiunctionis linea obliterat: vt in ossiculis maxillæ inf. occipitij, vertebratum, & coxendicis.
        - *Adultorum*, cùm costæ in cartilagines degenerant, vbi nullus nexus, sed totalis vnio.
      - *Non naturaliter in*
        - *Fractis* ossibus, callo simul vnitis & ferruminatis.
        - *Commissuris*, morbo vel senio extremo connatis: vt
          - *Suturis* capitis: sic illa quæ auditoriũ meatũ diuidit, statim coalescit & obscuratur.
          - *Articulis*
            - *Capitis* cum prima vertebra.
            - *Vertebrarum*, in gibbosis.
  - *Distinctus*, dicitur *συνάρθρωσις* Fall. quam Vesal. obscuro motui attribuit: In quo manifestè ossa iuncta distincta apparẽt, diuisione apparẽte magis
    - *Inæquali* seu aspera, vti in crassiorib. ossibus max. accidunt (in te[r]nuioribus. n. fuissent inualidæ) extremitatib. ipsorũ mutuo vel
      - *Implicatiua*, quæ dicitur *Raphe* sutura. Implicatio est ossiũ, extremitatum asperitatibus mutuo congredientibus, representans
        - *Magis* propriè Lumborum suturã, vnde nomen, qua panni vnius floculi in alterius sinus mutuis ingressibus consuuntur. Hanc exprimunt pulchrè suturæ capitis aliquæ: vt coronalis circa tempora, & lambdoides ferè tota.
        - *Minus* propriè
          - *Serratam* compagem, *πριονώδη* dictam, duarum serrarum mutuo aculeis subintrantium similitudine: vt sutura sagittalis, & quæ frontem sæpè diuidit.
          - *Vaginam* commissuram, *σύμπηξις ἐν ἔντερα* dictam. Gibbis partibus, sinib. alterius, mutuo ingressu insitis.
      - *Infixa* dicitur *γόμφωσις*. Cõpositio ossiũ, in qua os aliud alteri infixum: claui instar, vt ne tantillum quidem naturaliter moueatur. Hac priuatim dentes alueolis infiguntur.
    - *Æquali* seu leui, vti in tenuioribus ossibus max. accidit, extremitatibus ipsorum mutuo accũbentib. forma vel
      - *Lineari*, & dicitur *ἁρμονία*. Cõiunctio ossium per simplicem lineam, citra manifestum tuberis & sinus mutuum ingressum, qui rate tamen ita ad amussim simplex, quin asperitates aliquæ occurrant. Et hęc per lineã vel
        - *Rectam*, in nasi ossibus.
        - *Circularem*, in maxillæ 2. osse, in oculi camera.
      - *Squamosa*, & dicitur *λεπιδοειδὴς προσκόλλημα*, conglutinatio squamosa: ossibus, vbi iunguntur, squammarum instar attenuatis, & mutuo incũbentibus, ac si arteonata mutuo glutinarẽtur papyri instar. Asperitatem tamen lenem ona subintrant obtinent, & postea vbi mutuo incumbunt crassescunt: vti in temporibus, & albi in capite.
- *Usus*. Diuiduntur ossiũ hæ cõmissuræ immobiles, tũ vt ossa
  - *Varijs* ex partib. cõstarẽt, qđ illis vsu venit ratione vel
    - *Substantia* diuersæ, qua simul connasci non potuerunt, vt solida fungosis, duriora mollioribus: vt in
      - *Gomphosi*, dentes solidi, fungosis maxillæ ossibus infigũtur.
      - *Suturis* & vnione sæpe accidit.
    - *Quantitatis*: sic lata ossa, ne læsa omnino perirent, in multas partes diuiduntur: vt in ossibus latis &
      - *Crassis* accidit caluariæ, suturis & harmonijs distinctis.
      - *Tenuibus*, quæ suturis non cõmodè poterant distingui (cum in crassioribus tantum locum habeant) tunc distinguuntur harmonia vel squamosa glutinatione.
    - *Situs*, quo ossa simul adiacentia
      - *Non* respondent, vt cum transuersa vel obliqua rectis committuntur, sic diuiduntur, vt in coalitu ossis coxæ cum sacro.
      - *Correspondent*, quando in medio corporis coniunguntur, sæpe diuiduntur linea in dextram & sinistram partem ossis, in
        - *Crassioribus* vnione, vt in osse pubis.
        - *Tenuioribus* harmonia, vt nasi ossa.
  - *Transmitterent* fibras duræ membranæ, quibus cerebrum caluariæ suspenditur: vt in suturis caluariæ, multis ob id, vt æqualiter cerebrum caluariæ, toto e medio crassæ membranæ, suspenderẽt: non autem vt transmitterẽt fuliginosa excrementa, vt volunt, cum cerebro non aliter ad has pateat aditus, quã communi modo quo corpus perspirabile est.



- MATERIA noua ossium con iunctioni vel
  - *Accedit*, quæ ipsis adnectitur. Vnde commissurarum species rursum uriuntur: partim nominibus donatę, partim anonymæ. Cùm materia hęc ea vel
    - *Conectat* inuicē
      - *Per se*, propria materia qua inuicem
        - *Colligantur* articuli
          - *Omnes* Ligamentis, & fit coniunctionis species Synneurosis dicta: qua cū laxiores sint & mobiles côiunciuuſ, & vel
            - *Extrinsecus* orbiculatim eos ambiunt, strictus vel laxatus, prout articulus esse debuit.
            - *Intrinsecus* capitum medio inseruntur, succenturiatura cum laaus est articulus.
          - *Aliqui*
            - *Membranis*, vt ossicula auditus inuicem membranis quasi inteata.
            - *Tendinibus*, patella & ossa sesamoidea quibus præfiguntur articulis.
        - *Conglutinantur* Cartilagine, & fit Synchōdrosis dicta, qua tum in
          - *Articulo*, aliquando cartilagine interueniente ossa nectuntur: vt in nexu mobili vertebrarum.
          - *Coalitu* ossa mutuo interuentu visci huius cartilaginei glutinantur, ne tantillum vacillent, mediæ naturæ inter ea quæ nectit.
      - *Per accidens*, eum ossa materia dicta vel ꝓpria suhstātia cōnexa ꝓpriè, carne ipsis adnexa, ob aliū tamē vsum melius cohærescunt, fit Synsarcosis talis dicitur vel
        - *Magis* proprie in
          - *Gomphosi*, in qua dentes radicibus distentis alueolis infixi, gingiuis ea parte amplexi, commodius firmantur, licet per se firmiter inhæreant, ita vt ablatis gingiuis nōdum nisi valde exiccati excidant.
          - *Commissura* scapulæ, quæ licet acutiori sede articuletur humero & clauiculis, latiori tamen parte musculorum tantum beneficio costis hæret.
        - *Minus* proprie in
          - *Articulo*, qui musculis obducti, ab vno osse exorti, alteriqúe inserti, vinculorū modo eos nectunt, vt in humeri deltoide.
          - *Commissura* aliis, propria suhstantia cohærentibus, quib°, paucioribus suturis pręsertim, caro superinducitur, plurima in squamosis glutinationibus.
    - *Non connectat*, sed intercedat duntaxat, non necans causa, sed vt ossium impetus exoluat, vel sinus adaugeat. Vide Cartilagines.
  - *Non accedit*, & nullo materię ratione, sed propria sub stantia connectuntur vel
    - *Per se*: quæ propriis in connexu lateribus
      - *Infiguntur* inuicem asperitatibus mutuis, quas vt commodius obtinerent, incrassioribus tantum ossibus locum obtinent: vt in suturis: neque enim fibris, quæ eas transeunt, connectuntur.
      - *Concrescunt* ita, vt vnum quasi ex duobus iunctis inuicem fiat os: vt in vnione accidit.
    - *Per accidens*: quę non proprij cōneaus asperitatib° (cum lęuis sit ferè) sed vicinorum maximè ossium conneaus causa cohærent, qui si dissoluatur, statim & ipsa dehiscunt. Vt in
      - *Harmonia*, quæ occurrit cū sutura ferè locum habere non potuit. Quæ connectitur beneficio suturarum quarum pars est, vt in ossibus
        - *Tenuioribus* nasi, & maxillę 2.
        - *Solidissimis*: vt suturæ in interna caluariæ squama seu lamina solida, ferè omnes in harmoniam desinunt.
      - *Squamosa* conglutinatione, quæ beneficio aliarum suturarum quoque cohæret, quarum pars esse videtur in osse temporum.

DORSVM, Cum sit basis aliorum ossiũ primo loco describitur, tum quatenus

Tab. 4. fig. 1.

- *Integrum* à capite per corporis trunci longitudinẽ posteriorem mediã (ne visceribus interioribus impedimento esset) descendit: quo ductu, primùm extrorsum, mox obliquè rursum introrsum ducitur, corporis cauitatibus sic se accommodans: Atque
  - *Formam* variam admodũ exprimit nam
    - *Caudam* quandam articulatã spinosam refert, q parte sua
      - *Anteriore* qua corporis interiora spectat, ne interna viscera læderet, æqualis & vnita, inscriptionibus tamen transuersis toto ductu notata, & per totam ipsius longitudinem fistulæ instar excauata.
      - *Posteriore*, quã partim carne infarcitur, partim è corpore educitur, propter varias musculorum applantationes, & vasorum transitus admodũ inæqualis, inuicemque deducta, & (vt in macilentis tangimus) velut in multa plectra diuisa.
    - *Longitudine* corporis truncum immitata, angustior circa initium existens, sensim versus inferiora crassescit, mox etiam latescit, tandemque in acumen desinit: quod illi ob varios illius vsus euenire necesse fuit, vt dicetur.
  - *Vsum* habet, tum vt
    - *Sustentet* corpus vniuersum, atque in homine in altum erigat, cum illi reliqua omnia, vt dictũ, connectantur.
    - *Muniat* dorsalem medullam, quam à capite descendentem, & neruos vtrinque emittentem comprehendit, tutòque deducit.
- *Partibus* constat diuersis, inter quas duæ sunt principuæ, quę variant, quia alia est
  - *Mobilis*, superior, longior: xxiiii ossibus, breuib⁹, sed crassis (vertebris dictis) inuicem succedentib. & sensim ad imum conferentib⁹ extructa. Huius describitur
    - *Generatim* primũ
      - STRVCTVRA.
      - CONTEXTVS.
    - *Particulatim*, Partes tres ipsi⁹, quas trũco corporis stabiliendo confert: in quib⁹ singulis priuatum quid inuenitur. Ita diuiditur in partem quę stabilit
      - *Ceruicem*. Elatiorem scilicet dorsi partem, quam perficiũt vertebræ CERVICIS.
      - *Thoracem* & partem ventris inferioris superiorem. Media dorsi sedes est, costis ornata quam constituunt vertebræ THORACIS.
      - *Ventris* inferioris portionem. Pars dorsi basi proxima, quã efficiunt vertebræ LVMBORVM.

    fig. 1, ab A ad F.
  - *Immobilis*, inferior, breuior quam constituit
    - *Basis* dorsi crassior: tum dorsi pars superior illi innixa sit, atque reliqua ossa quibus corpus sustinetur illi adaptentur. Ventris inferioris partem, peluim dictã & ductus continentem, firmans: & dicitur SACRVM OS.
    - *Cauda* huic basi adnexa, tenuior: veluti additamentum dorsi, quod ductus aliquos vlterius à corpore productos sustentat: & est COCCYX.


    fig. 1, à G ad K.

STRVCTVra Dorsi partis mobilis varia est: Nam amplior est circa basim, inde sensim versus superiora circulatim nonnihil ducta angustatur, Lõgitudinemq; eam, vt corpus versus terram sufficienter flecti possit obtinet. Huius Tab. 4 & 5.

- *Prominentia*
  - *Anterior*, crassior, Corp⁹ vertebrarũ dicitur, cui⁹ *fig.* 1. 2. 1. 2.
    - *Substãtia* fungosa intrinsec⁹, lamina obducit solida, eo crassiore, quò minores sũt vertebræ, atq; adnascuntur illis
      - *Appendices*, in basib. ipsorum latis, infrà post secundã, & suprà, in reliquis omnibus. Fall. ligamẽtum cartilagineum sic in ambitu induratum esse putat, sed cum & reliquę appendices in iunioribus cartilagineæ sint, postea verò indurentur, quid obstabit, quo minus appendices appellẽtur Tab. 18. fi. 7, ch. 2, 4.
      - *Cartilagines* tum quæ
        - *Connectunt* ligamẽti instar vertebras inuicem, laxo nexu. *fig.* 1, a & Tab. 28 *fig.* 7, 1.
        - *Conglutinant* appendices suis ossibus Tab. 28. *fig.* 7. 1, 1.
    - *Forma* in
      - *Circumferentia* anteriore sede protuberat nonnihil & æqualis est, nisi quatenus sinus pro costarum articulo in thorace obtinet, posteriore verò sede medullæ cedit, atque inæqualis est.
      - *Basi* superiori & inferiori lata, exprimens renum figuram, nonnihilq; æqualis.
  - *Posterior* tota quæ à corporis laterib. & posteriore sede producitur, tantò solidior quãtò tenuior: septẽ prominentias, in singulis vertebris emittens, nempe
    - *Processus* tres, qui subiectas partes muniũt, & applicationes musculorum cõmodè admittunt, vt in
      - *Posteriore* sede media vnum, quem spinam vocant, obliquè deorsum vel rectà retrorsum eductam, quæ duabus radicibus bifurcata, vtrinque rectis tuberculis innititur. Suntque omnes à sexta ceruicis vertebra appendices. *fig.* 1. P. P, P.
      - *Lateribus* duos, vtrinque vnum, transuersos à ductu vocatos, qui anteriore magis sede quam recti educti, tubercula quoq, in thorace ad articulationem proferunt: vbi & appendice donantur. *fig.* 1. M.
    - *Tubercula* 4. vtrinque duo: articuli causa, cartilagine incrustata: In lateribus, inter transuersos, & posteriores processus, supra infraq. productos, atque vno processu vertebrarum corporibus innixos, vnde Recti dici possent: ex quib.
      - *Ascendunt* duo, ex elatiori vertebrarũ sede sursum educti, substrati descendentibus *fig.* 1. O.
      - *Descendunt* duo, ex humiliori ipsarum sede deorsum exerti: instrati ascendentibus, externã ob id sedem occupãtes, *fig.* 1, N.
- *Foramina* (præter sinus de quib⁹ in singulis ipsius partibus dicesi) sunt
  - *Maiora*, tũ per quæ
    - *Dorsalis* medulla descẽdit: Vnum per singulas vertebras deductũ, vnde verticulos referunt. Hoc
      - *Fertur* in medio ipsarum deorsum, inter corpus & posteriorem ipsarum sedem. *fig.* 3, 4, 1 t.
      - *Amplum* ferè æqualiter vndiq., medullæ correspondens, neque enim in inferioribus ossibus angustatur, quod Anatomicos, crassitiẽ ipsorum spectãtes, decepit. Nec prima vertebra cæteris amplior, quia sinus qui illam separatam a cæteris ampliorem facit, repletur dente quã do reliquis coniuncta est.
    - *Neruorum* paria prosiliunt, & vasa medullã accedunt: vtrinq. tot quot sunt vertebræ: duabus vertebris ad vnius foraminis constitutionem conferentibus. Hæc
      - *Exsculpuntur* in lateribus, versus posteriora, inter latus posterioris sedis corporis, & tubercula Tab. 4, fi. 1 Q Q.
      - *Sinus* referũt, suprà infraq; inter corpora & processus rectos, in singulis quatuor, excisos, vel
        - *Inæqualiter*, maiorẽ partẽ foraminis cõstituentibus vertebris
          - *Inferioribus* in ceruice.
          - *Superioribus*, in lũbis.
        - *Æqualiter*, supra infraque, in thorace.
  - *Minora*, q̃ venas admittũt, in corporib⁹ vertebrarum occurrentia, hæc
    - *Occupant* sedem corporum vtramque, maximè posteriorem medullam respicientem, vbi quoque insigniora, præsertim in thoracis vertebris. Tab. 5. *fig.* 2. 3, 4. 6.
    - *Nutritionis* causa adsunt, vnde & plura, vbi corpora crassiora: vt circa lumbos, atque vbi magna vasa à spina recedunt, vt in thorace.

CONTEXTVS

- *Mobilis* per Articulos, quibus committuntur vertebrae
  - *Inuicem* omnes (prima excepta) committuntur: tribus nimirum articulis (vt medullae cederent) sicque dorsi circularis motus, non in angulos, ne medullam vertebrae comprimeret efficitur. Ita iunguntur
    - *Corpus* vnius vertebrae alterius corpori, in medio, ante foramen dorsalis medullae. Nexo tam dicto qui
      - *Perficitur* ligamento cartilagineo, fibroso & tenaci, crassoque, ipsius basibus amplis asperisq; interiecto, & cõnato. T 4. fi. 1. R.
      - *Connectit* vertebrarum corpora simul, ne in motu dissoluantur, interea tamen, cum ligamentorum in motu ipsorũ assurgere & subsidere possit, eum non impedit, sicq; eo nexum firmat, motum non impedit.
    - *Processus* vtrinq; vni vertebrae ascendentes cum alterius descendentibus, quibus raro ductu substernuntur, in lateribus articuli, vt dorsali medullae cedãt. Hi nunc arthrodiã, nunc enarthrosim referunt, &
      - *Perficiuntur* tuberibus sinibusque, magis minusue mutuo insertis, prout laxus motus fieri debet: In quibus vna vertebra
        - *Diuerso* modo parte altera suscipit, altera suscipitur, idque vel cũ vertebra
          - *Superior* suo sinu inferiorem substratam sibi excipit: vt in omnibus à 2. ceruicis ad 12. dorsi usque.
          - *Inferior* in suos sinus superiorem excipit, velut in quinque lumborum vertebris.
        - *Eodem* modo, vtraq; parte suscipit, sinibus superioris & inferioris vicinae sibi vertebrae: vt thoracis 12.
      - *Committunt* ita vertebras in lateribus simul, vt dum singulae nonnihil mouentur, in thorace minus, magis in ceruice & lumbis, dorsum, seu partes ipsius insigniores, motu manifesto, in latera & rectum circularim inclinentur, ac si quis virgam inflecteret.
  - *Vicinis* ossibus: vt articulus
    - *Primae* vertebrae cum
      - *Capite*, per enarthrosim, quae
        - *Perficitur*, sinu conferẽte hac vertebra, qui longè profundiores quam in reliquis vertebris T 4. f. 3. N. O.
        - *Committit* caput vtrique vertebrae, ita, vt laxè in rectum tantum, longè manifestius quam in reliquis moueatur.
      - *Secunda*, diuersis quoque à reliquis articulis. Ex quibus iungit
        - *Processum* dentem primae vertebrae, vnus in medio, ante foramen dorsalis medullae, ad quem caput rotatur: estque articulus trochoides.
        - *Corpora* vtrinque, vt cedant denti & medullae, duo, qui interueniente ligamento cartilagineo, ono tamẽ adnexa, vt in corporibus, motum, qui in gyrum fit non impediunt, sed simul nonnihil circumduci possunt: estque arthrodia manifesta.
    - *Costarum* cũ thoracis vertebris, enarthrosis quae
      - *Fit*, sinu conferentib⁹ thoracis vertebris.
      - *Committit* costas, vt in pectoris dilatatione, sursum deorsumq; obscurè cedant.
- *Immobilis* per Coalitum, obliteratum in adultis, in crescentibus aliquandiu manifestum: qui & senibus & gibbosis articuli interdũ coalescunt. Naturaliter verò vertebrarum
  - *Appendices* ossibus subiectis conglutinantur: asperitatibus mutuo cõuenientib⁹. in quibus Tab. 5. fi. 3 ◆ & fi. 5, 6, 7 A. B.
    - *Sinus* manifesti ad formam V vertebrarum corporibus incisi sunt.
    - *Tubercula* appendicum, simili forma, sinibus dictis insiguntur.
  - *Ossa* in pueris tribus partibus constituuntur: è quibus
    - *Corpus* vertebrae vnam partem efficit. Tab. 3. fi. 1 m.
    - *Latera* duo vtrinq; vertebrae, alias duas partes constituunt, quae vtrinque à corpore, lineа, & in medio similiter diuiduntur: ipsa tunc cartilaginea penitus existente. Tab. 3. fig. 1. n n.



CERVICIS vertebræ sunt VII. Quæ decentem colli longitudinê, a speræ arteriæ & neruorum ꝓpagationis, commodiorisq́ue capitis motus causa efficiût. Horum de scribitur


Tab. 4. fi. 1. ab Δ *ad* a *& fi. 3 vsq; ad* 12.

- *Conformatio:* Sontq; minores & solidiores thoracis vertebris. Horum notantur
  - *Corpus dictum, quod*
    - *Priuatim in*
      - *Prima* variat à cęteris, nā hæc producit
        - *Corpora* duo, vtrinque vnum, vt denti cederent (vnde & latior hæc vertebra cæteris) Hæc articulum illius supra infraque constituunt. *fi. 3 sub* κ o.
        - *Superficiem*, in medio transuersim ab vno corpore ad aliud deductam, quæ
          - *Interius* in medio caua est, pro dentis articulo, *fi. 3, 4* κ & ad latera exasperatur, ligamenti causa, quo dens obuoluitur, foraminulisque punctum *fi. 4, 12* o.
          - *Externus* in medio vbi dentem attingit, extuberat, vt robustior esset, & musculum t dorsi admitteret. *fi. 3* μ.
      - *Secunda* peculiariter quoq; tria veluti Corpora (vnde crassior cęteris) ꝓducit, inter quæ
        - *Latera* occupant duo mediam primæ vertebræ corporum (quibus iunguntur) crassitiem obtinent o a. *fi. 6, 7, c d.*
        - *Medium* inter hæc, respondet corpori subiectarum vertebrarum, cui deorsum porrectum copulatur. *fi. 8* ι, *& 7 f*, (superius dentem educens, anteriore sede protuberans. *fi. 11.* λ.
    - *Communiter* in quinque reliquis, Corpus crassum producit, quod sede
      - *Externa* minus protuberat reliquis dorsi vertebris, cum musculis colli illic cedat. *fi. 9* ρ.
      - *Interna* asperum, duasque obtinet eminentias. *fi. 9 ch. 1, 2.*
  - *Prominentia*
    - *Processus, ex quibus*
      - *Posterior in*
        - *Prima* deest, cum nullos musculos producat, aliosque impediret, sed Circulum profert, qui
          - *Teres* in medio & asper, latior in lateribus & acutus *fi. 4, 5, 12,* χ.
          - *Circulatim* ambit dorsalem medullam, innixus vtrinque corporibus.
        - *Sex reliquis* Spinā producit, retrorsū sed obliquè deorsum eductam, duabus radicibus bifurcatam quæ *fi. 6, 7, 8 f & 11. t.*
          - *Communiter*
            - *Diuiditur*
              - *In* apice in duos processus: manifestius in primis, obscurius in postremis vertebris. *fi. 9. f,* π.
              - *Musculorum* (quorum maior copia in ceruice quam dorso) commodiores exortus & insertionis causa.
            - *Extuberat*
              - *Linea* longa per spinæ longitudinem, supra infraq́ue. *fi. 9 ch. 11.*
              - *Ligamenti*, quod interualla spinarū opplet, educendi occasione.
          - *Priuatim*
            - *Procerius* educitur in vertebris duabus
              - *Inferioribus, 6 & 7,* ad superiorum thoracis vertebrarum imaginem *fi. 1. ex aduerso* a.
              - *Superioribus. 2 & 3,* vt principium præbeat; & 6 musculorum capitis pari *fi. 1. iuxta* ν *superius.*
            - *Lata.* inæquales & asperæ magis, inferius cauæ, superius gibbæ: in intermediis vertebris.
      - *Transuersi*, duabus incertuice pri neum radicibus vna à corpore vertebrarum, altera à processu recto obliquè deducti (vt foramen sic constituant)
        - *Experrigatur* minus q̃ in reliquis dorsi vertebris: ex his tamen (reliquis paribus
          - *Longiores* in prima & septima (vbi in meo sceleto longissimi, musculorum insertionis causa. *fi. 3, 4, 5, 11, ta s.*
          - *Breuiores* in secunda, ob corpora ipsius magis educta: quorum causa & magis, quam in inferioribus exporriguntur. *fi. 6, 7, 8* ν
        - *Bipartiū* tur in a pice (secūda excepta) in duos ꝓcessulos
          - *Manifestius* in tertia, quarta, quinta, sexta,
            - *Laues*, nec vt spinæ asperi, quorum interior latus, alius q; effert, exterior depressus est. *fi. 10 y* z.
            - *Musculorum* caput mouētiū adplantationis causa.
          - *Obscurius* in septima, qui
            - *Ampli* & proceri sunt, & in meo sceleto mulieris valde acuti fiunt.
            - *Musculos* non adeò valide commissos habent.
      - *Recti*, qui ascendunt descendūtque &
        - *Priuatim* in
          - *Prima*, corpora magis, ob crassitiem referunt, vbi & descripta.
          - *Secunda*, ascendentes semicorpora quoque exprimunt, primæ vertebræ corporibus subiecta, vt dictum.
        - *Communiter* in reliquis, extuberant supra infraq;, oblique q; deducti, in medio angustati, articulum efficiunt. *fi. 7 fi. & 10, 12 y. & fi. 9 ch. 3, 4, 5, 6.*
  - *Impressiones*
    - *Foramina*
      - *Commune* Dorsalis medullæ, quod in prima vertebra ob sinum dentis, amplissimum est. *fi. 3, 4, 5, l.*
      - *Priuata*, transuersos ipsorum processus permeantia, quæ *fi. 3. τ. & 9 α.*
        - *Recta*: in secunda vero, cum processus ob corporum crassitiem magis educantur, oblique nonnihil incedunt. *fi. 6, 8* χ.
        - *Venam* & arteriam sursum ad cerebrum deducunt.
    - *Sinus*
      - *Communes* pro foramine neruorū pariū efficiēdo, qui *fi. 4, 12* ν.
        - *Latera* vtrinque occupant
          - *Anteriora* in quinque inferioribus. *fi. 9, 10. ch. 6. & fi. 8* τ.
          - *Posteriora* in 1 & 2, cū latera articuli occupēt. *fi. 4* ν. *5 q & 7 p.*
        - *Semicirculum* referunt, magis exactum in inferioribus, vnde foramen rotundius formant, minus in superioribus, secunda præsertim.
      - *Priuati* primę & secundæ vertebræ: leniter in lateribus tuberculi medij in prima, & dētis in secunda (*fi. 7 k, l*) insculpti; foramina constituentes, per q̃ neruulus secundi paris elabitur. *fi. 12 m.*
- *Articulatio.* Vide ARTICVLATIO.

ARTI-

ARTICVLATIO, qox ferè rātūm capitis motus causa exstructa est: eū caput per se supra primam in rectū, & sopra secundam io gyrum cum prima, & communiter cū reliquis per accideos in rectū & latera moueatur. Hic itaq; occurrūt Articuli

- *Priuati* capitis cū ceruice: primariū capitis motū efficiētes maoifestū: vti articulus
  - *Primus* capitis cū prima vertebra: quo caput in rectū anrrorsum retrorsumq̧, tantū mouetur. Estq; articulos compositus duabos enartirosibus, conferentibus
    - *Capitulis* occipitio. Vti illie dictum. fi.2 b, c.
    - *Sinibus* prima vertebra, quibus capitula occipitij suscipiuntur. Hi fi.5 n, o.
      - *Superiori* sede respiciunt occiput, & latera dorsalis medullæ occupant.
      - *Oblongi*, profundiuscoli, exterioribos lateribus assorgeores, interios depressi.
  - *Secundus* primæ vertebræ cum secūda. Quo prima vertebra cū capite in gyrum, motu manifesto & pprio illis, aliquousq; circūducit, cū supra primam (quę articulis occupata est) fieri non potuerit. Fit hoc articulis trib⁹, è quibus
    - *Trochoides* io medioexistit: qui fit eadem ratione qua tota axim recipit. sic superioris vertebræ foramē, processum inferioris admittit, & ad illū circuoducit. In hac structura
      - *Cauitatem* foraminis, qd' pcessum recipit, cōfert media ex parte
        - *Prima* vertebra
          - *Anteriorem* ipsios sedem, inter sinus madiam occupantem.
          - *Semicircularem*, in medio sinulū incrustatum obtinentem, & vbi processus illom attingit exactè rotundum, fi.4 5. z.
        - *Ligamentum*, posteriorem illios sedem versus dorsalem medullam constituens, & processum obuoluēs, commodiùs, qoam si os fuisset, medullæ & roboris causa. Ta.18. fi.6 x.
      - *Processum* confert secunda vertebra qui Dēs dicitur. & cauitatem primæ vertebræ subintrat. Hic
        - *Educitur* ex superiore ipsius regione, io medio duorum capitulorum. fi.8, 11, 12. r. & Tab. 18. fi. 6, H.
        - *Solidissim⁹* & rotūdus, in pueris dio cartilagineus (Append. ante Fall.) huius
          - *Longitudo*, quā foramē primæ vertebræ ambit, sede
            - *Anteriore* Cartilagine incrustatur, vbi sinulū attingit primæ vertebrę cauitatis. fi.6. g.
            - *Posteriore* extuberat, fi. 7. h. & iuxta radicē sinū habet. fi.7, i. q sedē commodam efficit ligamento, vt dum dētē obuoluit, sede sua minime excidat.
          - *Apex* extra primam vertebram eleoatus, obtusus (fig.6.n.) Ligamentū educit (Ta.18 fig.6, i) occipitij asperitati insertum (fi. 8 G.) firmans bone articulum.
    - *Arthrodia* vtrinqoe ad latera trochoidis fiunt, quarū superficiebus prima insistens vertebra, dū ad processum voluit, simul eriā supra illas circunduci potest, diuerso modo q̄ in aliis arthrodiis. Hæ superficies in medio dehiscētes cartilagine opplēt, quæ inæqualitatē emendet, atq; impetū exoluat. In his tamen
      - *Sinuatur*, superficies quā prima coofert fig.5. Y. a.
        - *Inferiore* sede vtrinque, è regiooe superiorum sinoum, sub duobus corporibus.
        - *Orbiculares* sunt & latæ admodū, deorsum obliquè ad exteriora deductæ, atque incrustatæ.
      - *Protuberat* superficies q̄ confert secunda fig. 6, 7 c, d.
        - *Superiore* vtrioq, sede, ad latera dētis.
        - *Orbiculares* quoque existunt, sed retrorsum magis dilatatę, vt dum circumoertitur prima, supra illas, locū hic haberet, per cætera deorsum quoque obliquè ducuntur, & incrustatę fuot.
- *Cōmunes* ceruicis vertebris iouicē, primarium ceruicis motum efficientes. Suntq; articulorum (post doos supremos) qoinq; ordines, quorū singoli rursum cōpositi sunt ex trib⁹: quibus obscurius singulæ vertebræ, sed manifestè admodū ceruix, adiouaotib. singulis arthrodiis aliquid, in rectum, & transuersim in latera mouet, & per consequens caput ex accidēti eodem motu ducitur: quod aliâs p se quoq; recto motu, non autē ad latera, nisi ceruicis beneficio, ne articulum impediret mooetur. In his articulis singulis
  - *Corpora* vertebrarum mutoo iungit nexus mobilis, intermedio ligameoti. In quo I ceruicis vertebris, corporis basis
    - *Extuberat* inferior, & quasi superiorem basin subit.
    - *Excauatur* superior, admittens nōnihil superiorem basim extuberantem.
  - *Processus* rectos ascēdentes descēdentesq; vtrinq; iunguot arthrodiæ duæ, quæ
    - *Dacaatur* obliquè, ab aoterioribus retrorsum ad inferiora, maximè circa ceruicis superiora, vt laxior esset motus: ex his tuber
      - *Ascendens* planū confert tuberculū, cui dascendens innititur fi. 9. ch. 3, 4.
      - *Descendens* superficiem quoq; planā obtinet, cui ascendens tuberculum subiectum est. fig.8. a.
    - *Dum* in longum & latum cedere possunt, mutū efficiunt eò pertingeorem.



THORACIS vertebrę sunt XII quas thoracis longitudo, & pars vētris superior requirebat, ob costas illis iunctas & neruorum propagationem. Harum notatur *Tab. 4. fi. 1 à C ad D, & Tab. 5. fi. 1, 2, 3, 4.*

- *Conformatio*, qua (præter commune foramen dorsalis medullæ & neruorum parium, in quibus vtraque vertebra parem operam præstat) ipsorum
  - *Corpora* maiora ceruicis, et fungosiora sede
    - *Anteriore*, protuberant magis, & orbicularia sensim fiunt, quo magis à ceruice recedunt, semicirculum exactum tandem referentia, & supra infraque eminentia iuxta appendices, *fi. 3. Φ.* & in medio compressa. *fi. 1, 2, 3, 4. A.*
    - *Laterali*, ad radices rectorum processuum processulis exuberant, à quibus ligamenta vertebras colligantia prodeunt. *fi. 4. Γ.*
  - *Processus*
    - *Posteriores* spinę obliquæ deorsum ducuntur eò magis, quo à lumborum vertebris distāt, minus, quo propius iis accedunt. Horum *fi. 1, 2 N. 3 A. 4, 5.*
      - *Prominentia* ea ampla basi sensim angustata trianguli instar ad iustam longitudinem educitur, nisi iuxta lumbos, vbi minus prominent, sed crassescunt. Hoc ductu obtinent.
        - *Latera* quatuor, quorum duo
          - *Superiora*, æqualiter lata, læuia, vtrinq. depressa, *fi. 2 vtrinque ad N.*
          - *Inferiora*, aspera, *f. 1. vtrinq. ad Q.*
        - *Lineas* exuberātes siue acuties quatuor, secundum spinarum longitudinem exporrectas,
          - *Supra* infraq;, à quibus ligamentum educit, interualla hęc opplēs. *fi. 1. 2. N. & fi. 1. Q.*
          - *Latera* acuta vtrinq. efficientes. *fi. 1, 2, O, P.*
      - *Mucro*
        - *Acutus*, structus in mediis thoracis vertebris. *fi. 1, 2 sub N.*
        - *Obtusus*, spissus, iuxta ceruicē & lumbos, vbi obscurè nonnihil bifidus. *fi. 3, 4 sub A, S.*
    - *Laterales*,
      - *Transuersi* nonnihil retrorsū sursumque ducuntur. Horum conformatio in *fi. 1, 2, 3, 4 H, I.*
        - *Superioribus* nouē, quibus costæ articulantur, correspondet, tum in
          - *Longitudine* ęquali: quæ sede
            - *Superiore* gibba. *fi. 1, 2. L.*
            - Inferiore sinuata. *fi. 1 M.*
          - *Mucrone* obtuso, rotundo.
        - *Inferioribus* tribus variat, cum musculorum caput illic inserunt tantum, vnde
          - *Breuiores* sunt.
          - *Processulos* aliquos educunt.
      - *Recti* ascendētes. *fi. 1, T, V,* & descendentes, *fi. 2, 3 a, b.*
        - *Lati*, ęquales ferè & lęues sede posteriore.
        - *Articulum* suscipiunt, vt dicetur.
- *Articulatio* tum
  - *Inuicem*: articulorū ordinibus tribus & iisdē cū ceruice: quibus ad motum cōferentibus thorax in rectum quoq; & latera, sed obscurius quam ceruix ducitur, cum costarum structuræ causa vlterius moueri non possit. Ex his autem his, iungit
    - *Corpora* vertebrarum Neaus: nihil peculiare hic habens, nisi quod crassioribus ligamentis cartilagineis vertebræ connectuntur, & superficies planas habet, secus atque in ceruice: licet prima thoracis vertebra nonnihil ipsis respondeat.
    - *Processus* rectos inuicem arthrodia vtrinque orbiculata, ductu recto sursum deorsumque procedens. In hac
      - *Communiter* in vnde cim vertebris confert
        - *Tuberculum* planum, ascendens processus: quod substernitur sinui superiacentis descendentis vertebræ. *fi. 2, 3 X, Y.*
        - *Sinum*, planum quoque, descendens processus, quo innititur tuberculo substratæ ascendentis vertebræ. *fi. 1 c.*
      - *Priuatim* in duodecima vertebra, tubercula vtrinque confert & processus ascendens, sinū vndecimę vertebrę sibi incumbentis subiens, & descendens primæ lumborum vertebræ ipsi substratę sinum subintrans, vt duodecima vertebra quiescente, reliquę ad illam moueantur. *fi. 4 e, f, g, h.*
  - *Cum* costis. Vide COSTIS.

COS.

COSTIS articulaos thoracis vertebræ, vt costæ ad ipsas mouerentur (vt in costis dicetur) in quibus articulis, singulæ vertebræ conferunt Sinus duos incustatos, alios in *Ta 5.*

- *Corporibus* ipsorū, qui
  - *Latera* vtrinq; occupāt, & sunt vel
    - *Communes* duabus vertebris mutuo iunctis, sinum eiusmodi constituentibus, iuxta foramina neruorum paritum: maiore illius portione in inferioris vertebræ corpore, à prima ad decimam vsque, excisa. *fi.*1 B, C.
    - *Priuati* vni vertebræ, in cuius corporis superiore sede totus sinus exsculptus: vt in vndecima & duodecima. *fi.*3 D & 4 E.
  - *Referunt* cauitatem leuem, capitulis costarum, quæ admittunt, congruentem, magis tamen in vndecima & duodecima vertebra cauatam.
- *Transuersis* processibus nouem vertebrarum (in decima enim obscure videtur, in reliquis desunt) qui
  - *Habentur* ad apices horum processuum, anteriore sede, nisi quod superiorum processuum sinus deorsum, inferiorum sursum, inter hos medij medio modo spectantiub costarum curuitatem. *fi.*1, K.
  - *Correspondent* capitulis costarum, quæ admittunt.

LVMBORVM vertebræ sunt V, quas adhuc venter inferior requirebat. Horum notatur

Ta. 4. *ab* K *ad* S, *& Ta.* 5. *fi.* 5, 6, 7.

- *Conformatio*, qua præter foramina dorsali medullæ, & neruorum paribus insculpta, superiore vertebra præcipuā ipsorum partem cōferente, ipsorum
  - *Corpora* maiora, crassiora, & fungosiora cæteris: protuberant quoque orbiculatim, & supra infraque iuxta appendices, circumferentiam, ad nexum obtinuerunt, & in medio imprimuntur. *fi.* 5, 6 A a.
  - *Processus*
    - *Posteriores* spinæ retrorsum rectà eductæ. *fi.* 5, 6, 7 C.
      - *Lata* admodum, vix tamen thoracis spinis longiores, infima admodum breui existente: superiore sede tenues, inferius crassescentes.
      - *Producunt*
        - *Lineas* suprà infraque, quibus ligamentum adnectitur. *fi.* 6, 7 C D.
        - *Mucronem* obtusum, parte superiore latiorem, appendice donatum. *fi.* 6, 7 F G.
    - *Transuersi*, transuersim rectà ducti ad quintam vsq;, vbi (vt illum ossibus vicinis cedat) sursum manifestè assurgunt, &
      - *Longiores* quam in thorace, & latiores, teretioresque, nisi quod vltima abbreuiatur.
      - *Costarum* situ sustinent partes ipsis incumbentes in lumbis.
    - *Recti*, insignes, sursum nonnihil extrorsum (*fi.* 5, 6, 7 I) & deorsum decliuè admodum, pro articulo efficiendo, feruntur. *fi.* 7 N O.
- *Articulatio* cum thoracis vertebris communi vno ordine, inde quatuor priuatis & vno cum osse sacro articulis, in singulis tribus, quorum beneficio laxior fit lumborum quam thoracis motus. vt sic ad terram nos melius inclinare possimus, quod lumborum beneficio etiam immoto thorace fieri satis patet. Ex his articulis iungi simul
  - *Corpora* vertebrarum Nexus, qui crassioribus hic fit ligamentis, cum & corpora sint crassiora.
  - *Tubercula* rectorum processuum, Enarthroses vtrinq. rectà deductæ, quarum pars
    - *Ascendēs* Sinū insculptum habet interno latere, qui *fi.* 6, 7 K.
      - *Oblongum*, rectus, profundus, superciliis constans. *fi.* 6, 7 M L.
      - *Excipit* capitulum descendentis vertebræ, cui subiacet.
    - *Descendens* Capitulum obtinet externo latere, modicè versus interiora ductum *fi.* 6, 7 *sub* O.
      - *Oblongum*.
      - *Insertum* sinui descendentis vertebræ, cui instratum.

C

SACRVM os. Immobilis est dorsi pars, à lumbis deorsum ex lato principio in acumen desinés v. vel vi ossibus inuicē cōglutinatis, ac si vnum esseros constās, Vētris inferioris peluim, quę ductus cōtinet, firmans, & basim toti⁹ dorsi efficiēs, cuius intermedio corpus quoque sustētatur. Huius notatur

Tab. 4. à G ad H, & Tab. 5. fig. 8, 9.

- *Conformatio*
  - *Generatim*, estq;
    - *Quantitate* magnum, cum sit basis reliquorum, & sua
      - *Latitudine* triangolum quasi efficit, nam
        - *Latum* est parte superiori, commissurarū causa: cum pars ipsius superior, basis & fundamentum sit totius corporis, cui spina innititur, & quæ pedibus, intermedio coxæ, sustentatur.
        - *Angustatur* unde sensim ad coccygem vsque.
      - *Crassitie* prævalet maximè superiori sede, in extremitatibus tamen, anteriori parte attenuatur.
    - *Qualitate* fungosum, & sede
      - *Anteriore* fig. 8.
        - *Cauum*, semicirculi instar, vt sedem illic formaret, pro ductibus, ex inferiore ventre producendis.
        - *Laue* & æquale, ne ductuum quos continet, veluti recti intestini, cervicis vesicę, & vteri transitum impediret.
      - *Posteriore* fig. 9.
        - *Gibbum* & incuruatum, vti & reliqua dorsi structura, vt tutius esset ab extrinsecis iniuriis.
        - *Asperum* insigniter & fungosum, musculorum dorsi & ligamentorum ipsi adnexorum, causa.
  - *Spetiatim*
    - *Prominentias* habet tres: seu ea tribus quasi lateribus in longum deductis, constituit. Ex quibus
      - *Medium* latos sede
        - *Anteriore* Corporibus 5 vel 6 vertebrarum, mutuò vnitis, constituitur, sensim à superioribus crassis & latis, deorsum versus, attenuatis. fi. 8 A, B, C, D, E, F.
        - *Posteriore* Spinas quoque educit, in singulis corporibus, deorsum spectantes, quæ fi. 9 A A A.
          - *Proceriores* tantò, quantò elatius à grandiori osse producuntur.
          - *Diuiduntur* in quinta & sexta in duas partes, admodum obtusas, vt medullæ per medium ipsorum elabenti cederent: cuius latera stipāt, eamq; muniunt. Tantum abest, has vertebras spinis destitui, vti aliqui putarunt. fi. 9, inter k & i.
      - *Latera* duo vtrinq; ex transuersis processibus mutuò vnitis formantur, qui amplitudinem ossis sacri efficiunt. Ex his. fi. 8, 9. L, L.
        - *Maiores* & crassiores (vt & corpora) circa principium, inde sensim attenuantur: semper tamen lati sunt.
        - *Extuberant* in
          - *Prima* & secunda magis antrorsum retrorsumq;, magisque latescunt.
          - *Quinta* vel sexta tuberculū, ligamenti causa. fig. 8, 9 u.
    - *Foramina*, præter cōmunia, nutritionis causa, & ligamentis educendis, pręsertim in posteriore sede insculpta, habet quoque foramina
      - *Dorsalis* medullę, quod fi. 9, e f g h i k.
        - *Descendens* inter spinarum internalla, iuxta infimum ipsius os aperitur & cessat.
        - *Amplum* ab initio, versus finem angustat: triangulare nonnihil existens cum sit anteriore sede latum, & versus posteriora attenuetur.
      - *Neruorum* sex, paria emittentia & venas in tromittentia: quæ hoc os constituit vel
        - *Integra*, sede anteriore & posteriore ipsius vtrinque quatuor, vel quinque (si ex sex ossibus constet) per quæ paria neruorum ramos duos antrorsum, totidemq; retrorsum, à dorsali medulla progressos educunt: Huc
          - *Exsculpta* in lateribus corporum quoq;, vbi inuicem coalescunt, in medio, serie quadā
          - *Orbicularia* & quò humiliora eò minora: & in sede
            - *Anteriore* ampliora: qui nerui crassiores illic educentur.
            - *Posteriore* angustiora cum secus illic accidat.
        - *Media* ex parte tantum: aliam mediam circum ferentiam foraminis vicinis ossibus constituentibus, vti sede
          - *Elatiore* à tergo corporis ipsius vtrinq; Sinum confert os sacrum, qui cū sinu quintę lumborum vertebrę forameo efficit cōmune neruorū. fi. 8 ch. 1.
          - *Humiliore* posteriore accidit, quando quatuor tantùm foramina vtrinque sunt, tunc Sinū ad latera foraminis dorsalis medullæ os sacrum cōfert vtrinq;, q cū sinu coccygis foramen efficit, p qd sextū neruorū par torū elabit. fi. 8. ch. 6.
- *Contentus*. Vide CONTEXTVS.

CON-

CONTEXTUS sacri ossis ossium alius est *Tab. 5. fig. 8, 9.*

- *Priuatus* vertebris ipsius: estq; immobilis, quo inuicem per coalitum vniuntur: neq; enim, cum os sacrũ reliquorum basis sit, moueri, sed supra ipsum dorsum moueri debuit. Hęc vnio in pueris cartilagine oppleta, *Tab. 5. fi. 1, o.* in adultis penitus coaluit: atq; omnino vniuntur simul tum in
  - *Medio* corpora & posteriores processus vnà: nisi quod aliquando inter corpus primæ & secundæ remanet diutius cartilago, non tamen mouentur: in reliquis, sede. *fi. 9. Y.*
    - *Anteriore*, coalitus linea exuberans semper est conspicua.
    - *Posteriore* rudimentum quoque apparet, processus posteriores distinguens.
  - *Lateribus* transuersi processus suprà infráque inuicem, omni ferè coniunctionis linea obliterata, ita vt obscure discerni possint. *fi. 8, 9 Z.*
- *Communis* illi cum vicinis ossib⁹, tum
  - *Mobilis*, quo parte electione, vbi spina ad illam mouetur, articulis tribus communibus cum lumborum inferiore vertebra iungitur, vt
    - *Corporis* parte superiore orbiculatim protuberante, per nexum quoq; iungitur lumborum vertebræ.
    - *Processibus* rectis ascēdentibus, quos sursum quoq; mittit, qui *fi. 8, 9 S.*
      - *Sinum* insculptum, vt reliquæ lumborum vertebræ habent, quem supercilia ambiunt. *fi. 9. T V.*
      - *Enarthrosi* suscipiunt quintæ lumborum vertebræ descēdentes processus.
  - *Immobilis* per coalitum, (vix tota ætate cartilagine deperdita) tum in
    - *Inferiorē* sede cum coccygis primo osse, nexu laxo tum *fi. 8, 9 a.*
      - *Corporis* humilioris sedis
        - *Tuberculo* quodam exiguo & obtuso, quo (si ex sex ossibus componatur) interuentu cartilaginis, sinui primi coccygis ossis satis laxè iungitur.
        - *Superficie* latiore (si quinq; ossibus componatur) & inde coalescit magis: vti reliqua ferè ossis sacri ossa.
      - *Processulis*, qui (si quinque ossibus os sacrum componetur) quinto ipsius ossi adnati, deorsumque producti, coccygis processulis iunguntur.
    - *Lateribus* vtrinq; illum ossibus, transuersis ipsius trium superiorum ossium processibus, intermedio ligamenti cartilaginei, quo robustissimè nectuntur, osse sacro conferente sinū non incrustatum, qui *fig. 9 M.*
      - *Inæqualis* & asper, foraminibus non peruiis interna sede ligamenti causa.
      - *Tuberculo* secundum ipsius longitudinem procedente, in duos sinus rursum distinguitur, quorū *fi. 9, O.*
        - *Exterior* obliquè deductus, planior. *fi. 9 N.*
        - *Interior* magis impressus trāsuerso rursum tuberculo, *fi. 9. Φ.* in sup. & inf. sinum P. Q. iterum distinguitur.

COCCYX. cauda est postrema spinę, ossi sacro adnexa, III ossibus, si os sacrum quinque ossibus constet, vel IIII, si sex os sacrum constituant, constructum, ita, vt primum coccygis os, si quatuor constare dicatur, potius ad sacrum (cum eadem ratione, qua reliqua ipsius ossa illi coalescat) sit referēdum. Hoc veluti dorsi additamentum, rectum intestinū propter natium crassitiem in homine vlterius extra peluim productum firmat, vti & vteri ceruicem in mulieribus. Huius *Tab. 5. fi. 8, 10 G, H, I, K. & fi. 9 & 11.*

- *Conformatio* differt à reliquis dorsi vertebris tū
  - *Quantitate*. Nam ipsius ossa minora longè cæteris: quæ sensim angustata in mucronem desinunt, cui cartilago adnascitur. *fig. 8, 9, 10 c.*
  - *Qualitate*, cum habeat
    - *Figuram* rostri cuculi modo ex lato angustatam, rubram, atque incuruatam in
      - *Viris* introrsum, vti & os sacrum. *fi. 10.*
      - *Mulieribus* extrorsum, sicuti in meo scelero obseruaui: vt minus impediret fœtus exclusionem. *fi. 11.*
    - *Substantiam* fungosam, raram, medullæ expertem, nullisque foraminulis perforatam, & in pueris admodum cartilagineam. *Tab. 5. fi. 1. p.*
- *Contextus* Immobilis tum
  - *Inuicem* per Nexum laxum admodum, *fi. 8, 9 a*, intercedente ligamento cartilagineo, *fi. 8, 9, 10, b.* vt cum grandiora excernuntur excrementa, flatus, fœtus, cedere possit retrorsum, & in sessione ani orsum, & postea sursum spontè ad suum terminum redire: vnde non voluntarie propriis musculis: sed per accidens mouetur tantum.
  - *Cum* osse sacro, Nexu quoque laxo, si quartum os ad os sacrum referas (illud enim coalescit ossi sacro) atque ita coniungitur,
    - *Corpore* superioris ossis sinum conferente, quo tuberculum admittit postremi ossis ossis sacri, si sex constet ossibus.
    - *Processibus* vtrinque ascendentibus, quos aliquando educit, si quartum os coccygis scribas & quinque os sacrum constet ossibus.

CALVARIA cranium, Capitis est pars quæ dorso sustentata, cauitatem totam, quę cerebrum sostinetur, constituit. Cerebro galeę instar, vndique circumposita ipsumque moniés. Hęc notatur quatenus *Tab.6, fi.1, 2, 3, 4 & 7 fi.1, 2, 3.*

- *Integra totius*
  - *Conformatio* vt
    - *Substantia*, quę ro
      - *Nuper natis* Mollis edhuc, & hioc iode cartilagioosa, membraneaq; præsertim in commissoris, & elatiore media capitis parte, Zeudecb Arab. dicta, quę ad annos aliqoot compressioni adhuc cedit, tandem verò omoium fit crassissima. Hoe autem tum ad partom faciliorem, tum capitis augmentum in infantibus eec idere necesse fuit. *Tab.3.fi.1, 2 a & fi.2, 3 b b.*
      - *Adultis* dura & solida, roboris causa, tum
        - *Ex parte*, intus forisq; laminæ iostar (quas diploas vocant) idq, quando
          - *Crassa* esse debuit, rúcq; io medio fungosa est oe grauater: vt se de
            - *Superiori*, vbi excatois.
            - *Inferiori* in basi, maximè circa foramina & fions, vt firmiora essent.
          - *Cauitatem* insignem ambit, vt frótis, temporum, & cuneiformis ossis.
        - *Omnino*, quendo tenuis est, nec pateretur: vt fit quãdo eedit.
          - *Musculis* in temporibus, vbi admodum tenuit.
          - *Oculis*, in ipsius cauitate: vbi tameo soprà infraq; duplicator: in lateribus per se tuta est.
    - *Figura* que
      - *Generatim* rotunda
        - *Magis*, sphæræ instar, obloogę tamen, in bene formato capite, & quæ sede *Tab.7.fi.1.2.*
          - *Anteriori* angustior, & veloti compressa est, cedens musculis temporalibus, illius lateribus adnatis.
          - *Posteriori* latior & capatior, vt velut in æquilibrio sopra dorsum staret, cum anterior illius pars, etsi angustior, ob ossa maxillæ super. grauis sit, posterior verò ob amplitodinem æquè ponderosa fiat.
        - *Minus*, si sit
          - *Longior*, sicoti ligaturæ causa, vel ob decubitum io temporæ in Gallis & Belgis capita formata videntur.
          - *Latior*, vel exactè rotunda: vti arte Turcæ plerumqoe infantum capita sic forment, & Germani ob decobitum supinum compresso occipitio, caput rotundius habeor. Reliquae capitis deformitates, studio omittimus.
      - *Spetiatim*
        - *Prominet & imprimitur sede*
          - *Externa*
            - *Superiori* circunferentia ferè tota, quę ęqualis & leuis mediæ sphæræ instar protuberens, vt dictum, nisi vbi sede *Ta.6.fi.1, 2, 4.*
              - *Anteriore* in osse froutis, vbi leuis, vtrinq;
                - *Exuberat* marginibus supra oculorum cauitatem, ed robur illius. *fi.4. a, λ, x.*
                - *Cauitatem* mediam superiorē oculi cameræ efficit conuexum, seu cameratum. *fi.4. ab R, per T, ad V.*
              - *Laterali* in ossibus temporum, & frõtis parte imprimitur, musculi temporalis causa. *fi.1. sub* R R R.
              - Posteriore in osse occipitis Tuberculis exasperatur ad musculorum insertiooes.
            - *Inferiori* sede sed basi, inæqoali & aspera ad modum, nam parte
              - *Anteriori*, versus nares processum habet ossis ethmoïdi septum dictum narium foramina distinguentem. *fi.3. Z.*
              - *Media* ad fauces
                - *Prominet*
                  - *Processibus* in ossibus temporum, mamillari, styloide, & parte ossis iugalis. Item cuneiformis ossis pterigode & apice.
                  - Exuberantiis ossium temporum, pręruptæ rupis instar, & occipitij additamenti causa. *fig.3. α. & M.*
                - *Sinum* obtinet io ossib⁹ temporum, cui inferior maxilla articulatur. *fi.1. & 3 h.*
              - *Posteriori* ad foramē dorsalis medullæ vtrinque habet
                - *Tubercula* in osse occipitis, quib. 1 vertebrę articulatur. *fi.3. H.*
                - *Sinum* post tubercula decimo neruorum pari exsculptum. *Tab. 4, fi.2 H.*
          - *Interna.* Vide INTERNA.
        - *Excauatur.* Vide EXCAVATVR
  - *Connexus.* Vide CONNEXVS.
- *Partibus* diuersis constat. Vide PARTES

INTER-

INTERNA caluariæ cauitas tota ferè leuis est, nisi vbi duræ mater illi adnectitur. Et sede *Tab.7,fi.1,2.*

- *Superiora*, que camerari instar cerebro imponitur, æquè licet ferè conuexa est: habens tantùm
  - *Sinulos* in ossibus Verticis & Frontis maximè, quibus crassæ membranæ innascitur. *fi.2, ſ ſ.*
  - *Inscriptiones* venarum, diuisionibus ipsarum & tuberantijs conuenientes, maximè in verticis ossibus. *fi.1,2 T T.*
- *Inferiora*, que illi innititur *fig.1,*
  - *Cerebrum*, præter inæqualia Tubera, ac cerebri anfractibus accommodata, quibus refertũ, duas obtinet distinctas sedes, quarum
    - *Anterior*, quæ oculorum causa, elatior est, cõposita est ossib. Frontis octauo, & Cuneiformi. In illa *fi.1, a K ad ſ.*
      - *Prominet*
        - *Processus* in medio, septum Octaui ossis, cui crassa mẽbrana adnascitur.
        - *Extuberantia* vtrinq. in osse Frontis, ob cameram oculorum in caluariam protuberãtem, incisionibus ad cerebri anfractuum similitudinem admodum notatam. *fi.1. vtrinq. iuxta, H.*
      - *Imprimitur*
        - *Sinus* vtrinq. ad latera Octaui ossis septi, olfactus organa admittens *fi.1, L. 1.*
        - *Vallum* in medio ꝓpter ossis Frontis duas extuberantias. *fig.7, supra +.*
    - *Media*, quæ demissior anteriori vt faucib⁹ & neruum amplitudini esset vicinior. Hęc cõposita est ab osse Cuneiformi & temporum, estq. admodũ varia, nam *fi.1, ſ ad Λ posterius*
      - *Prominet*
        - *Processibus 4.* Cuneiformis ossis, quibus dura mater adnectitur, quorũ
          - *Anteriores 2*, acuti admodum, feruntur eminentia quadam à medio ad latera vsque. *fi.1, vtrinq. iuxta ☧.*
          - *Posteriores 2.* in medio vtrinq. eminẽt, obtusiores. *fi.1, post M*
        - *Extuberantijs* duabus, quarum in
          - *Medio* extuberat Cuneiformis eminentia glandulam continens. *fi.1, in circuitu M.*
          - *Lateribus* ossis Temporum, auditus organum obliquè in caluariã admodum extuberat, & in acutem desinit. *fi.1, versus N.*
      - *Insculpta habet*
        - *Sinus 6.* in media Cuneiformis extuberantia. Ex quibus
          - *Insigniores 2.* exquisitè in medio, quorum
            - *Posterior* glandulam pituitæ cõtinet *fi.1, M.*
            - *Anterior* visorijs neruis insculpt⁹. *fi.1, X.*
          - *Obscuriores 2.* ad latera horum vtrinq., pituitam deducentes
            - *Priores 2.* ad Oculorum cauitatem. *fi.1, O.*
            - *Posteriores 2.* ad Rimã, arteriã simul cõtinẽtes. *fi.1, P.*
        - *Cauitates* duas insignes vtrinq.: quas Cuneiforme & Tẽporum ossa efformant. Circumscriptas sede posteriore audit⁹ organi protuberantia, anteriore verò, cuneiformis ossis ꝓcessibus, & in medio eiusdẽ iam dictis sedibus distinctes. Hæ profundæ sunt, variéq; perforatæ: cerebriq. duos globos continent. *fi.1, a H ad Λ Λ inde rursum ad Y.*
  - *Cerebellum* sedes est posterior & infima: dorsalis medullæ initij, qđ cõtinet, causa. Cauitas est insignis, ad cerebelli formam extructa, vnde & magis æqualis quã pars caluariæ cerebrum sustentans existit. Interea tamen. *fi.1, ab Λ, ad i.*
    - *Prominet* extuberantiis duabus in medio: vt robustior esset caluaria, altera
      - *Circa* foramẽ ipsius magnum, in cuius circuitu admodum crassescit. *fi.1, c.*
      - *Post* foramen, crucis ꝟ instar *fi.1, ante k.*
    - *Sinus* obtinet tres, multis ossibus caluariæ cõmunes, qui sinibus crassæ membranæ cedunt, ex quibus
      - *Latera* occupant vtrinq. duo, obliqui. *fi.1, h.a.*
      - *Mediam* totius caluariæ longitudinem percurrat vnus *fi.1, 2. k.*


EXCAVANTVR Calvaria

- *Antris*, quæ in ipsius substantia crassiore occurrunt vt
  - *Ossa* leuiora redderent: quę inter ipsius squamas se offerunt, aere duntaxat referta, vti ossis
    - *Frontis* cauitas Tab.7,fig.1,2.K.
    - *Cuneiformis* antra tria, Ta.7,fi.3.C O G.
  - *Organum* auditus continerent. Cauitas in ossibus temporum solidissimis. Tab.7,fig.4.b,m,n.
- *Foraminibus* Caluariam perforantibus, quarum alia sunt
  - *Manifestiora*, vas aliquot insigne transmittentia. Hęc in caluarię cauitatem, vel
    - *Pertingunt*, foras intróue aliquid transmittentia. Hæc (si internam caluariæ sedem, vbi melius cernuntur, inspiciamus) occurrunt, in sede ipsius (pro vt prius diuisimus internam caluariæ sedem) vel
      - *Anteriori* elatiori, exigua, cum trāsmittant tantū
        - *Aerem* cum odore: vt ossis
          - *Cribrosi* exigua, in medio ipsius, foraminula Ta.7,fi.1.L.
          - *Frontis* vnum, anterius: si adest. Tab.7,fi.1.iuxta m.
        - *Venam* ad duram membranam: vt in ossis Cribrosi anteriore sede vtrinque vnum. Ta.7,fi.1.ibidem.
      - *Media* humiliori, maiora, cum illic multa emittat, & intromittat caluaria, vt dictum, sæpeq; vnum foramen plura præstet. Hæc sunt in Cuneiformi osse exsculpta vtrinq. (excepto exiguo temporum 7, ab auditus cauitate prodeunte) & desinunt vel in
        - *Oculorum* sedis cauitatem tria, Anteriora, versus superiora muricem accumbentia. Ex quibus
          - *Elatius*, Cuneiformis ossis I. Emittit Neruum visorium ad oculos cum Venula. Tab.7,fig.1.E.& Ta.6,fi.4,E.
          - *Medium*, cuneiformis ossis II. Tab.7,fi.1.G. Ta.6.fi.4.G.
            - *Emittit* humiliori sede
              - *Vasa*
                - *Neruorum*
                  - *Secundum* par, ad musculos.
                  - *Tertij* paris minorem radicem, ad faciei musculos.
                - *Arteriæ* soporalis ramum.
              - *Pituitam.*
            - *Intromittit* elatiori sede Venam ex oculi sede ad duram membranam.
          - *Infimum*, Cuneiformis III. Emittit Neruorum quinti paris minorem radicem (atque aliquando tertij iam dicti paris ramum) ad musculos. Tab.7,fig.1,H,& Tab.6,fi.4.H.
        - *Faucium* amplitudinem tria, Posteriora, inferiorem versus latera accumbentia, alterum latere
          - *Interno* Cuneiformis V. Intromittit Arteriæ soporalis maiorem ramum Ta.7.fi.1.X.
          - *Medio* Cuneiform. VI. Emittit Neruorum T.6,fi.3.Q.& T.7,fi.1.Q.
            - *Tertij* paris crassiorem radicem ad linguam.
            - *Quartum* par ad palatum.
          - *Exteriori* Cuneiformis VII. Intromittit Venæ iugularis portionem à soporali abscedentem. Et nonnunquam ramulum per for. in interno latere, vno tantum, exsculpto, intromittit.
      - *Posteriori* infima pauca, Ex quibus
        - *Gemina*, quæ vtrinq; ac latus magni foraminis sunt, sede
          - *Anteriora magis*
            - *Elatiori* Temporum ossium VI. Intromittens Neruorum quintum par ad auditum. Ta.7,fi.1.a.
            - *Media* Occipitij I, Ta.6,fi.3.F. insigne, quod parte Tab.7,fi.1.c.
              - *Interiori*, Emittit Neruorum sextum par.
              - *Exteriori*, Intromittit
                - *Vena* iugularis internæ maiorem ramum.
                - *Arteria* soporalis minorem sobolem.
            - *Inferiori*, statim in lateribus foraminis dicendi, Occipitij II. Emittit Neruorum par 7. & intromittit Venā. Tab.6,fi.3,g.& Ta.7,fi.1.g.
          - *Posteriori*, Temporum ossis I, post maxillarem processum in vtroq., vel vno saltem latere exsculptum. Intromittens Venæ iugularis ramum. Ta.6,fi.3.d.& Ta.7,fi.1.d.
        - *Vnum* in medio infimum, Occipitij IIII, maximum, dorsalem medullā transmittens. Ta.6,fi.3,e.& Ta.7,fi.1.e.
    - *Non pertingunt.* vide PERTINGVNT.
  - *Exigua.* vide EXIGVA.

NON PER-


NON PERtingũt in caluariã foramina, qↄꝫ nõ sursum feruntur in cauitatem, sed trãsuersim vel obliquè ipsius ossa perforant, vt in

Reliqua foramina extra caluariam posita vide in maxil. sup. Tab. 7.



- *Sede*
  - *Anteriore* in
    - *Frontis* ossis marginibus ad supercilia, foramen integrum vel medium occurrit, Emittens Neruorum tertij paris minoris radicis ramum ad cutem. *Tab. 6. fig. 4.* A.
    - *Oculi* orbitæ basi, Cuneiformis ossis QVARTVM, cõmune cum maxil. superioris quarto. Ta. 6. fi. 3, 4. D. Dimittit hoc ex oculi sede
      - *Pituitam* per foramen Cuneiformis 9. ad narium & faucium amplitudinem.
      - *Neruulos* paris tertij & quinti minoris radicis, ad musculos.
  - *Laterali*, ossis Temporis TERTIVM, quod Aerem ad auditorium organum admittit. Ta. 6. fi. 3, a.
- *Basi*, in
  - *Cuneiformi osse* 2. quorũ aliud
    - *Insignium* profundum, numero NONVM, per quod Pituita ex oculi sede ad nares defluit. *Tab. 6. fig. 2.* O.
    - *Obscurum*, transuersum, minus, numero OCTAVVM, iuxta foramen 5 & Deducit Arteriæ soporalis ramum ad narium amplitudinem. Ta. 7. fi. 1, Y.
  - *Temporum ossibus* tria, vt
    - *Obliquum*
      - *Maius*, numero SECVNDVM, quod Arteriæ soporalis maiorem ramum obliquè deducit. *Tab. 6. fig. 3.* χ, ad foramen cuneiformis 5. *Tab. 7. fig. 1.* χ.
      - *Minus*, numero QVARTVM, ad auditus organum pertingens, quod Ta. 7. fi. 3. V.
        - *Emittit* Nerui 5. ramulum ad musculos maxil. inferioris.
        - *Intromittit* venæ iugularis externæ ramum ad meatum.
    - *Anfractuosum*, numero QVINTVM, inter processus duos mamillares & styloidẽ: quod Arteriam intromittit. Ta. 6. fi. 3. b.
  - *Occipitij* osse, numero TERTIVM, postremum, quod trãsuersim ad primi foraminis latus, ferè in caluaria desinit. Venam illius foraminis, si adsit, deducens. Ta. 6. fi. 3. f.

EXIGVA caluariæ foramina occurrũt, nullum insignius vas transmittẽtia, sed tantùm exsculpta



- *Venulis*, ad ossium crassiorum præsertim, nutritionem. Hæc in externa occurrunt caluaria
  - *Sede*
    - *Superiori*, in ossibus Verticis.
    - *Anteriori*, in osse Frontis.
  - *Lateribus* ad cana temporum, in osse Cuneiformi.
  - *Basi*, in osse Cuneiformi, iuxta narium septum, plerumq. quinque. Ta. 6. fi. 3. z.
- *Membranarum* ossibus firmandis. Hæc in interna Caluariæ sede occurrunt, vbi dura mater ijs validissimè alligatur, & fibras trãsmittit, præsertim vbi multis foraminibus peruia esse debuit, vt sede
  - *Anteriore*, in ossis Cribrosi sede posteriori versus os cuneiforme, vtrinque rimam habet semicircularem, ac si vnguibus ceræ imprimeretur. Ta. 7. fi. 1. L.
  - *Media* in osse Cuneiformi, inter illius foramina, rima aspera, communis illi cum osse temporis occurrit. Ta. 6. fi. 3. N.

CON- nexus Caloariç ossium alius est

- *Immobilis*, quo omnia illi⁹ ossa inuicem, tũ quędam inter se, cũ maxil. sup. ossibus, commissuris validis iunguntur. Quę oẽs (præter coalitum, quo quamplurima ossa (pueris cõmittũ) Suturæ dicũtur: licet alias quoq; cõmissurarũ species aliquę exprimãt. Vsum vide in Generali tabula. Hic sufficiat ductũ & formam enarrasse. Nam licet oẽs inuicem continuẽtur, tñ in certas classes referuntur. Hinc aliæ caluariæ ossibus
  - *Propriè*, q̃ ipsius ossa inter se cõnectũt, caluariç cauitatis amplitudinem efformãtes: cõmunes plerumq; duobus vel tribus ipsi⁹ ossibus. Harũ aliæ occupant Caluariæ eam amplitudinem quæ
    - *Non* respicit faciem, vt sedẽ superiorẽ, posteriorem, lateta & basim. Hæ in externa & interna caluariæ sede cõspicuæ, quæ occupãt sedẽ ipsius maximè
      - *Excarnẽ*. Tres, suturam foris, intus harmoniã exprimentes. Harũ ductũ pro cerebri ratione digerẽ: ob cum per suturas ductis ligamẽtis illud caluanç aduectatur, debuit iduinculis trãsuersis, rectis & obliquis fieri. Hinc suturarum differentiæ ortæ sunt. Obtinuit enĩ ob id in caluariæ sede
        - *Superiore* duas, cum cerebrũ sit longius, tũ
          - *Transuersã*, vbi caluaria ãgustior est, estque Coronalis PRIMA, quæ
            - *Communis* frõtis ossis parti superiori cũ ossibus verticis, ea simul nectens.
            - *Ducitur* trãsuersim a medio capitis vtrinq; versus anteriora ad latera vsq; ad squamosas conglutinationes. T. 6. fi. 1, 2 A B. & Ta. 7. fi. 2 F F.
          - *Rectam*, secundũ ipsius lõgitudinẽ estque Sagittalis, SECVNDA, quæ
            - *Discernit* verticis ossa inuicẽ, & frõtis oõnunquam, si eo pertingat.
            - *Ducit* in medio vertice
              - *Plerũq;* à medio suturę Lambdoidis, ad mediũ coronalis. Ta. 6 fi. 2 E. & T. 7. fi. 2 D D.
              - *Aliquãdo* p mediũ coronalis & frontẽ medium ad nasi summũ vsq. T. 2 A
        - *Posteriore*, cum cerebrũ illic sit latius, Obliquã vtrinq; vnã Lambdoidẽ dictam, limbos pulchrè exprimentẽ, estq; in numero TERTIA, quæ
          - *Communis* occipitis ossi, cum verticis ossibus.
          - *Ducit* à termino sagittalis medio, vtrinq obliquẽ extrorsum versus exteriora ad radices mamillariũ processuũ, Tab. 6. fi. 2, 2 C O. & fig. 3 C C. & Ta. 7 fi. 2 A A.
        - *Lateribus* seu tẽporũ cauis vtrinq; æquè distantes 2. Squamæformes dictas: tenuiorẽ illic caluariæ partem occupantes: in quã cũ vnũ os aliud ascendat, foris elatior apparet quam interna sede. Ex his alia
          - *Circularis* numero QVARTA, amplior
            - *Communis* tẽporũ ossibus sede
              - *Anteriore* cum osse cuneiformi. Ta. 6. fi. 1, 2. a a.
              - *Posteriore* & superiore, cũ verticis ossib⁹ fi. 1, 2. H, F, G.
            - *Ducitur* circulariter à radice mamillaris pcessus posteriore sursum, inde rursum deorsum, ad basim vsq. progressa. Ta. 6. fi. 1, 2. a G, F, H ad a.
          - *Obliqua* numero QVINTA, breuior
            - *Communis* cuneiformi ossi sede
              - *Elatiore*, cum verticis ossibus.
              - *Humiliore*, cũ frontis osse.
            - *Ducitur* obliquè à summitate squamęformis deorsum ad principiũ suturę cõmunis primę & secundæ. Ta. 6. fi. 1, 2. ab H ad B.
        - *Basi* duas è quibus alia est
          - *Obliqua* admodũ vtrinq;, numero SEXTA, Cõtinuata suturę lãbdoidi, nõ ita hic suturã exactam exprimens. Hæc
            - *Communis* occipitij additamẽto cũ temporũ ossis parte humiliori, & auditus organo.
            - *Ducitur* ab extremis suturæ lãbdoidis iuxta radicẽ mamillaris processᵒ, obliquè versus interiora, ad trãsuersam lineã vsq;. Ta. 6. fi. 3, m m. & Ta. 7. fi. 2 Z.
          - *Transuersa* in medio. Linea est per coalitũ vnita, numero SEPTIMA, breuis
            - *Communis* occipitij additamento cum cuneiformi ossi.
            - *Ducitur* transuersim vtrinque breui ductu, donec in rimam desinat communem cuneiformi cum temporum osse, vbi conuenit cũ quarta sursum. Ta. 6. fi. 3, n n, & Ta. 7. fig. 2. n.
      - *Carneam* Sex Quæ suturas non ita exprimũt, vt supra dictæ, & ductu vario pro ratione ossiũ, quæ varia inuicẽ diuimũt, distinguuntur. Obtinuit itaque in
    - *Respicit* faciem. vide RESPICIT.
  - *Communes*. vide COMMVNES.
- *Mobilis*. vide MOBILIS.

RESPI-

RESPICIT faciem, anteriorem scilicet sedem. Huius loci suturæ, in interna caluariæ sede magis conspicuæ sunt, foris enim latent in cauitatibus faciei: Quarum alia

- *Transuersa* vtrinque, numero OCTAVA, in anteriore caluariæ sede talis existens, foris autem in oculorum sedis radice incurua apparet, & cùm foramine illic existente diuisa sit, gemina quasi videtur. Hæc ad narium cauitatem pertingit, & squamæformis est: ob quã causam, sicuti obseruaui, extrinsecus longè magis quam intrinsecus posteriorem locum occupat. Hæc
  - *Communis* ossi frontis cum cuneiformis ossis sede anteriore.
  - *Ducitur* transuersim, retrorsum nonnihil, ad ossis cribrosi angulos interiores vtrinque. Ta.7.fi.1 v v.
- *Quadrata* ferè in medio, numero NONA, futis in profundo sub fungosis narium ossibus apparens. Quæ ad communes suturas ob id non refert, quod hæc ossis cribrosi pars sit caluariæ propria. Hæc
  - *Communis* ossis cribrosi parti ad caluariam relatæ, cum ossa
    - *Frontis*, in lateribus & anterius.
    - *Cuneiformi*, breui ductũ posteriore.
  - *Ducitur* obliquo ductu in ambitu ossis cuneif. ad formã ipsius. Ta.7.fi.1 à v versus L 1 ad v, in sinistrò latere.

COMMVNES Suturæ caluariæq; Maxillæ superioris ossibus, quibus ossium caluariæ eminẽtiæ, & processus, sede anteriore connectuntur, foris tantũm circa faciem occurrunt, in sede faciei vel

- *Externa*, occupantes vel
  - *Superiorem* sedẽ, in supercilij externa sede, numero PRIMA, suturã veram exprimens, hæc
    - *Communis* frontis ossis supercilio, cum maxillæ superioris ossa primo.
    - *Ducitur* à fine sut. quintæ & communis secundæ extrorsum, breui ductu. Tab. 6. fi 1,2,3 g g.
  - *Latera* vtrinque, suturã exprimentes exactã, quarum alia occupat
    - *Oculorum* sedem
      - *Externam*, numero SECVNDA, quasi gemina, foramine communi oblongo distincta. Nam sede
        - *Superiori*, in oculorũ sedibus externis & cauit tẽporum conspicua,
          - *Communis* est cuneiformi ossi cum maxillæ superioris primo, externũ oculorũ angulum formante.
          - *Ducitur* deorsum ad foramẽ commune illis ossibus, vbi inuicem foraminis causa recedunt. Tab. 6. fi. 4 ab s ad Q. inde fi. 1,3 ad d.
        - *Inferiori*, ad latera palati & narium amplitudinẽ occurrens.
          - *Communis* cuneiformi ossi cum maxillæ superioris osse 4 & 6.
          - *Ducitur* rectà à foramine dicto deorsum, ad intimorum dentium radices vsque. Ta. 6. fi. 1,3. d d ad e.
      - *Internam*, numero TERTIA, in oculorum sedibus internis & narium cauitate occurrens.
        - *Communis* est multis, exceptis fungosis, ossibus: vt
          - *Infima* sede, breui ductu, cuneiformis protuberantiæ, cum maxillæ superioris tertio osse.
          - *Ductu* reliquo, ossis frontis externæ squamæ (quæ admodum versus nares protuberat) cum ossibus maxillæ superioris tertio, secundo, quarto, quinto.
        - *Ducitur* obliquè, à radice oculi sedis extrorsum ad nasi summum vsque, vbi maximè implicita sutura est. Tab. 6. fi. 4. R S T V X T Z.
    - *Tempora*, numero QVARTA, in osse iugali, obliqua, quæ
      - *Communis* est processibus temporum & maxillæ superioris primorum ossium, simul commissorum.
      - *Ducitur* obliquè per medium ossis iugalis, breui ductu. Tab. 6. fi. 1, z. & fi. 3 V. & fi. 4. P.
- *Interna*, Inferiore, in Narium amplitudine, numero QVINTA quæ
  - *Communis* cuneiformi ossi cum septo nãrium est.
  - *Ducitur* superiori sede inter processus pterigodes, ex posterioribus antrorsum. Tab. 6. fi. 3, sub x.

MOBILIS connexus caluariæ ossium fit per Articulum, quem efficit caluaria cum vicinis partibus, vt

- *Dorso*, supra cuius primã & secundã vertebram mouetur Articulis geminis, vt dictum in ceruicis vertebris, conferente capitula occipitis osse, vti illic explicabitur. Tab. 6. fi 3. l l.
- *Maxilla* inferiore, quæ ad caluariam mouetur Enarthrosi, conferente sinum vtrioque osse temporum, vti in singulis dicetur. Tab. 6. fi. 2,3, b.


PARTES seu ossa caluariæ sunt VII, quibus corpora adaucta & matura constant: quæ omnia simul commissa, caluariæ cauitatem vel scutellam efficiunt. Et sunt caluariæ vel

- *Propria*, non commissa maxillæ superioris ossibus, neque illa attingentia. Suntque amplissima ossa, caluariæ amplitudinis maximam partem efformantia, præcipue
  - *Posteriorem*, OS OCCIPITIS
  - *Superiorem* vtrinq;, ossa VERTICIS.
- *Communia* cum facie seu maxilla superiori nonnihil, cum illi committantur, & ad faciei structuram efficiendam conferant quoq;. Plus tamen ad caluariæ amplitudinem efformādam omnia faciunt: horum
  - *Latius* exteris, vnum: quod partem quoq; certas ad faciem constituendam contribuit, sede Anteriori, OS FRONTIS.
  - *Angustiora* duo, quæ processibus dumtaxat vel certis eminentijs productis, maxillæ superioris, nisibus committuntur: vt in
    - *Lateribus*, ossa TEMPORVM.
    - *Basi & Lateribus*, OS CVNEIFORME.

OCCIPITIS os vnum semper est in adultis: in puerulis quatuor plerūq; partibus constat: quarum prima, maior ipsius est capacitas, quæ & in quibusdam sagittali sutura rursum per medium diuiditur: duæ minores, ad latera foraminis illius collocantur: quarta additamentum illius est, Tab. 3. fi. 3, 4. I, II, III, IIII. Constituit hoc os caluariæ amplitudinis partē posteriorē, atq; inferiorem in basi mediā aliquousq;. Huius notatur


- *Situs*, quo in
  - *Posteriore* sede connexum est ossibus Verticis, sutura lambdoidi, III. Tab. 6. fi. 1, 2. D, C.
  - *Basi* medio, cōmissum est ossib⁹
    - *Temporum*, in lateribus, sutura VI. Ta. 6. fi. 3. e m.
    - *Cuneiformi*, in medio, sutura VII. Tab. 6. fi. 3 n n.
- *Conformatio*, qua
  - *Rotundum* ferè, nisi quatenus additamento in basi nonnihil sursum effertur, estque
    - *Crassum* sede
      - *Posteriore*, vbi excarne, multoque crassius osse frontis: illic enim iniurijs expositum, cum ab oculis longius abesset, firmius esse debuit.
      - *Inferiore*, vbi
        - *Vas* deducit vt
          - *Sinus* magnos. Tab. 7. fi. 3. iuxta k, h, i.
          - *Dorsalis* medullæ initium. Tab. 7. fi. 1 iuxta n.
        - *Foramen* ambit magnum, Ta. 7. fi. I, in circuitu e. & suturas efficit, fi. 1 z.
    - *Tenue*, vbi carnosum, sede inferiori, supra foramen amplum vtrinq;. Tab. 7. fi. 1 iuxta extuberantiam k, vtrinque.
  - *Solidum* vbi tenue, rarū autem vbi crassius: maximè illic, vbi additamentum Ipsius appendicis modo coalescit. Atque
    - *Superficiem* internus fortis, quæ læuem (nisi vbi musculorum adplantationis causa exasperatur) obtinuit, quæ
      - *Prominentias* quasdā (præter eas, vbi crassescit in basi) habet: veluti
        - *Extuberantiam* internus, quæ
          - *Rectà* à foramine ipsius sursum & transuersum quoque ducta, crucis ⁺ instar eminet, vtrinque sinum vnum efformans. Tab. 7. f. 1 k.
          - *Robur* addit ossi tenui illic, vt dictum.
        - *Capita* duo, exterius ad latera dorsalis medullæ anteriora, appendicibus in pueris donata, quæ Ta. 4. fi. 1. a, e. & Ta. 6. fi. 3 l l.
          - *Oblonga* sunt & arcta, interiori latere magis quam exteriori protuberantia.
          - *Articulum* efficiunt, cum prima vertebra capitis, vt dicetur.
      - *Sinus* concaues
        - *Interius* tres, occipitio (à quo incipiunt) cū multis ossibus cōmunes, quartæ semicirculi partis instar exsculpti, q
          - *Ductu* variant, nā
            - *Obliqui* duo sunt, vtrinque ad latera vnus. Quorum singuli à foramine ipsius primo, sursum per ossa temporum, in posteriora obliquè conscendunt, in medio occipitij conuenientes. Tab. 7. fi. 1. à c versus k.
            - *Rectus* vnus in medio, ex horum sinuum congressu rectà sursum fertur, super eminentissima suturæ lambdoidis sede, & sagittalis tota longitudine, frontisque ossis medio, ad olfactus organi septum vsq; ducitur. Tab. 7. fi. 1. à k ad m.
          - *Cedunt* sinibus crassæ membranæ cerebri, ne caluariæ ossibus premeretur.
        - *Exterius* duos semicirculares, qui
          - *Cœlati* ad posteriorem vtriusque capituli sedem. Tab. 4. fi. 1 H.
          - *Præbent* viam primo neruorum pari: foramen cum prima vertebra commune constituentes; quod in vnu osse non debuit esse, ne fieret inualidum.
    - *Foramina* obtinuit. Vide FORAMINA.

FORA



FORAMINA in occipitij basi sunt quatuor,


- *Duplicia* tria, quæ ad latus vtrinque foraminis magni existunt, ex quibus illi
  - *Commune* cum temporis osse PRIMVM, in medio inter processum styloidem & occipitij capitulum. Hoc Ta.6.fi.3.& Ta.7.fi.1.c.
    - *Insigne* est, oblongum, intortum, ac quasi geminum.
    - *Transmittit* sede
      - *Superiori* interiorisque neruorum sextum par, quod hic antrorsum elabitur.
      - *Inferiori* exteriorique,
        - *Vena* iugularis internæ maiorem,
        - *Arteria* soporalis minorem
        - ramus, qui hic caluariam ad posteriora ingrediuntur.
  - *Propria* sũt duo, inter quæ
    - *Semper*, num. SECVNDVM, iuxta primi foraminis latus internum, statim sub ipsius capitulo occurrens Tab.6.fi.3.& Tab.7.fi.1.d.
      - *Orbiculare* est, nonnunquam tamen oblongum, cum tertij vices gerit: obliquéque ex posterioribus in ternaque caluariæ sede, antrorsum ad primum foramen descendit.
      - *Transmittit.*
        - *Semper* Neruorum septimum par: quod vt sexto citò committatur, ad primum vergit.
        - *Aliquando* Venam & Arteriam, si tertij foraminis vices gerit.
    - *Aliquando* inuenitur TERTIVM in externa posteriori sede huius ossis capituli. Quod sæpè in vno vel vtroq; latere deest, vices ipsius gerẽte for. secundo. Hoc Tab.6.fi.3.f.
      - *Non* valde amplum, à posteriori capituli parte, in internam caluariam lõgo ductu fertur, cessans in elatiori sede foraminis secundi.
      - *Transmittit*, si adsit, Venam & Arteriam, per trãsuersos vertebrarum processus sursum ascendentia: quæ, eo absente, per secundum foramen transeunt.
- *Simplex* vnum, numero QVARTVM, in basis ipsius medio incisum, quod Tab.6.fi.3.& Tab.7.fi.1.e.
  - *Amplissimum* omnium foraminum, rotundum & oblongum nonnihil.
  - *Emittit* Dorsalem medullam, à cerebro per dorsi vertebras descendentem.



VERTICIS ossa duo sunt, quę simul iuncta, superiorem caluariæ amplitudinis præcipuam sedẽ & laterum, nonnihil versᵒ posteriora, constituunt. Hæc Tab.6.fi.1.& fi.2.K.

- *Situ* in Superiori sede, committuntur tum
  - *Inuicem*, in medio longitudinis capitis, sutura sagittali tt. Tab.6.fi.1.2,n.
  - *Vicinis* ossibus: vt in caluariæ sede.
    - *Anteriori*, Frontis ossi, sutura coronali t. Tab.6.fi.1,2 A A.
    - *Posteriori*, Occipitij ossi, sutura lambdoidis iii. Tab.6.fi.1. D C.
    - *Laterali* vtrinque, squamosis conglutinationibus iungitur
      - *Temporum* ossibus, sutura iisi. Tab 6.fi. 1,5 C F H.
      - *Cuneiformi*, breuissimo ductu, parte elatiori suturæ v. Tab.6 fi.1,5 H A.
- *Conformatione*
  - *Quadrata* & crassa ferè æqualiter, nisi vbi ossibus temporum per squamosas conglutinationes iunguntur, illic enim attenuantur.
  - *Solida* in adultis: nam in puerulis pars ipsorũ anterior, vbi sagittalis sutura in coronalem abit, diu manet membranea. Læuia quoque sunt, nisi vbi sedu
    - *Interna*
      - *Sinulos*, plures pauciorésue, quibus crassa membrana ... impressus habet. Tab.7.fi.2 f.
      - *Inscriptionibus*, quę venarum tuberibus congruunt, delineata est. Tab.7.fi.2 T T.
    - *Externa*, Foramina exigua, in lateribus sagittalis suturæ, potissimum iuxta suturæ lambdoidis externam sedem, nutritionis gratia, insculpta habet.

FRONTIS os plerumque vnum est: geminũ tamen, sututaque sagittali ad nasum vsque descendente per medium diuisum, in pueris semper, in adultis rarius inuenitur. *Tab.2. A.* Hoc Caluariæ amplitudinis anteriorẽ partem suprà infraq́, constituit, & Faciei superiorem quoque partem: vt frontem totã, atque oculi cameræ partem elatiorem efficit. Illud *Tab.6.fi.1,2.L.&fi.4.III.*




- *Situm* in anteriore sede, tum
  - *Superiori*, connexum ossibus Verticis, sutura coronali I. *Tab 6.fi.1,2 2 A.*
  - *Inferiori*, commissum ossibus
    - *Caluariæ*
      - *Cuneiformi*, in latere
        - *Externo*, in cauis temporum, breui ductu, squamosæ glutinationis suturæ V. *Tab.6.fi.1,2 A g.*
        - *Interno* in caluariæ cauitate, harmonia seu sutura VIII. *Tab.7.fi.1.ſ v.*
      - *Cribroso* in medio, illud quasi suo sinu amplectens, harmonia seu sutura IX. *Tab.7.fi.1.L I.*
    - *Maxillæ* superioris multis, vt in
      - *Oculorum*
        - *Supercilio*, cum Primo, sutura communi caluariæ I. *Tab.6.fi.4.R.& fi.1,2.*
        - *Cauo*, cum Tertio primum, dein Secundo, mox Quarto, sutura communi caluariæ II. *Tab.6.fi.4.S,T,V,X.*
      - *Nasi* summo, cum Quinto, eiusdem suturæ parte. *Tab.6.fi.4.Y Z.*
- *Conformatione*
  - *Semiorbiculatum*, latum &
    - *Tenue* in oculorum cauitate, sed duab⁹ squamis pellucidis in quibusdam locis, vt dictum, efformatum.
    - *Crassius* reliqua sede, tum
      - *Vndique*, cum ferè totum extra carne sit, nullibi musculis, nisi vbi temporalis illud obiter in latere attingit, cedens.
      - *Priuatim* iuxta
        - *Nasi* summum, propter cauitatem quam continet.
        - *Suturas*, vbi, vt melius connectatur, crassescit.
  - *Solidum* vndiq., maximè vbi tenuis, & priuatim obtinet
    - *Impreßiones* sede anteriori, vbi duabus squamis efformatur, vt
      - *Foueam* vtrinque in oculorum orbitæ superiori sede, quæ cameratum oculorum efficit, & duabus squamis tenuibus mutuò accumbentibus componitur. Quarum
        - *Exterior* oculi camerã respiciens, plana. *Tab.6.fi.4, in oculi cauo.*
        - *Interior* in caluariam protuberans, inscriptionibus cerebri anfractib⁹ correspõdet. *Ta.7.vtring. iuxta I L.*
      - *Cauitatem* seu antrum in medio, inter duas ipsi⁹ squamas crassiores, inuicem supra nasum in superciliorum regione distantes, sitam, quę *Tab.7.fig.1,2.*
        - *Ampla* admodum, atque
          - *Fibris* osseis squamulisq; interstinguis, quibus corpus molliusculum membrana obductum & medullosum continetur.
          - *Foraminibus* pertingit, tum in
            - *Narium* amplitudinem, suntque illic recondita.
            - *Caluariam* vno, statim supra septum olfactus organi egresso. *Tab.7.fi.1.iuxta m.*
        - *Leuitatis* ossis frontis gratia, quod oculorum causa crassum esse oportuit, maximè excauata. Odoratui fortè quoque conferens, vt existimat Vesalius.
    - *Foramina* tum
      - *Communia*, exigua, in superciliorum sede.
      - *Peculiaria*, alterum
        - *Interius* in medio, in commissura ossis cribrosi cum osse frontis: quod sæpe occlusum, quando vero adest, in cauitatem dictam pertinet, vt dictum. *Tab.7.fi.1 iuxta m.*
        - *Exterius* vtrinq, ad medium supercilij incisum, quod *Tab.7.fig.4.A.*
          - *Orbiculare* sæpe seu foramen perfectum, sæpe medium duntaxat, seu sinus tantum in vno vel vtroque latere.
          - *Emittit* neruorum tertiæ coniugationis minoris radicis ramum, ex oculi sede ad frontis musculosam cutem.

TEMPO-

TEMPORVM ossa duo sunt, vtrinq; vnum: In pueris, singula, interposita cartilagine, per meatum auditorium rursum dirimuntur, cuius diuisionis rudimentum adhuc in adultis, illic vbi meatus est initium, apparet. Constituunt hæc Caluariæ amplitudinis partem, circa latera præsertim, & in basi nonnihil: ac processum emittunt ad Faciei malas efficiendas. Horum notatur Ta. 6, fi. 1, 2, 3. N.

- *Situs*, quem vtrinque inuicem distantia, occupant
  - *Latera*, præcipua illorum portione, & committuntur illic ipsorum
    - *Sede*
      - *Posteriori* & superiori, ossibus Verticis, sutura III. Ta. 6. fi. 1, 2. C, G, F, H.
      - *Anteriori*, ossi Cuneiformi. sut. IIII. Ta. 6, fi. 1, 2. ab a, ad H.
    - *Processu* ossis iugalis, Maxillæ superioris ossi primo, sutura communi III. Ta. 6, fi. 1, Z.
  - *Basim*, parte aliqua, auditus scilicet organo, quod comitatur sede
    - *Interiori*, Occipitij ossis additamento, sutura VI. Ta. 6, fi. 3. m. n.
    - *Exteriori*, Cuneiformi ossi, vix sutura aliqua, cum illic rima sit, qua inuicem diuelluntur. Ta. 6. fi. 3, ab n. ad o.
- *Conformatio*, qua pars ipsorum, quæ occupat caluariæ
  - *Latera* & verticem spectat,
    - *Ampla* & rotunda, semicirculi instar est, squamæ alicuius amplæ modo, & quia illic temporali musculo cedit, admodum tenuis & transparens.
    - *Solida*, lænis & plana: intrinsecus tamen cerebri reuolutionum modo, inscriptionibus, vt & reliqua vicina illi ossa, variè extuberans.
  - *Basim*, admodum inæqualis, nam
    - *Imprimitur*
      - *Sinibus* duobus, quorum
        - *Exterior* Propriùs illi, inter auris meatum & radicem processus ossis iugalis, dicendi, consistit, qui Ta. 6, fi. 2, 3. h.
          - *Transuersim* oblongus, & cartilagine incrustatus est.
          - *Maxillæ* inferioris capitulum excipit, fitq; articulus mobilis, manifestus.
        - *Interior*, in posteriore illius sede vbi occiput tangit leniter excauatus, Communis illi est cum ossibus cuneiformi & occipitij: oblongus & obliquus, venarum & sinuum iubentibus cedens. Ta. 7, fi. 1, a. c. versus e.
      - *Foraminibus*, quorum
        - *Caluaria*
          - *Cauitatem* subintrat PRIMVM, in posteriori sede, ad regionem processus mamillaris, iuxta suturæ lambdoides latus, quod modò in altero, modò in vtroque latere deest, Hoc Tab. 7, fi. 1, g. h. Ta. 6. fi. 3. g.
            - *Transuersum*, rotundum, & meo iudicio, foris angustius, intus magis amplum.
            - *Intromittit* Venæ iugularis externæ ramum ad caluariam.
          - *Basim* primeat SECVNDVM, in processus petrosi sede interiore, quæ præruptæ rupi assimilis, exsculptum Hoc Ta. 6, fi. 3, X. & Ta. 7, fi. 4, D.
            - *Obliquum*, oblongum & amplum: ex posterioribus obliquè introrsum in priora huius processus delatum.
            - *Deducit* Arteriæ sopotalis maiorem ramum obliquè ad foramen cuneiformis 5. per quod primum arteria caluariam ad ventriculos subire debuit. Sic enim tutius in osse potius quam faucibus (vbi sine periculo à musculis declinare non potuisset) à posterioribus antrorsum fertur. Quæ causa præcipua huius foraminis obliquitatis fuit, non autem mora spirituosi sanguinis, vt prodiderunt.
        - *Auditus* organum petunt. 6. deducta à caluariæ sede vel
          - *Exteriore* 3. quorum
            - *Insignius*, TERTIVM temporis, & auditus organi primum foramen. Meatus est auditorius, aerem admittens, qui amplus & breuis, inter mamillarem processum & os iugale occurrit. Ta. 6, fi. 2, a.
            - *Angustiora* duo, quorum
              - *Anterius* QVARTVM, seu auditus 2. geminum, iuxta cuneif. 1. foramen non admodum promptè est obuium. Ta. 6, fi. 3. v.
                - *Obliquum* est, geminum, breue.
                - *Transmittit*
                  - *Intro* Venæ iugularis internam sobolem.
                  - *Foras* Nerui auditorij ramulum, si modò hic elabitur.
              - *Posterius* QVINTVM seu 3. auditus, inter mamill. processum & styloidem. Ta. 6, fi. 3, b.
                - *Rotundum* in canalem desinit longum.
                - *Intromittit* Arteriolam, & Neruum emittit.
          - *Interiore* 2.
            - *Insignius* SEXTVM, seu 4. auditus, in latere processus posteriori, quod . Ta. 7, fi. 1, a.
              - *Amplum*, obliquum & breue, seorsim dilatatum.
              - *Continet* Neruorum quintum par.
            - *Angustius* SEPTIMVM, seu 5. auditus à me inuentum, in latere processus anteriori est, quod Ta. 7, è regione a in osse petroso esse deberet. & fi. 4, y.
              - *Angustum* admodum & instar rimulæ cuiusdam aspectum.
              - *Emittit* Arteriolam ab auditus organo ad amplitudinem caluariæ.
  - *Protulerat* processibus varijs & notatu dignis visse PROCESSVS



- **DVCTVS** seu viæ, audit? organi causa ussa perroso permeantia sont,rum · *Tab.7,fig.4*
  - *Manifestiores* duo ampli. Meatus: quorum alter apparet
    - *Foris*, meatus Aeris siue auditorius dictus, per quē aer externus aurem subit. Hic tanquā osseus annulus in pueris a reliquo osse temporum distinctus, atque per vnionem, cartilagine intermedia, commissus, *Tab.3,fi.1,3,4 f*, in adultis deperditur. Atque
      - *Situs* est inter mamillarem processum, & ossis iugalis partem eam, quę est in temporibus, & obliquè in interiora temporis ossis, in primam illiue cauitatem, à qua membrana distinguitur, ducitur. *Ta.6,fi.3,a.& Ta.7,fi 4,ab a,ad a.*
      - *Amplus* est, sed breuis, nec exactè rotūd?, leuis interius, pfectque
        - *Circulos* duos, qb? in principio & fine p̄minet, quorum
          - *Exterior* asper, Seaphus dictus, cui auris cartilago adnascitur. *fi.4.b.*
          - *Interior*, Canalis veluti osseus, obliquus, cui membrana, obliquè quoque ducta, circulatim adnascitur. Hic extuberat vtrinque veluti duobus processibus. *fi.4,c.*
        - *Foueam* quandam planam in medio in pecoribus, nescio an unquam in homine.
    - *Intus*, meatus Nerui auditorij, seu foramen quintū neruorū coniugationem admittens. Hic
      - *Situs* est in ossis seu processus huius petrosi posteriori latere, cui insculptus, obliquè extrorsum aliquousque ad mediam huius processus sedem vsque procedit, vbi tenui squama tantùm à cauitate tertia & secunda, dicendis, distinguitur. *Ta.7,fi.1.a & fi.4,à d,ad e.*
      - *Amplus*, in ingressu rotundus, sed sensim in duas veluti sedes dilatat?, læuis, & in profundo ipsius obtinet
        - *Sedes* seu impressiones duas distinctas: aliam superiorē, aliam inferiorem, quæ neruum diuisum illic continent. *fi.4,e,f.*
        - *Foramina* obscura duo, ex illis sedibus, progressa: Quorum
          - *Elatius* anterius, manifestius, ex superiore sede meatus oriturum, mox integer fit canalis dicendus, nerui insigniorem portionem deducens. *fi.4.e.*
          - *Humilius*, omnino exile & capillare, simplex vel geminum, ea inferiore sede mearns in cauitatem 3 & 2 desinit, fibellas nerui fortè eò deducens. *fi.4,f.*
  - *Angustiores* 2. lōgi Canales: Horum
    - *Communis* vnus veluti Aquæ ductus quidam, nerui auditorij portionē manifestiorē, atq; arteriā in ipsum desinētem, variè deducit. Nam
      - *Ducitur*, à foramine elatiore meatus nerui auditorij incipiens, vt dictum, admodū variè primum antrorsum, mox retrorsum obliquè in interiore huius processus sede, supra foramē elatius primæ cauitatis, inde deorsum delatus, sub auditorij meatus ad aurem foramine quinto desinit. *fi.4.g. in tribus figuris.*
      - *Intortus* admodū, non tamen vt veteres putarūt Anatomici cæcus, sed patens: & Foraminibus aperitur, tum in
        - *Principio* & fine: in
          - *Principio*, commune illi cum sede elatiori meat? nerui auditorij *fi.4,a.*
          - *Fine*, foramine temporis ossis quinto. *fi.4,d.*
        - *Ductu* reliquo, sede
          - *Externa*, in caluariæ amplitudinē spectante, quod
            - *Exsistit* in anteriori huius processus sede, è regione meat? auditorij posterioris sedia? estq, for. 7 ossis tēporū. *fi.4,β*
            - *Arteriā* illic à se dimittit, quā continet.
          - *Interna* ad initium cauitatis 2. se exiguo interuallo adaperit, nullibi aliàs (vt in vitulo fit) in prima cauitate dehiscens. *fi.4,γ.*
    - *Priuati*, Cauitati primæ, gemini Canales, mutuò accumbentes, tenuissima tantùm ossea squama inuicē diremptí. Hi
      - *Ductu*, à radice primæ cauitatis in anteriora introrsum ità feruntur, vt tandem iuxta superiorem sedem foraminis suturalis arteriæ, quòd secundum ossis temporum est, prodeant. *fi.4,s a.*
      - *Vasa* continent,
        - *Anterior*
          - *Intromittit* Venæ Iugularis sobolem.
          - *Emittit* Neruulum quinti paris, ab auditus organa
        - *Posterior* Nerueam portionem quandam.
          Per hos canales crederem aerem nonnunquam irrumpere, cum impetuosius nasum emungendo sentimus aurium sibilum.

CAVITATES seu cameræ, aut antra, auditus organi gratia in media ossis petrosi sede, vbi maximè extuberat, insculptæ sunt: quas membranulis à fibellis neruorum deductis succingi putant: suntq; tres, quarum ta. 7 fi. 4.

- *Manifestior*, Exterior, PRIMA, Tympanum à forma tympani dicitur. Hæc cauitas *fi. 4, b.*
  - *Situ*, in anteriore petrosi sede insculpta est, & parte externa meatum auditorium respicit, à quo, membrana tympani dicta, distinguitur. *fi. 4, à b versus e.* interiore vero parte, tenui squama à foramine soporalis arteriæ, in eodem osse exculpto, secernitur. *fi. 4. à h ad k.*
  - *Ampla*, habens
    - *Impressiones*: vt
      - *Foramina* seu fenestras ipse vocat Fallop. quorum
        - *Elatius*, in medio quasi cauitatis, quod stapedis basis claudit, *fi. 4, k.*
          - *Desinit*, aliquousque in os ingressum, in secundam cauitatem.
          - *Manifestius*, oblongum ouuntibil.
        - *Humilius* semper patet. *fi. 4, l.*
          - *Desinit* geminus ductus, altero in cauitatem
            - *Secundam*, cum elatiore foramine.
            - *Tertiam* dicendam.
          - *Angustius* in homine, & paulò minùs priore, rotundumque ac extuberans.
      - *Sinum* in anteriore sede, amplum, oblongum, glandulosum quid continentem in pecoribus. An in homine inueniatur ignoro. Fortè musculus est quorundam.
    - *Prominentias*: vt
      - *Tuberculum* supra foramē humilius, quod *fi. 4, suprà l.*
        - *Cameratum* est antri cochleati, quod sub ipso latet.
        - *Refert* eum subdito illi foramine concham, quam frænis ornandis adhibent.
      - *Squamam* tenuissimam, quæ canales duos huic cauitati priuatos, vt dictum, distinguit. *fi. 4, inter i i.*
- *Profundiores* duæ. Altera
  - *Interior*, SECVNDA, Laberynthus vel Fodina, propter cuniculos quos cõtinet dicitur. Hæc *fi. 4. m. in figuris tribus.*
    - *Situ*, in posteriori atque anteriori processus sede latet, atq; à meatu nerui auditorij, squama duntaxat separatur. *fi. 4, inter m & e.*
    - *Minor* est quā prima: atq; obtinet
      - *Foramina*, quæ in ipsam pertinent,
        - *Communia* illi cum cauitate prima, iam enarrata duo.
        - *Priuata* exigua huc desinentium à
          - *Meatu* nerui auditorij humilioris minutissima.
          - *Canali* communi, hic dehiscente nonnihil. *fi. 4, y.*
      - *Cuniculos* tres seu Canales, qui ex ipsa, amplo initio, prodeuntes, angustiores sensim, vt obseruaui, facti, per ossis substantiā delati & reflexi, tandem in hāc camerā recurrunt, illicq; rursum desinunt. Horum, meo iudicio, alter hoc ductu fertur *fi. 4, 1, 2, 3.*
        - *Transuersim*, ab interioribus extrorsum.
        - *Rectà*, ab anterioribus retrorsum.
        - *Obliquè*, à posterioribus extrorsum.
  - *Exterior*, TERTIA, Cochleata vel Buccinata à forma dicta. Hæc *fi. 4, sub n, si os illic apertum fuisset, lateret.*
    - *Sita* in anteriori magis sede posita est, sub tuberculo primæ cauitatis, ad meatum nerui auditorij vsque pertinens, à quo tenui ossium intersitio diuiditur. *fi. 4, inter n & f.*
    - *Minima* est, sed oblonga & incurua. Nam
      - *Gyris* duobus vel tribus, quibus cochleæ in modum intorquetur, absoluitur, introrsum & deorsum nonnihil reflexa.
      - *Foramina* obtinet, in
        - *Introitu* vnum, humilioris enarrati foraminis primæ cauitatis, huc quoq; pertinens.
        - *Exitu* nullum, nisi minutissimum fortè à meatu nerui auditorij humilioris.


AVDI-

AVDITVS officula tria sunt, exigoa, solida (etiam in pueris)in auditus organo recoodita. Ad aoditum, fortè soliditate ipforum, vel quia firmant tympanum, aurabo modo, noodũ fatis cognito, muficis inftrumentis comparata, opitulantur. Hæc fimul commiffa, iuogũtur cauitati primę dictæ auditus organi, vel *Tab. 7. fig. 5. & Tab. 49. fi. 20.*


- *Interuentu* membrarum & ligamentorum tantum, duo officula, louicem articulata, quorum *Tab. 7. fi. 5.*
  - *Longius* MALLEVS dicit. itoe *Ta. 7. fi. 5. ordine primo*
    - *Situm* eft in exteriore primæ cauitatis regiooe, ioxta initum illi⁹, & finem meatos auditorij. Atque *Tab. 7. fi. 4. c.*
      - *Adnafcitur* intrinfecus
        - *Membrana* tympani, meatum auditoriũ occlodeoti, tum *Tab. 49. fi. 20 f.*
          - *Pediculi* fui toto latere inferiore.
          - *Proceffu* inferiori.
        - *Meatus* auditorij Orbitæ: Ligamentis, qox ab vno meatus tubere, tranfuerfim in alterius lateris tuber pertinent.
      - *Coarticulatur* Iocodi: articoli fpetie, qox fit læuibus fuperficiebos. *Tab. 7. fi. 5.*
    - *Malleo* vel femoris offi, cuius inferiora capita fint refecta comparatur, Eftq; incuruũ, longiufculum, cuios longitudinis pars media
      - *Interior*, Caudam, vel Pedicolom refert, tenuem & latiufculam, verfus pofteriora fenfim attenuatam, cuius latus iofcrius, quo membranæ innafcitor, afperum eft.
      - *Exteriore* in
        - *Ceruicem* anguftatur, pediculi vno apici adnatam, quæ emittit.
          - *Proceffulos* duos fede pofteriori, tenues, acutos, quorum
            - *Elatior* ligameoto inhæret.
            - *Humilior* orbitæ membranæ immerfus eft.
          - *Tuberculum* & Sinulum fub illo, qoibus ligamentum validius adnectitor.
        - *Capitulum* oblongum, ceruici adnatũ, definit: Cui Sioolos qoidam fioatus incruftatus cartilagine, infculptus eft.
  - *Breuius* INCVS nominatur. Hoc *Ta. 7. fi. 5. ordine fecũdo.*
    - *Situm* eft in pofteriore latere primæ cauitatis, ad meatum auditorium, &
      - *Adnafcitur*
        - *Meatus* aoditorij orbitæ pofterion fedi extuberanti, illique veluti infiftit, & ligamento tranfuerfo nectitur.
        - *Officuli* tertij capitulo.
      - *Coarticulatur* Malleo, fitque articulus qui obfcurè mouetur.
    - *Incudi* feo molari dẽti duabus radicib⁹ coöftanti comparatur. Nam latum & breue, & parte foa
      - *Craßiore* extuberante, Sinulum quoqoe obtinet incroftatum, refpondeotem mallei finulo, cui coarticulatur.
      - *Tenuiore*, Crora duo, feu proceffus mutuò diftaotes emittit, quorum
        - *Breuius* ac ferè latius, ligameoto nectitor orbitę.
        - *Longius*, foo apice nonnihil intortom, tertio officulo nectitur.
- *Proxime*, illiq; articulatur STAPES dictos, itoe officulum *Tab. 7. fi. 5. ordine tertio.*
  - *Situm* in media quafi fede primæ cameræ, illius foramini elatiori præpofitum, Atque
    - *Adnectitur* capitulo fuo fecundi officoli longiori cruri, ligamenti beneficio.
    - *Articulatur* bafi foa eum foramine cui præponitur, fitq; articolus mobilis.
  - *Stapedem* pulchrè repræfeotat, vel Δ Græcorũ: nam triangolare exiftit, & (ficuti diligenter primus defcripfi) fua
    - *Bafi* qua foramen fuperius occludit
      - *Oblongum* & rotuodum.
      - *Tenue*, fed in marginis ambitu craffefceos.
    - *Eminentia*, qua in primam cauitatem fertur, nonnihil incuruũ, et
      - *Capitulum* minorum obtinet, rotundum, planum, cauum, cui loogius crus iocudis committitur.
      - *Cruribus* duobus à capite ductis, bafi vtrinq; infiftit, quæ
        - *A capitula* defcendentia, fenfim recedunt, foramenq; triangulare receffu efformant.
        - *Latiufcula* circa capitulum & finuata noonihil.

CVNEIFORME, os, sphenoides, vnicum in adultis, in pueris, interposita cartilagine, duplex in medio, duoq; obtinet latera. *Tab.3.fi.3,4,ch.1,2,3,4.* Hoc calueriæ amplitudinis exiguum spatium in basis ferè medio & canis temporum efficit, & ad faciei quoque cōstitutionem iuuet, nam oculorum sedis radicis iet^p externam ex parte, & narium amplitudinis particulam, sub radice oculorum cameræ confert. Hoc

Tab.6.fi.1,2,3.& Tab.7.fi.1.o P. & Tab.3.



- *Situm* in basi & lateribus caluariæ, eam illius sedem possidet, quæ occipitij additamēto, & frontis tēporumque ossibus non est occupata. Nam cōmittitur ossibus
  - *Caluariæ*, parte ipsius
    - *Posteriori*, in
      - *Basi*, Occipitij additamento, coelitu transuerso, seu sutura vii. *Tab.6.fi.3,n n.*
      - *Lateribus*, Temporum ossibus suture circulari tttt. *Tab.6.fi. 1, 2, a a.*
    - *Elatiori* in lateribus, ossibus
      - *Verticis*, sutura obliqua v. *Tab.6.fi.1, 2 ab H ad A.*
      - *Frontis*, eadem sutura. *Tab.6.fi.1,2 ab A ad g.*
    - *Anteriori* sede
      - *Interiore*, in caluariæ cauitate, ossi
        - *Frontis*, sutura transuersa vttt. *Tab.7. fi.1, a f. ad v.*
        - *Cribroso*, breui ductu, suturæ ix parte. *Tab.7.fi.1 iuxta medium v.*
      - *Exteriore*, in narium amplitudine, Cribrosi ossis septo, sutura communi v. *Tab.6.fi.1, iuxta z.*
  - *Maxillæ* superioris, eminentiis suis, tum in latere oculorum
    - *Externo*, & iuxta ipsorum radices, Maxillæ superioris ossi primo, quarto & sexto, sutura communi gemina, ii. *Tab.6.fi. 4 ab S ad Q. inde fi.2,3 ad d, & postea fi.1 & 3. ad o.*
    - *Interno*, Maxillæ superioris tertio, breui ductu, suturæ communis iii. *Hæc in radice oculi cameræ inuenitur.*
- *Conformatione*
  - *Generatim*
    - *Varium* admodum est, vnde [illegible] dictum est, ex corpore quodam, in basis medio, admodum crasso, vtrinque veluti in alas, in lateribus tenuiores, expensum.
    - *Inæquale* est, intrinsecus & extrinsecus, sed læue, nisi vbi in narium amplitudine, vt tunica succingens illi melius hæreret, & canis temporum, vt musculi commodius adplerentur, exasperatur.
  - *Spetiatim*
    - *Protuberat* Processibus in sede caluariæ amplitudinis
      - *Interna* vtrinq; duobus, quos Clinoides vocant. Hi, sinus quadrati, glandulam continentis, quatuor angulos stipant. Et
        - *Forma* inferiori mensæ sedi vel sellæ potius comparantur, Atque
          - *Anteriores* duo, insigniores & crassi, ex lata basi in acutum mucronem desinunt.
          - *Posteriores* duo, inæqualiter extuberant. Vt detur potius paries quidam inæqualis & asper.
        - *Vsum* habent, vt illis adnectetur crassa cerebri membrane validius, ac illic cum hic à caluariæ basi abscedet, veluti sustineatur.
      - *Externa* seu basis sede
        - *Anteriori* vtrinque vno, quos Pterigoides, Aliformes vocent, iuxta ossium narium septum, vtrinque educti. Hi *Tab. 6.fi.3.ch. 1, 2,3,4 & Tab. 7.fi.3.v.*
          - *Forma* vespertilionum alis cōperantur, cum sint latere
            - *Externo* tenues admodum.
            - *Interno* crassiores, in acutiem insigne in desinentes.
          - *Vsu* originem præbent musculo tertio maxillæ inferioris, cuius principium, sinu medio inter ipsos, cōplectuntur & muniunt.
        - *Posteriori* vtrinque duobus Apicibus, à ductu dicti processus versus processum styloidem: horum
          - *Posterior* insignior
            - *Asper*, & acutus.
            - *Originem* præbet musculi maxillæ inferioris quinti parti.
          - *Anterior*, obtusus, à quo fenecium musculus primus oritur.
  - *Imprimitur*. Vide IMPRIMETVR



IMPRIMITUR os cuneiforme

- *Cauitate* insigni, inani, nisi quod medullosum quid cõtinet: vacis & ossium leuitatis causa extructa. Hæc
  - *Sita* in basi huius ossis media, inter ipsius superficiem cerebro conterminam, & eam quæ oris cauitatem respicit. Tab. 6. fi. 5 sub M. & fi. 3.
  - *Conformatione*,
    - *Caua*, squamose, & interdum
      - *Distincta* in duo Antra insignia, fi. 3 C D, tenui quandam ossea septo, fi. 3 E, separata. Quibus tertium exiguum antrum, septo illic rursum bipartitò, subiacet. fi. 3 G.
      - *Non distincta* in certas partes, sed spongiosa, & squamis variè obducta.
    - *Foramina* duo in narium amplitudinem emittit, quibus fortè aerem admittit, nusquam alias peruia, fi. 3 F.
- *Sinibus* vel Ductibus aut viis in caluariæ parte
  - *Interna* maximè, quorum, exceptis inscriptionibus cerebri anfractibus cõgruentib. sunt
    - *Proprij* sex: in media ferè caluariæ amplitudinis sede protuberante insculpti, Ex quibus
      - *Apparentiores* duo, in medio exactè existũt, quorum
        - *Anterior* & superior. Tab. 7. fi. X.
          - *Transuersus* & oblongus.
          - *Cõtinet* Visorios neruos illic congressus.
        - *Posterior* ac inferior. Ta. 7. fi. F.
          - *Quadratus* ferè, latus, læuis, nec spõgiosus, sicuti aliqui, vt pituitæ expurgandæ viam, cum aliam non scirent, excogitarent, mentiti sunt volueruntur.
          - *Complectitur* Glandulam, illic vasorum distributioni præpositam.
      - *Obscuriores* quatuor, vtrinque duo ad latera horum sunt. Ductus superficietenus duntaxat caui. Quorum Ta. 7 fi. 1. O P.
        - *Prior*
          - *Ducitur* antrorsum ad foramen ipsius secundum.
          - *Defert* Pituitam in oculi sedem, & hinc, per quartum foramen in oculi sede, ad nares vel fauces.
        - *Posterior*
          - *Tendit* deorsum ad foram. ipsius quartum, versus faucium amplitudinem.
          - *Deducit* insigniores Arteriarũ soporalium ramos, hic caluariam subeuntes. Vix enim pituitæ naturalis hic est defluxus.
    - *Communes* illi cum ossibus temporum & verticis, Ductus vtrinq; duo, ab illius foraminibus progressi, venularũ tuberibus dimidiatim conuexo respondentes, Hi Tab. 6. fi. 1 Y Y.
      - *Ducuntur*, hac ratione.
        - *Anteriores* duo, à foramine ipsius quarto in oculi sede, sursum per ossa verticis, venarum distributionis modo.
        - *Posteriores* duo, à foramine ipsius versus fauces, venarum seriei instar, per ossa temporum & verticis in posteriora ascendunt.
      - *Vsu*, cedunt venis nonnihil, easque media ex parte, ne à caluaria premerentur suscipiunt.
  - *Externa*, inter processum pterigöidum duo latera excauatos Tab. 7. fi. 3 inter V.
    - *Oblongos* & cauos.
    - *Occultantes* principium musculi tertij maxillæ, atque illud munientes.
- *Foraminib⁹*, quorum alia
  - *Obscura*
    - *Membrana* crassæ cerebri firmandæ causa impressa, Rima, communis cuneiformi & temporum ossib⁹; quæ
      - *Occurrit* ad latus foraminis cuneiformis 5, ac si illic bone ossa à temporum ossibus nonnihil dehiscerent Tab. 6. fi. 3 N. & ab N ad O.
      - *Aspera* & inæqualis, per quam pituitam effluere & aerem subire putant, quod ego, cum membrana adnexa obstruatur, credere minime possum.
    - *Vena* ad ossium enutritionem intromittendis parata. E quibus præcipua inueniuntur in
      - *Lateribus*, ad temporum caua.
      - *Basi* extrinsecus, vbi hoc os septo narium committitur, suntque ferè quina quaterna Tab. 6. fi. 3 μ.
        - *Posteriora* tria, antrorsum in narium amplitudinem desinunt.
        - *Anteriora* duo, rectà antrorsum in oculi sedis radicem conscendunt.
  - *Manifestiora*. Vide MANIFESTIORA.


MANIFESTIORA foraminæ cuneiformis ossis multa sunt, cum in basi & anteriore sede situm, multa illis locis transmittere debuerit. Horum alia apparent in

- *Oculi orbitæ:* Vt
  - *Propria* huic ossi tria, ex caluariç amplitudine eò deducta, & in oculi sedis radice conspicua. Ex his
    - *Elatiora* duo: aliud latere
      - *Interno*, PRIMVM, quod Tab.6.fi.4.& Tab.7.fi.1.Ξ.
        - *Emittit* Neruum visorium, seu 1 neruorum par, cum Venula simul egressum,
        - *Orbiculare*, vti & neruus, sed interius in externo ipsius latere acutum angulum nonnihil obtinet, pro Venula. Tab.6.fi.1.γ.
      - *Externo*, SECVNDVM, quod parte Tab.6.fi.4.& Ta.7.fi.1.O.
        - *Humiliore*
          - *Orbiculare*, nonnihil oblongum, foramen primum amplitudine longe superans.
          - *Emittit*
            - *Neruorum*
              - *Secundum* par
              - *Tertij* paris minorem radicem, quæ postea per foramen secundi ossis maxillæ superioris, & huius ossis quartum, in musculos faciei deriuatur.
            - *Arteria* soporalis insignem ramum.
            - *Pituitam* ex cerebro in oculi sedem, & hinc in narium amplitudinem per foramen.4.permanantem
        - *Elatiore*
          - *Rimam* quandam oblongã refert, in acutum angulũ desinentẽ.
          - *Transmittit* Venam ex oculi sede, cerebri membranæ crassæ distributam.
    - *Profundius*, in caluariam internam lõgius adhuc procedens, nume. TERTIVM, quod Tab.6.fi.4.& Tab.7.fi.1.H.
      - *Transmittit* Neruorum
        - *Quinti* paris minorem radicem, quæ dein, per foramen quartum huius ossis, ad musculos desinit.
        - *Tertij* paris graciliorem radicem aliquando, cum secundo pari alias excidentem.
      - *Orbiculare* adamussim, arctiusque multo duobus commemoratis, nisi cum plura transmittit, tunc & oblongius.
  - *Commune* illi cum maxillæ superioris osse quarto, foramen, ex oculi cauitatis latere externo versus narium amplitudinẽ ad for.9 vergẽs, estque numero QVARTVM, quod Tab.6.fi.3,4.O.
    - *Emittit* ex oculi sede, in ipsam delata, vt
      - *Nerumlos* per secundi foraminis cauitatem hanc ingressos, Vt paris
        - *Tertij* minoris radicis, in musculum temporalẽ & mansoriũ digestos.
        - *Quinti* minoris radicis, ad musculos.
      - *Pituitam* per secundum foramen in oculi cauitatem, & hinc ex oculi cauitate per foramen. 9 huius ossis & aliud maxillę sup. in narium amplitudinem delatam.
    - *Oblongum* instar patentissimæ & maximum.
- *Basi* caluariæ, quæ respiciunt amplitudinẽ vel
  - *Faucium*, Propria illi, ex caluariç interna sede eò delata. Ex his sede
    - *Interiore* existit numero QVINTVM, ad latus sinus glandulæ, iuxta for. ossis temporum secundũ, ad cuius constitutionem ossis petrosi aliqua pars quoq. facere videtur. Hoc Tab.7.fi.1.χ.
      - *Intromittit* Arteriç soporalis ramũ maiorem à 2 temporum foramina, hic caluariam subeuntẽ.
      - *Orbiculare*, & amplum & breue.
    - *Exteriore* occurrunt
      - *Semper*, duo, aliud sede
        - *Anteriori*, numero SEXTVM Tab.6.fi.3.& Tab.7.fi.1.Ω.
          - *Emittit* Neruorum paris Tertij & Quarti crassiores radices.
          - *Oblongum* nonnihil, cum duo transmittat, amplum quoque.
        - *Posteriori*, numero SEPTIMVM quod in externo sexti foraminis latere ferè inuenitur, & Tab.6.fi.3.& Tab.7.fi.1.R.
          - *Intromittit* Venę iugulãs internã partionem à soporali arteria abscedentam, & caluariam subeuntem.
          - *Orbiculare*, sed longè minus sexto.
      - *Aliquando* vnum, in interno tantum latere sexti foraminis, rarissimè in dextro quoque: estque exiguum, Venæ iam dictæ ramulo paratum. Tab.7.fi.1.S.
  - *Narium*, Ex quibus cuneiformi ossi
    - *Proprium* est numero OCTAVVM, ex basi caluariæ, è regione temporum foraminis secundi, eò pertingens, hoc Tab.7.fi.1.Y.
      - *Viam* prębet Arteriæ ramo, hic ad narium amplitudinem porrecto, & à soporalis arteriæ maiori ramo, per foram. tertium caluariam subeunte deducto.
      - *Meatus* est oblongus rectà antrorsum delatus.
    - *Commune* cum Maxillæ superioris osse, sicuti obseruaui, quarto, est num. NONVM, quod profundè admodum in oculi sedis radice latitat, ad finem foraminis quarti, quinq; his ossibus communi. Hoc Tab.6.fi.a.⊕.
      - *Pituitam* transmittit in narium amplitudinem, quæ huc ex oculi sede per foramen quartũ, & illuc ex caluaria per foramen 2 delabitur. Estque hic verus pituitæ effluxus, vti & per foramen maxillæ secundi ossis in narium amplitudinem, à qua in nares vel fauces postea illabitur
      - *Insigne*, amplum & oblongum

MAXIL-

MAXILLA supior, Faciei pars ossea ea est, quæ oculorum orbitæ inferiorem sedē, & latera, & malas oatiumq; cauitatem, orisq; amplitodinem superiorem (maxilla propriè dicta, cui dentes infigūtur & palato comprehensam) constituit. Hæc consideratur quatenus

- *Integra*, domicilia varia efficit pro oculis, naribus, ore & dentibus, quæ & firmat mutuoque, Huius
  - *Conformatio* ad modum varia est, Nã obtinuit
    - *Prominentias* & impressiones mã in sede
      - *Elatiori*, vbi multo latior est,
        - *Extuberat*, tum in
          - *Medio*, Nasi causa. *fi.4 iuxta f.*
          - *Lateribus* vtrinque ad tempora, Malarum & Oculorum marginum inferiorum causa. *fi.4 iuxta* r.
        - *Cauitatem* oculorum sedis internam, & partem externam, & inferiorem nonnihil efficit. *fi.4. sub* s, r, v.
      - *Inferiori*, vbi multò angustior est, sede
        - *Anteriora* circularim prominet inæqualiter, ad dentes vtrinque extuberans. *fi.4. sub* λ.
        - *Humiliori* in basis
          - *Medio*, Cauitatem mediam oris superiorem seu palati constituit, valde asperam. *fi.3.x, y, z.*
          - *Circumferentia*, Margine admodum prominente in ambitu cauitatis protuberat, in quo dentes ordine politi, infixi sunt. *fi.3. extra, u, u a.*
    - *Foramina*
      - *Insigniora*, tum sede
        - *Elatiori* duo, in Oculi cauitate inferiori, sedis
          - *Interna*: vt foramen Secundi ossis, commune illi cum osse quarto: Pituitam & Neruulum demittens ad nares. *fi.4.c.*
          - *Media*, Quarti ossis foramen in malarum exteriora Neruulum deducens. *fi.4.b.*
        - *Humiliori* in Palati sede
          - *Posteriori* vtrinque duo, interius & posterius, sursum ad latera narium simul vel separatim delata. *fi.3. n* λ.
          - *Anterius* in medio vnum simplex. Venulam & Arteriam transmittens. *fi.3. z.*
      - *Exigua*, Venis transmittendis & membranarum nexibus exsculpta, in osse 1, 2, 4, 5, *& 6, vt in descriptione horum ossium dicetur.*
    - *Cauitates* amplas, e quibus
      - *Communis* ipsius ossibus Narium est cauitas, septo distincta, fungosisq; ossibus oppleta, & 2, 3, 4, 5, 6 ipsius ossib⁹ comprehensa. Hęc insignis, non occlusa, sed aperta & patens tum foris in naso, tum intus in ore, Atque *fi.4 ab o ad q q.3. figura.*
        - *Collocata* est in medio maxillæ superioris, & ducitur ab ipsius sede anteriori, nasi scilicet, tum versus posteriora, in faucium amplitudinem, tum sursum versus os cribrosum, inter oculorum cauitates.
        - *Vsum* habent, quod
          - *Intromittunt* Aerem, tum causa
            - *Respirationis*, retrorsum.
            - *Odoris*, sursum.
          - *Emittunt*
            - *Aerem* in expiratione & voce.
            - *Pituitam* in sede posteriori (non superiori, nisi preter naturam id nat) huc delatam.
      - *Propria* ossi ipsi⁹ Quarto vtrinq; sunt, tum
        - *Antrum* quod continet intrinsec⁹ occlusum, impensè cauum, imaginibus cauis ex cera suis non absimile, Hoc *fi.4. sub* n. Δ.
          - *Situm* ad latera narium cauitatis inferiora, sub oculorum sedibus.
          - *Falsum*, tum causa
            - *Leuitatis* ossium, quę crassa hic, oculorum sedis gratia, esse debuerunt.
            - *Vocis* clarioris edendæ, Vesal.
        - *Præsepiola* seu Alueoli octo vtrinque dentium, pro quorum radicum ratione, nunc simplices, nūc duplices vel triplices. Quæ *fi.4. sub b.*
          - *Insculpuntur* inferioris illius marginis sedi, ex quo sursum satis profundè feruntur.
          - *Continent* & firmant dentes, qui ipsis per gomphosin infiguntur, ne prompte vacillent.
  - *Connexus*. Vide CONNEXVS
- *Partibus* diuersis constat. Vide PARTES.




CONNEXUS maxillæ superioris ossium inter se, fit commissuris immobilibus, ut in caluaria, suturis ferè. Nam & harmoniæ in his ossibus, si separentur, contextum quendam asperum referunt. Sunt autem hæ vel Ta.6.fi.1,2,3,4.

- *Communes* Caluariæ cum maxillæ superioris ossibus, Quinque, in commissuris caluariæ ossium communibus enarratæ, *supra fol.25.*
- *Propria* Maxillæ ossibus inter se, quæ tantum simul committunt, nullibi caluariæ ossa, nisi in principio vel fine in quibusdam, attingentes, Harum aliæ committunt ipsius ossa
  - *Diuersi* generis, quæ communes existunt duobus semper ipsius ossibus mutuò coeuntibus: Vti occurrunt in faciei
    - *Interna* sede, in Narium amplitudine, in medio duntaxat, simplices. Quarum
      - *Superior* PRIMA, vt obscuriuus
        - *Communis* Septo cum Quinto osse.
        - *Ducitur* obliquè deorsum breui ductu, vti & ipsa ossa breuia illic sunt. *fi.4.sub f.*
      - *Inferior* SECUNDA
        - *Communis* Septo narium cum III & VI, ossibus.
        - *Ducitur* transuersim longiori ductu antrorsum. *fi.4 g.*
    - *Externa* superficie, in vtroq. latere, tum in sede
      - *Elatiori*
        - *Malæ*, PRIMA, in oculi cauitate quoq; conspicua, & temporum cauis: quæ
          - *Communis* Primo ossi cum Quarto.
          - *Ducitur* Obliquè retrò, in tribus locis incipiens, & finiens ad finem suturæ caluariæ communem secundam, superiorem: Et fertur in
            - *Temporum* cauis, deorsum et trorsum ad malę inferiora.
            - *Malæ* anteriori sede sursum introrsum, ad oculi ambitus sedem mediam. *fi.4.ab a ad b.*
            - *Oculi* orbita retrorsum extrorsumq. ad finem *fi. 4. ab. ad Q.*
        - *Oculi cauitatis latere interno*, alia
          - *Exterior* SECUNDA
            - *Communis* secundo, cum
              - *Tertio*, sede posteriori.
              - *Quarto*, anteriori & inferiori.
            - *Ducitur* circulatim in ambitu ossis, à sutura communi tertia deorsum, inde antrorsum, postea rursum sursum ad suturam dictam. *fi.4 ab v ad t, inde ad c.a.*
          - *Interior*, TERTIA
            - *Communis* ossi Tertio cum Quarto.
            - *Ducitur* rectà extrorsum à sutura communi cuneiformis et, & in sutura iam dicta secunda desinit. *fi.4. à d ad c.*
        - *Nasi* extuberantiæ lateribus QUARTA, quæ
          - *Communis* Quarto ossi cum Quinto.
          - *Ducitur* rectà à sutura communi III deorsum in externo nasi latere, secundum ossis quinti longitudinem, versus cartilaginem. *fi.4 à z ad e.*
      - *Humiliori*, in palato QUINTA, quæ
        - *Communis* Quarto ossi cum Sexto.
        - *Ducitur* transuersim in palati posteriori parte. *fi.3.t,u.*
  - *Vnius* generis, quæ peculiares sunt vno ipsius ossi. Harum aliæ
    - *Vera*, quæ distinguunt illud omnino à suo pari, in medio ob id corporis occurrentes: dirimentes vel
      - *Vnum* os tantùm: vt quæ sede elatiori in nasi medio existit, numero SEXTA quæ Tab.6.fi.4 f.
        - *Dirimit* Quintum os à suo pari.
        - *Ducitur* à medio supercilioru à sutura communi III decliuis, per nasi longitudinem.
      - *Duo* ossa vnius generis: vt quę humiliori sede occurrit numero SEPTIMA, quæ in
        - *Palato* Ta. 6. fi. 3.
          - *Dirimit* ossa,
            - *Quartum* à suo coniuge.
            - *Sextum* à suo pari.
          - *Ducitur* rectà per totam palati longitudinem: foris atq; in narium amplitudine conspicua.
        - *Maxillæ* anteriori sede, lineam refert, quæ fi.3 b.
          - *Dirimit* hic Quartum tantum os à suo pari.
          - *Ducitur* rectà deorsum, à nasi amplitudine per mediu dentium incisoriorum, ad palatum vsque, vbi inuicem conueniunt.
    - *Spuria*, nuspiam ità penetrantes, vt os in plura diuidant. Huius generis occurrunt lineæ potius quædam seu rimæ in quarto osse tantum, sede
      - *Elatiori* in Oculi cauitatis humiliori sede, quæ
        - *Diuidit* tantùm partem quarti ossis, inter oculi ambitum & superiorem sedam ipsius primi foraminis.
        - *Ducitur* obliquè à foramine dicto ad oculi ambitum tantum vsque.
      - *Humiliori* in Palato, anteriori sede, quæ sæpe obliteratur. Hęc Ta.6.fi.3 à x ad L.
        - *Diuidit* tantùm partem quæ ad posteriorem incisoriorum regionem est.
        - *Ducitur* obliquè à foramine quarti ossis secundo, ad caninorum dentium anterius latus.

PARTES

PARTES seu ossa Maxillæ superioris, seu Faciei partis osseæ, inuicē citra motū cõmissa sunt plura, Ex his

- *Commune* illi est cũ caluaria, Octauum os capitis Vesalij. Quod caluariæ amplitudinis exiguã omnino portionē, maiorem longè faciei, nisi scilicet, constituit. Vnde nos potius sub maxillæ ossibus, communibus tamē describimus. Hoc in partes tres in iunioribus distinguitur, postea ætate simul coalitu vnitas. Ex his
  - *Caluariæ* amplitudini aliquid addit, vnũ ossiculũ, exiguũ CRIBROSVM dictũ: quod aerē odoris causa trãsmittit, & olfactus organa cõmodè, meo videre, sustinet. Hoc Ta.7,fi.1,L1,& fi.4,AA.
    - *Situm* in anteriori caluariæ sede, à qua deorsum respicit: commissum, sutura propria caluariæ, quadrata, numero IX. ossibus
      - *Fronti*, cuius basis medio veluti insertum. fi.1,L. 1. in vno latere.
      - *Cuneiformi*, posteriori tantùm sede, breui interuallo. fi.1, supra r.
    - *Cõformationē* paruum, quadratũ & tenue, obtinens
      - *Processum*, quē in medio suæ longitudinis, interna sede & anteriori emittit, Qui
        - *Forma* cristam galli refert: estq; oblongus, triangularis, in acutum desinens apicem, crassusq; anteriore sede.
        - *Admittit* crassæ membranæ processum, cerebrũ dirimentem, validēq; illi connatum, &, meo videre, distinguit olfactus organa, eaque, ne ab incumbentibus premantur, munit.
      - *Foramina*
        - Propriè, quibus puiũtum
          - *Anteriori* sede vtrinque iuxta frontis os fi.1, supra H.
            - *Manifestum* & rectum.
            - *Transmittens* Venam, ex narium amplitudine, ad duram membranam.
          - *Vndiq;* frequentibus cribri modo. fi.1,l.
            - *Exigua* sunt (in canibus ampliora) obliqua ferè.
            - Admittunt odorem cum aëre in inspiratione, nec pituitæ expurgandæ (nisi præter naturam eò fluat) destinata sunt.
        - *Impropriè*, Rimã quandam semicircularem, ac si vnguibus esset impressa, Hæc
          - *Situ*, in posteriori vtrinq; huius ossis sede, versus os cuneiforme, imprimitur.
          - *Duram* matrem illi adnexam firmat, ne fiat inualida, cum sit illic multis foraminibus peruia.
  - *Nasi* interiora efficiũt partes duæ, decuplo ampliores, cartilagineæ in iunioribus, tandē verò induratæ & simul vnitæ. Ex his ossi cribroso
    - *Propriũ* os vnũ quod illi tãtũ nõ alijs adnascitur, SEPTVM dictũ, narium foramina in medio distinguens, Quod Ta.6,fi.4,O,& Ta.7,fi.3,X.
      - *Situm* in narium amplitudine &
        - *Vnitũ* sede
          - *Superiori*, Cribroso ossi, à cuius longitudinis medio enascitur. Ta.7,fi.1, sub q.
          - *Anteriori*, Cartilagini narium, in quam medium terminatur. fi.4,O.
        - *Committitur* suturis, sede
          - *Superiori* qua extra cribrosum os vtrinq; fertur, sede
            - *Anteriori*, Maxill. sup. 5. ossi, vbi inuicem committuntur in medio, sutur. maxil. sup. interna. i. Ta.6,fi.4, sub f.
            - *Posteriori*, Cuneiformis parti, sutur: caluariæ communi v. Ta.6,fi.3, sub Z.
          - *Inferiori* ad palati longitudinem, Maxill. sup. ossibus 4 & 6, sutura. maxillæ sup. 11. in narium amplitudine. Ta.6,fi.4,g.
      - *Forma* latum admodum, tenue in radice, crassum anteriori sede & superiori.
    - *Communia* cũ alijs quoq; ossibus quibus simul accrescũt, FVNGOSA & spongiosa ossa narium, Vtrinq; cauitatem nariũ opplentia, vocis odorisq; causa exstructa, Quæ
      - *Situ* vniuntur ossibus, vt
        - *Proprio* Cribroso, à cuius externis lateribus quoque prodeunt, ità, vt tota ab illo oriri & additamentum ipsius esse existimarit Fall. cum septo alias, sicuti obseruaui, minimè concrescant.
        - *Vicinis*
          - *Fronti*, cui in lateribus vtrinque insigni spatio vniuntur.
          - *Maxillæ* 3. cui ita vniuntur tota interna sede, vt hoc maxillæ os, ad fungosa & per consequens ad cribrosi ossis additamenta retulerit Fallopius.
      - *Forma* admodum varia sunt, squamas mutuò cõnatas, seu ceræ imagines fusas cauas, nonnihil exprimentia.
- *Propria*, vide PROPRIA.




PROPRIA Maxillæ superiori ossa sunt XII, quæ tantū ad faciei structuram faciūt, nihil caluariæ amplitudini conferentia. Ex his alia

- *Certis* faciei partib. determinata sūt Angustiorā nimirum, vt sede
  - *Elatiori*, in sedibus
    - *Oculorum* internis duo, quę internū ipsius latus constituunt, tenuissimaq; sūt quorum
      - *Anterius*, numero SECVNDVM, Tab. 6 fi.4.Δ
        - *Committitur* ossibus
          - *Caluaria*, vt Frontis: sutura communi III, breui ductu. Ta. 6, fi.4. iuxta V.
          - *Maxilla* sup.
            - *Tertio*, Posterius: sutura externa II. fi.4, ab V ad c.
            - *Quarto*, Anterius & inferius: eadem sutura. fi.4, à c versus X. Hoc & fungosis nasi ossib. cōtinuari obseruaui.
        - *Conformatione*
          - *Exiguum*, Tenue squamæ modò & pellucidum, vnde citissimè in caluariis deperditur.
          - *Foramina* obtinet,
            - *Insigne* vnum, commune illi cū 4. osse: Hoc amplum Ta.6, fi.4, c.
              - *Ducitur* ex magno internoue oculi angulo rectà deorsum, in narium amplitudinem.
              - *Demittit* ex oculi sede in nates
                - *Neruorum* tertij paris minoris radicis posticunculam.
                - *Pituitam*, quæ quoque per hoc foramen descendit.
            - *Exigua* parte superiori, communia.
      - *Posterius*, numero TERTIVM. Quod Falli. fungosorum ossium & per cōsequens cribrosi ossis partem facit, cum simul cōtinuentur: Verū cum & frōtis ossi continuentur fungosa ossa, vix assentire ausim, vt vt sit,
        - *Committitur* (præterquam quod fungosis narium ossibus continuatur) ossibus
          - *Caluariæ*
            - *Frontis*, Superius: sutura communi III, lōgiori interuallo. fi.4, a. T. versus V.
            - *Cuneiformis*, Inferius: sut. cōmuni III. breuiori ductu. fi.4. iuxta a.
          - *Maxilla* sup.
            - *Secundo*, sutura II. parte posteriori fi.4, ab V, ad c.
            - *Quarto*: suturę III, inferius. fi.4. a.d. ad c.
        - *Conformatione*, latius secūdo osse oblongū, tenue foris, lęue, intus asperum ob squamas adhętētes, ac sinibus scatēs nubeculas refert.
    - *Nasi* externis, numero QVINTVM Vel cum suo pari nasi partem eminentiorem ossea constituens, hoc Tab. 6. fi.4. Z Y
      - *Committitur* (præterquam quod narium cartilagini vnitur anterius) tum
        - *Ossibus*
          - *Caluaria*, Frontis, superius, sutura communi III, breui ductu, fi.4, Y Z.
          - *Maxilla* superioris
            - *Diuersis*, Quarto scilicet: sutura propria III, vtrinque in lateribus. fi.4 ab c versus Y.
            - *Proprio*: sutura VI, in medio. fi.4. f.
        - *Cartilagini* inferius: vnde asperum quoque & inæquale illic illius rei causa existit.
      - *Conformatione*
        - *Paruum*, oblongum, quadrangulare, tenue & solidum.
        - *Foramina* habet exigua communia.
  - *Humiliori* in Palati extremo, numero SEXTVM, vbi nares in fauces pertinent. Hoc cum suo pari posteriorem palati amplitudinis, seu oris superioris sedis portionem constituit. Et Tab.6.fi.3 R.
    - *Committitur* ossibus
      - Caluariæ, Cuneiformi, posterioris ipsius partis sede exteriori, iuxta processus pterigoides (nam reliqua parte à connexu ossium liberum est) suturæ communis II. inferiori sede. Tab. 6. fi.3. ad latera q.
      - *Maxilla* superioris
        - *Diuersis*
          - *Septi*: sutura interna II. interiori sede. *Hæc sub hoc osse latet.*
          - *Quarto*: sutura externa VI. fi.3 t. u.
        - *Proprio* pari: sutura sexta, in palati posteriori sede. fi.3, x y.
    - *Conformatione*
      - *Oblongum* latumque, tenue & solidum, atque vbi à cōnexu liberum est cauum. fi.3, sub q.
      - *Foramina* habet sede vtrinque exteriori duo, quorum
        - *Anterius* amplum magis, sursum in posteriora ad for. Cuneiformis commune ꝯproperat. fi.3 n.
        - *Posterius* exiguum, Ascendit aliquando in idem foramen anterius, interdum terminatur in sutura communi secunda, inferioris sedis. fi.3 λ.
- *Non certis* faciei partibus destinata sunt. Vide NON CERTIS

NON

NON CERTIS partibus faciei, sed multis destinata ossa Maxillæ superioris, sunt insignia & varia, quorum tamen aliud præcipuè constituit

- *Malam*, numero PRIMVM Ves. quod simul & ossis iugalis partem, & temporis nonnihil, superciliiq; ac oculorum exteriorem angulum efficit, Hoc Ta.6, fi.4, r r r.
  - *Committitur* ossibus
    - *Calvariæ*
      - *Frontis*, superius, sutura communi i. Ta.6, fi.4, u. & fi. 1,2,3. g.
      - *Cuneiformi*, posterius; sutura communi ii. superiori sede. Ta.6, fi.4, ab s ad Q inde. fi.2,3. ad d.
      - *Temporum* processui, in latere, sutura communi iiii. Ta.6, fi.4, p. & fi.1, Z.
    - *Maxillæ* sup. quarto, sutura exterea i. 10 malæ & oculi sede. Ta.6, fi.4 a b ab Q.
  - *Conformatione* varium, triangulare quasi, ex lato medio tres exuberantias emittit, atque
    - *Processum* vnius exuberantiæ ad alteram partem ossis iugalis anteriorem & crassiorem formandam producit: cuius ossis structuram in osse temporum exposuimus. Ta.6, fi.1,2,3. v.
    - *Foramen* habet vnum aut alterum, exiguum, commune.
- *Maxillam* superiorem, n° QVARTVM Ves. Quod propriè maxilla superior dici deberet, cum oris amplitudinis partem anteriorem, cui dentes superiores infiguntur, & palati maximam regionem constituat: Licet simul & ad narium amplitudinem, & oculorum sedem inferiorē efformandam faciat. Hoc Ta.6, fi.4, Δ Δ Δ.
  - *Committitur* (præterquam quod dentes illi per gomphosim infiguntur, & quod nasi cartilaginibus vnitur) ossibus
    - *Calvariæ*
      - *Frontis*, superius iuxta nasum, suturæ communis iii. portione breui. Ta.6, fi.4, a Y.
      - *Cuneiformi*, suturæ communis ii. inferiori sede, vbi superiori sede simul delitescunt in oculorum sede, propter foramen, cuneiformi & illi commune iiii, quod illa intercedit. Ta.6, fi.1,3. a d ad e.
    - *Maxillæ* superioris multis, tum
      - *Vicinum sede*
        - *Elatiori in*
          - *Malæ* & oculi cauitate, & temporum cauis, ossi Primo, sutura i, obliqua valde. Ta.6, fi.1, a. b Q.
          - *Oculi cauitate* ossi,
            - *Secundo*, sutura ii, anteriori sede. fi.4, a C. versus X.
            - *Tertio*, sutura iii, posteriori sede. fi.4, d ad e.
          - *Nasi* summitate, ossi Quinto, sutura iiii. exterius. fi.4, e Y.
        - *Humiliori* in Palato cum Sexto, sutura v posterius. fi.3, t. u.
      - *Proprio*, vt cum suo coniuge, sutura vi, tum in
        - *Palato*. fi.3, a y.
        - *Maxillæ* anteriori sede. fi.3, b.
  - *Conformatione* varium, obtinens
    - *Foramina*, præter exigua, commune, iuxta internum oculi angulum,
      - *Gemina*, vtrinq; in inferiori oculi sede, i. ossea squama duntaxat intectum, donec altius se ossis margini inserat, Ta.6, fi. 4, a. versus Λ, in oculi cauo.
        - *Ducitur* ex inferiori oculi sede versus anteriora, sub margine inf. oculi, in hoc osse terminatum.
        - *Transmittit* Neruorum tertij paris minoris radicis sobolem, ea oculi sede in faciem delatam.
      - *Simplex* Vnum, iuxta posteriorem incisoriorum dentium sedē, in medio, vbi conueniunt exsculptum, quod Ta.6, fi.1,2.
        - Ducitur ex palato in narium amplitudinem.
        - *Transmittit* Venulam & Arteriæ portiunculam ad nasum: cum quibus & tunicæ palati portiunculam ad eam, quæ nares succingit transire, vt inuicem cōsocient, vult Vesal. Cæterum non video, cum posteriori sede amplo spatio inuicem conuenerint, quid in hac angustia opus sit.
    - *Antra*, de quibus in generali Maxillæ tabula,



MAXILLA inferior vnico osse cõstat, nullamque appendicem adnatam habet. Puerulis tamẽ in medio menti per coalitũ diuisa est. Ta. 5 fi. 1. d. Hęc ons amplitudinis inferiorẽ partem cui dẽtes infiguntur efficit, ad mandẽdum mordendumq́; caluariæ adarticulata. Hæc in Ta. 6. fi. 5, 6.

- *Genere*
  - *Furcam* quandam refert, quæ sede
    - *Anteriore* Latior nonnihil, minusque angustata & prominens quam in reliquis animantibus: eum homo non se, vt illa, ad cibum assumendum inclinet, aut ore, loco manuum vtatur.
    - *Posteriore* diducta est, neq; vti superiororis superficies integra: vt cibi & aeris transitum minimè impediret, commodiusque sic vtrinque caluariç, ad motum, adarticulari posset.
  - *Solida* foris, intus excauata, medullosũ quid continet, atq;
    - *Crassa* est, maximè sub dentibus, ob illius loci cauitatem, alibi tenuior, vt circa posteriora.
    - *Asperitatibus* aliquot extuberat, ad musculorum propriorum insertiones & linguæ musculorum peculiarium quorundam exortus commodiores. Præcipuè autem apparent sede
      - *Posteriori* vtrinque, vbi processus inferiori sede educit. fi. 5, 6, a a.
      - *Anteriori* media
        - *Interius* mox. fi. 6. H.
        - *Exterius* nõnihil fi. 5 sub G.
- *Specie obtinuit*
  - *Prominentias*, illic vbi vtrinque sede posteriori ad dentium finem sursum admodum fertur, vbi diuiditur in
    - *Tuberculum* retrorsum delatum, quod
      - *Obtinuit*
        - *Capitulum* prominens oblongum, transuersum, cartilagine incrustatum. fi. 5, 6, A.
        - *Ceruicem* sub ipso insignem. fi. 5, 6, B.
      - *Inarticulatur* sinui sibi correspondenti, in osse temporum insculpto: Fitque articulus, quo maxilla ad caluariam sursum deorsumque admodum, & ad latera nonnihil mouetur.
    - *Processum* antrorsum deductum, qui fi. 5 6. C.
      - *Latus* & tenuis in aciem desinit.
      - *Insertionem* excipit musculi temporalis, atque tendine ipsi omnino complectitur.
  - *Impressiones*
    - *Latas*,
      - *Alueolos*, quibus dentes infiguntur, quorum radicibus, & numero & forma correspondent. Hi membranula succinguntur, exquisitissimi sensus, quæ si afficiatur, dolorem illum quem dentibus, ob vicinitatem inesse putant causat.
      - *Cauitates* insignes, tota sub dentium alueolis sede: idque, vt leuior, cum crassa esse deberet, maxilla esset.
    - *Foui*, Sinus superficietenus duntaxat apparentes, musculis locum parantes: vt sede posteriori ad latus prominentiarum sursum eductarum
      - *Externum*, amplus inuenitur. fi. 5. inter B. & C.
      - *Internum*, gemin⁹ est, Tubere quodam distinctus. Horum sinuum. fi. 6. iuxta D. B.
        - *Posterior* & amplior, musculo in ore delitescenti, vt obseruaui, cedit.
        - *Anterior*, ad radicem dentis vltimi, fortè gingiuis cedit.
  - *Foramina* vtrinque duo, continuo itinere, vno foramine per maxillã in alterum, canalis modo, deducto, quorum
    - *Interius* & posterius, in impressione interna obuium fi. 6. F.
      - *Amplum*, asperum, squamæ modo incipiens.
      - *Intromittit*
        - *Neruorum* tertij paris portionem ad dentium radices.
        - *Venulam* & Arteriam, simul cum neruo maxillam subintrantia.
    - *Exterius* & anterius ad latera menti insculptum. fi. 5. O.
      - *Minus* est & rotundum.
      - *Emittit* Neruuli, per dictum foramen ingressi, sobolem rursum extrorsum in humilius labrum.

D E N.


DENTES XII plerunque, oris circumferentiam externam circulatim, ordine collocati, velut in chorea ambiunt. Ad mandendum mordendumque oris prepositi. Quorum pars media maxillæ superioris margini inferiori, reliqua, maxillæ inferioris superiori ambitui, per gomphosim infigitur. Horum descriptio notatur Tab. 6. fi. 3, 4, 5, 6, 7.

- *Generatim.*
  - *Externus vbi*
    - *Prominent* extra gingiuas,
      - *Substantia sunt*
        - *Solidissimi* præ cæteris ossibus, & circà extremitates (ad vim melius sustinédam) alij lapidis molaris instar lapidei, alij sicuti cultrorum acies chalybeati. Ob quam causam & nudi sunt, nulloque periostio (quod attereretur) inuestiti: quod solis dentibus inter ossa, & vnguibus inter cartilagines, illius rei gratia euenit: vti & hoc, quod attrita toto ferè ætatis tempore rursum augentur. Per cætera, hoc sensu per se, vt & reliqua ossa sunt prædita.
        - *Crassi*, eò crassiores quo posteriores: anterioribus versus extremitates attenuatis. Læues insuper & albi, nisi adhærente tophacea materia & corrupti, & scabri & asperi fiant.
      - *Forma* sunt, vbi mutuò iungûtur, plani, anteriori sede nonnihil rotundi, posteriore impressi, & in extremitate, nunc tenues, nunc acuti, nunc plani, sed inæquales.
    - *Infixi* sunt alueolis per gomphosim,
      - *Substantia* sunt molliores, & vt melius hæreant asperiores. In fœtu verò & nuper natis, ex materia quadam molli alba veluti concreta & pellucida, aliquandiu, præsertim geouini dentes, lactei ob id dicti, constituuntur.
      - *Forma* in Mucrones, quos radices vocant, quibus altius defixi hærent, desinunt, alij simplices, alij duplices, nonnulli triplices, alij etiam quadruplices.
  - *Internus.* Cauitates, quæ
    - *Consistunt* in dente perfecto, in medio ipsius crassitiei, quibus & fibræ quædam inesse videntur. fi. 7. x.
    - *Leuitatis* causa, & vt commodius nutrirentur exsculptæ. In his præcipuè erosio & putredo dentium incipit.
- *Speciatim*
  - *Priorum* Duodecim, qui diductis labiis in risu præsertim patent, atque mutuò ore clauso iuncti, superiores inferiores penè integunt, Cibumque abscecant. Ex his, occupant ntis
    - *Anteriora* in illius medio octo, supra infraque quatuor. Incisorij ab vsu dicti, Qui fi. 7. ch. 1, 2.
      - *Extremitate*, quia se mutuo respiciunt, in latam aciem (latiorem in superioribus duobus qui Duales dicuntur, & Palæ, à forma palarum dici possunt) desinunt. Qua aciei, dum in morsu, inferiores non ad superiorum aciem, sed à latere ad ipsorum corpora impelluntur: vnde & ipsorum acies citius atteritur) fit, vt res forpicis instar, sicuti obseruaui, abscindantur.
      - *Radicem* oblongam, altius ob id os subeuntem habent, sed simplicem, vnde facilius etiam, superiores præsertim, cum radice sursum feruntur, excidunt.
    - *Latera*, vicini iam dictis, Quatuor, supra infraque duo. Canini dicti à forma, qui fi. 7. ch. 3.
      - *Extremitatem* acutam, supra reliquorum dentium ordinem, vt in canibus, præeminentem, obtinent. qua, dum quoque inferiores in morsu superiorum corpora petunt, fit, vt res in eo loco melius abradantur, vt canes ossa solent.
      - *Radicem* simplicem quoque, sed crassiorem & profundius adhuc maxillæ ossa subeuntem habent, vnde minus citò excidunt, & non sine periculo vi euelluntur.
  - *Posteriorum* Viginti, Qui buccis occultantur, atque inuicem in morsu conueniunt, ciboSque conterunt. Horũ vtrinque ad latera enarratorum et, decem sunt, quinque supra, infra totidem, Molares dicti, quorum postremi quia post pubertatem primùm ferè deteguntur potiusquam erumpunt, Genuini dicuntur. Horum fi. 7. ch. 4, 5, 6, 7, 8.
    - *Extremitas*, qua superiores, inferioribus exactè coniũtur, nec ab ijs vt priores declinant, lata, & sinibus tuberibusque mutuò congruentibus admodum inæqualis. Quo fit, vt sic ab iis res commodius apprehendantur, confringantur, & in læuorem, sicuti in mola conterantur, plus que cæteris, vnde & plures numero fuêre, operẽtur. quamuis & ob continuum vsum facilius cæteris & erodantur & frangantur.
    - *Radices* nunc duplices, nunc ternæ, interdum & quaternæ, in maioribus maximè & superioribus, vt firmius hæreant, proferuntur. Cuius rei gratia inuicem quoque diductæ, non tamen tam altè infixæ existunt, vnde & minori periculo, sed maiori labore, præsertim si aliquando, vt fit, alueolis adnaræ sint radices, euelluntur.

COSTAE, Pleuræ, sunt in singulis lateribus tam maris quàm fœminæ XII, rarius 13 inuenta est. Quarum superiores septem Veræ & legitimæ, inferiores quinque Spuriæ & nothæ dicuntur. Hæ capacitatem thoracis integrã, & ventris superiorẽ ex parte formant humaniq; vt in hoc præsepio viscera subiecta tutius locẽtur, & ab eo musculi, qui vicinas partes mouere debuerunt, exorriantur, scapulæq; commodius ab illo sustentẽtur. Harum notatur *Tab 8. fi. 1, 2. ch. 1, 2 ad 11 vsque notatæ*

- *Conformatio*, qua
  - *Ductus*, quo primum à tantacis vertebris deorsum in posteriora, inde reflexæ ad latera, mox versus pectoris interiora, postea sursum in anteriora (obscurius tamen in supremis & infimis) ad os pectoris feruntur. Quo ductu, æquis ferè interuallis sex superiores inuicem distant, inferiores vero reliquæ in fine inuicem continuantur. *fig. 3. f. A. B. L.*
  - *Substantia* ipsorum partim est
    - *Ossea* maiori ex parte, veluti iuxta dorsum & latera: vt firmiores essent ad vsum dictum præstandum, Sunt tamen *fi. 3. a. A.*
      - *Solidiores* præcipuè illic, vbi circa dorsum retrorsum costæ inflectuntur.
      - *Fungosiores*, ijs tum vbi
        - *Cartilaginem* producunt. *fi. 3. A.*
        - *Articuli* structuræ causa crassescunt. *fi. 3. a. & fi. 4, 5. ✝.*
    - *Cartilaginea* anteriori sede: vt simul in motu quoque flecti, & externis iniuriis costę cedere nonnihil possent. Hæc in viris non nisi decrepitis ossea fit, in mulieribus longè citius: in quibus, spurias præsertim, hinc inde ossescere statim postquam mamillæ eruperint (fortè vt eas melius sustinerent) sceleton à me extructum testatur. *Tab. 1. X.*
  - *Figura* sunt
    - *Longæ* & curuæ, angustæ & tenues, interea tamen
      - *Longissimæ* sunt mediæ tres, à quibus sensim ad primam & vltimam vsque abbreuiantur: vt sic ouali fiat pectoris structura.
      - *Latior* prima costa, angustiores & tenuiores infimæ, atque in
        - *Ductu* ipsorum
          - *Primo* à dorso, graciliores sunt & sensim versus anteriora latescunt.
          - *Postremo* arctantur cartilagines superiores, latescunt inferiores aliquæ, vt mutuò eminentiis quibusdam productis commodius copulentur. *fi. 1, 11.*
        - *Fine*, cartilagines desinunt in
          - *Capitulum* latum in prima, obtusum vero in reliquis veris costis. *fi. 5. E.*
          - *Mucronem*, in spuriis costis. *fi. 1, iuxta G.*
    - *Aequales* & leues, nisi vbi
      - *Asperitates* obtinent, veluti
        - *Posteriori* sede, vbi vertebris articulantur, ligamentorum & musculorum applantationis causa exasperantur. *fi. 4. Q.*
        - *Supra* infraque in acutiori ipsarum parte, ob musculorum intercostalium exortum & insertionem, & in musculi dorsi primi in prima vertebra, asperiores nonnihil existunt.
      - *Tubercula* duo quælibet profert, alteru vbi à transuersis processibus
        - *Abscedunt* statim, pro tendinibus musculi dorsi vndecimi. *fi. 4, 5, O.*
        - *Abscesserunt* aliquousque, quæ modicè inferiori sede, pro insertione musculi thoracis quarti & intercostalis externi, prominent. *fi. 4. R.*
      - *Sinum* obtinent in humiliori sede, secundum illarum longitudinẽ, qua primum à vertebris abscedunt, aliquousq; ductum, Qui
        - *Vasa*, à vena sine pari, cum arteriis & neruis, simul peccostarum longitudinem exporrecta, deducunt.
        - *Profunditate* variant, namque
          - *Manifestiores* in mediis costis, vt, cum rotundiores sunt, minus ab iis vasa declinent.
          - *Obscuriores* in tribus superioribus & inferioribus: cum enim latiores sint, vasa commodiùs illis attenduntur.
- *Connexus*, qui fit per Articulos motum, ad modum edendũ (nam costæ in cartilagines degenerant non illis nectuntur *fi. 1, 3. A. B.*) vt sic in inspiratione, costæ nonnihil ab inuicem deduci, in expiratione rursum aliquousq; coniungi possent, ad thoracis dilatationem & constrictionem. Sic vtrinq. iunguntur & innituntur sede
  - *Posteriori* costarum ossa, vertebrarum
    - *Corporibus*, extremitate ipsarum, Capitulo illic prominente in omnibus costis, quod *fi. 3. a.*
      - *Inarticulatur* finibus, in vertebrarum corporibus vtrinque, vt dictum, incisis. *fi. 3. X d.*
      - *Respondet* ipsis forma, quapropter in prima costa rotundius est. *fi. 4. E.* in reliquis, angulis quibusdam constans, inæquale. *fi. 3. a.* & in tribus postremis obtusum. *fi. 5. N.*
    - *Transuersis* processibus, demissiori parum sede, Capitulo quoque protuberante in nouem costis, rarius in reliquis, nunquam in duodecima, quod *fi. 3. c. & 4. M.*
      - *Situ* variat, nam producitur in superioribus costis interius, in inferioribus superius, in mediis in medio.
      - *Inarticulatur* finibus transuersorum processuum.
  - *Anteriori* ossi pectoris, cuius septem finibus, septem superiorum costarum cartilaginum extremitates, obtusis (oblongis tamen) Capitulis inarticulantur. *fi. 1. C D.* reliquis mutuò duntaxat cohęrentibus. *fi. 1. F E.* nisi quod duodecima à reliquis dehiscit, nonnunquam & vndecima *fi. 1 G. ✝*

PECTO-




PECTORIS os, sternum, præterquã quod muniit subdita, & thoracis spacij partẽ efficit, stabilit ipsi affixas costas (quibus vertebrarum loco est) & clauiculas: Anteriorẽ sedem pectoris mediam deorsum ductam occupãs, Tribus plerunq; constans ossibus, licet in pueralis quinq; ferè ossiũ ordinibus, quos cartilago ambit, cõponatur T.3, q. Huius notatur Ta.8, fi.1, 6, 7, 8.

- *Conformatio*, cum fungorum ad modum, coccygis modo rudẽs, conuexum nonnihil, manubrium gladij referens, longum & latum, nõ rotũdum, sed crassum tamen, vnde & Ensiforme potius quam sola illius cartilago appellari potest. Huius os
  - *Elatius*, cæteris maius, maximeq; elatiori sede, articulationis causa, nodo eius cõparatur, non rotũdo, sed plano & inæquali, na fi.1, ς ad y.
    - Latiore parte
      - *Posteriori*, Planum, cauatum nonnihil, cedens asperæ arteriæ. fi.7, O.
      - *Anteriori*, protuberat illic, vbi etiã sins: vt suprà instaq. articulationis, fi.6, ς t, & in medio roboris causa. fi.6, l. reliqua sede inter costas in Acutiem costarum modo desinit.
    - *Circumferentia* illius octo veluti lateribus constat, quorum
      - *Superiori* sede (quam fuculam vocant)
        - *Transuersim* ductũ in medio vnum est, inter duas illius exuberantias, lunatam foueam efficiens. fi.6, 7 f.
        - *Obliquè* vtrinque vnum extrorsum pro articulo clauiculæ ducitur. fi. 6, 7 q r.
      - *Latus* vtrinque occupãt duo alia obliquè ducta, aliud
        - *Introrsum* pro articulo primæ costæ. fi.6, 7. p.
        - *Extrorsum*, inter spatia costarũ. fi.6, 7. inter p & u.
      - *Inferiori* sede Transuersim vnum ducitur, pro nexu huius ossis cum osse secundo. fi.6, 7. x.
  - *Medium*, lõgius, lentum lateribus versus manubrij inferiora, pars. ẽ fis comparatur, quę manibus apprehenditur, Hoc in fi.1, b ad s.
    - Latiore parte
      - *Exuberat* transuersim, iuxta nexũ illius cum primo osse, & in progressu rudimenta quoque quædam transuersa, inter quæ vnum maxime apparens est, ac si pluribus ossibus constaret ostendunt. fi. 6, 7, & 1.
      - *Foramina* posteriori sede nutritionis habet. Præter quæ aliud priuatũ in fine illius, vbi tertio osſi cõmittitur, a me, in mulieris sceleto inuentum est, quod fi.8 & Ta. 2, D.
        - *Insigne*, ad cordis figuram, quam imitatur, superius latius, vtrinq. connexũ, inferius angustum, os illud nõ nihil diuidit.
        - *Venulas* è pectore prorepẽtes ad mamillas cinitrebat.
    - *Circumferẽtia* vtrinq. in lateribus Sinus obtinet, ordine, ac si manubriũ hoc digitos admitteret, impressos, quorum alij
      - *Costarum* cartilagines admittũt, qui & cauti sunt. fi.6, 7 u x y z & β.
      - *Internalla* costarum occupant, quibus musculi adnascuntur, suntq; obiuti. fi. 6, 7. inter dictos characteres spatia
  - *Infimũ*, exiguũ, quod nonnunquã deest, in infimis meta est, cartilago Hoc fi.1, k, & 7.
    - *Rotundum* ferè, solidius & tenuius albicansq; magis cæteris.
    - *Adnatã* habet Cartilaginẽ Mucronatã dictam. ossis tertij inferiori sedi, vel ipso absente secũdo, appendentem, Hæc fi.7, H.
      - *Dura*, interdũ mucrone integro, nũc bifido, nonnunq̃ integra perforata & quadrata balaustij apicẽ referẽs, vnde Malum granatum dicitur, inuenitur.
      - *Munit* & adimplet pectoris hanc angustiam, & simul propugnaculũ nonnihil fit hepati quod illi subiacet, cui etiam, si a ventriculo distento impellatur, cedere potest. Hoc si prematur vel eruetur, adeo hepar subiectum lædit, vt atrophia infantes pereãt, cuius causam illam in illa cartilagine mulieres perquirere solent.
- Connexus eius
  - *Ossium* ipsius inuicem, qui
    - *Perficit* Nexu mobili gẽino et
      - *Superiori*, quo primũ illius os secundo, fibroso nexu, vertebrarum corporum modo, copulatur. fi.6, 7. s.
      - *Inferiori*, quo secundum os tertio iungitur, Cartilagine interueniente: Vt in coccige. fi.1, inter k & 1.
    - *Correctit* sic ipsa, ne dislocari vllaratione possint, & nihilominus in respiratione eousq; cedant, vt dum nonnihil circulatim pectoris os assurgit, oualis hic quoq; thoracis hat figura.
  - cum partibus vicinis, vt
    - *Costis*, quæ ad ipsũ mouẽt, sic os ipsius
      - *Primum*, primam costæ cartilaginem admittit, quæ illi videtur Nexu quoq; laxo conna sci. fi.1, c.
      - *Medium*, costarum cartilaginũ sex reliquarũ exuberantias recipit vtrinq; in lateribus excauatis Sinibus, quorum
        - *Communis* illi cum primo osse est elatior, in ipsorum cõnexu secundam cartilaginem recipiens. fi.1, D.
        - *Priuati* huic ossi sunt reliqui, distantes & excauati quoq;, minus tamen, quo magis descenderint. fi.1, sub D, ordine sequuntur.
    - *Clauicula*, quę similiter ad os pectoris, maximè in brachij motu, mouetur, ac primo illius ossi inarticulatur, quod Sinum cõfert, cui clauiculæ caput inarticulatur, qui
      - *Superior* vtrinque primi ossis sedi insculptus. fig. 6, 7. r.
      - *Oblongus*, ac obliquè deorsum in posteriora ductus, antica sede quam postica latior, externo quam interno latere altior.

SCAPVLA vtrinque est vna, q̄ posteriori thoracis regioni versus superiora innititur, proculq́, à thorace extrorsum, ne articulus quem eum humero efficit, in varijs brachij motibus impedimento esset, educitur. Hæc fulcrū fit brachij, quod illi adarticulatur: & simul musculos illi adnatos, thoracisq; regionē, cui clypei instar vtrinq; apponitur, munit. Huius *ta. 8, fi. 9, 10, 11, 12.*

- *Extremitas* in illius, circumferētia, obtinuit
  - *Latera* tria, è q̄bus
    - *Longiora* duo sunt, alterum
      - *Posterius*, longissimū, thoracis vertebris proximū, qđ Basis scapulæ dicit̄, & recta deorsum ducit̄, Hoc *fi. 9, 10, à z per x ad Y.*
        - *Forma*
          - *Conuexum* nonnihil: interdum verò in medio, vti ferè in mulieribus accidit, admodum impressum. *fi. 10, 11, iuxta x.*
          - *Tenue* & acutū: crassescens nonnihil versus vtrumq; angulum.
        - *Adnata* habet
          - *Appendices* 2. alteram
            - *Inferius* io angulo, quæ & maior est. *fi. 9, 10, 11. Y.*
            - *Superius* iuxta exortum spinæ, quæ minor est. *fi. 9, 10, 11. X.*
          - *Cartilaginem*, in quam extremitate sua, vt minus pateretur, terminatur.
      - *Inferius*, breuius, obliquè nonnihil ductum. Hoc *fi. 9, 10, ab Y ad a.*
        - *Sinu* atum nonnihil & crassius reliquis duobus
          - *Extuberat* elatiori sede, vt
            - *Interiori fi. 9, P*
            - *Exteriori. fig. 10, s.*
          - *Acutius* fit versus inferiorem angulum: vt teretius brachij musculus promptius hic exoreretur. *fi. 9. p. & 10. T.*
        - *Sinum* oblongum interna sede elatiori iuxta radicem ceruicis obtinuit, qui musculum cubitum extendentem producit. *fi. 9, Q.*
    - *Breuius* vnum, quod Superius est, & transuersim sursum nonnihil ductum, Hoc *fi. 9, 10, à z per x ad A.*
      - *Tenue*, frontem quandam habet, donec ad scapulæ ceruicem perueniat.
      - *Sinum* iuxta radicem processus interioris scapulæ, semicircularem profundumq; obtinet: Neruorum quinti paris dorsalis medullæ surculo, cum vasis posteriorem scapulæ sedem adeuntibus insculptum. *fi. 9, 11, a.*
  - *Prominētias* tres, nimirū
    - *Latam* anterius, è finibus superioris & inferioris lateris, vbi conueniunt, ac arctata illic scapula, productā: quæ profert
      - *Ceruicē* scapulæ propriè dictā, exteriorē ambitū, articulo cūbumero parātū. Hæc
        - *Oblonga* & crassa, in ambitu extuberans, Foraminulisq́, ligamentorum producendorum, & musculi cubitum flectentis anterioris exortus causa exasperatum.
        - *Sinū*, acetabulū dictū, incrustatū, humeri capiti excipiēdo paratū, in extrema sede impressum habet, qui *fi. 9. 10, A 6.*
          - *Rotundus*, elatiori tamē sede circa circuli circumferentiam in acutum sursum exporrectus: cedens tendini serati brachij musculi.
          - *Non* profundus nec valdè amplus, vt laxior esset humeri motus: interea tamen ne prōptè luxetur, Cartilago in sinus ambitu posita est, quæ & sinum profundiorem facit, & in motu nihilominus cedere potest. *fig. 12.*
      - *Processū*, q interior & minor scapulę processus & Sigmoides, anchoreformis dicitur, atque articuli huius est propugnaculū, & insertionē musculi primi scapulæ, tota ipsius longitudine admittit. Hic *fi. 9, 10, x r.*
        - *Prodit* ex superiore ceruicis scapulæ sede, atq; inde antrorsum vergens, articuli anteriori parti, at magis versus superiora, opponitur.
        - *Crassus* toto ductu, maximè circa radicē, in fine in obtusum apicem appendice donatū desinit, *fi. 9, x.* Hic, cū sit incuruus, parte
          - *Inferiori* Cauus & læuis: viā musculi brachij serati inferiori præbens. *fi. 10, supra A.*
          - *Superiori* Gibbus atq; asper, *fi. 9, x, & r*
            - *Extuberans* tum iuxta
              - *Radicem* inæqualiter, elatiori sede: cui clauicula inniva valide alligat̄. *fi. 9, 10. r.*
              - *Finem*, vti & toto apice, ꝑpter exortum musculi anterioris cubiti, & insertionē primi scapulām mouentis. *fi. 9, 10, h.*
            - *Imprimitur* in medio, vbi ligamētum producit, qđ hinc in superiorē processum pertinet. *fi. 9, f.*
    - *Angulos* duos, posterius vtrinq; ad finē basis scapulæ, eminentes, Qui obtusi, crassiores sunt reliquo ductu interni huius lateris, Ex his
      - *Superior* illic est, vbi basis cum latere superiori coit. *fi. 9. 10. 11. z.*
      - *Inferior*, vbi basis cum inferiori latere iungitur existit. *fi. 9, 10, 11. Y.*
- *Latior* pars, Vide LATIOR.

LATIOR



LATIOR pars scapulæ ea est, quæ iam dictis lateribus seu extremitatibꝰ circumscripta est. Hæc in Ta.8, fi.9, 10, 11.

- *Genere*
  - *Tenuis* est in medio & solida, ea parte excepta, cui spina dicenda affixa est, ad cuius superiorem sedem tenuissima & pellucida existit. fi.11. c. adq. leuitatis scapulæ causa, quæ alias carne oppleta, ponderosa fit.
  - *Crassescit* in ambitu versus extremitates, vt dictum.
- *Spetie*, parte sua
  - *Interiore* costas respicien te fi.9,
    - *Sima* & caua est, tum
      - *Omnino*: vt sic conuexo thoracis melius adaptaretur, illiq; insistaret, atq; aptam sedem musculo sexto brachij, cauitatem hanc opplente, pararet.
      - *Parte* præcipuè ea quæ scapulæ
        - *Ceruici* est proxima, propter illius crassitiem & inferioris lateris exuberantiam, superiorisque lateris inflexum, à quibus egregiè hæc cauitas augetur. fi.9, D Q N.
        - *Spinæ*, dicendæ, è regione respondet, ac si vnà cùm spina hæc pars extrorsum extracta esset, vnde & scapulæ hæc sedes dictorum vsuum gratia magis excauatur. fi.1, 9. N. versus O.
    - *Læuis*, Extuberans tamen Lineis quibusdam, veluti
      - *Obliquis* nonnullis circa basim: in quorum medio Sinus occurrunt, in senibus manifestiores (quibus omnia in ossibus magis conspicua quam iuuenibus) ac si thoracis costæ temporis spatio scapulis impressæ, firmiorem sic ipsis sedem efficerent. fi.9, M M M.
      - *Recta* vna, ab angulo superiori deorsum ducta, cui musculus tertius scapulæ inseritur. fi.9, à Φ. versus O.
  - *Exteriore*, q̃ in macilentis alarum instar prominet, & Dorsum scapulæ dicitur fi.10.
    - *Gibba* est, vt tutior esset, inferiori tamen sede propter crassitiem inferioris lateris insigniter caua cernitur. fi.10. V V.
    - *Læuis* est, non tamē penitus æqualis, nā
      - *Sedes* geminas habet, Spina diuisas, & extremitatum protuberantijs ex parte circumscriptas: quarum
        - *Elatior*, Angustior: musculū brachij quintum continet. fi.11. b c.
        - *Humilior*. Amplior longè: musculo septimo sedem parat. fi.10. H V Y.
      - *Processum* educit, qui Superior, maiorque scapulæ processus dicitur: Atq; præterquam quod musculorum applantationi inseruit, humeri articulum, ne ad superiora facilè luxetur, retinet, eumq; munit, præcipuè verò clauiculæ oppositus, illius vsum adiuuat. Huius pars alia dicitur
        - *Spina*, q̃ è scapulæ elatiori magis seda ceruicem respiciēte media, transuersim tota illa latitudine, aducitur, Estque. fi.10, G, H.
          - *Lata* & Crassa, sensimque angustata, atq; versus exteriora incuruata.
          - *Aspera* nonnihil, Externa sede, appendicem non procul à basi scapulæ obtinens. fi.10, 11, I. Læuis reliqua tota sede, nisi qđ foraminulis vbi crassior est perforat.
        - *Summus* humerus, Acromion, qui à spina productus, antrorsum versus exteriora supra humeri articulum fertur, Hic fi.9, 10, 11. X.
          - *Latus* & crassus, in apicem obtusum definit, Appendice donatum, quę in pueris ex pluribus officulis cartilaginionatis constat.
          - *Læuis* inferiori sede, qua & cauus, sed
            - *Asper* seda superiori iuxta appendicē & foraminulis punctus, cū musculū scapulę secūdū admittat, emittat verò brachij secundū.
            - *Sinū* in anteriori processus sede obtinuit, cui clauicula interueniente peculiari Cartilagine iungitur. fi.9, L.

CLAVICVLA, (seu clauis) vtrinq; vna est, quę à pectoris osse extror sum deducta, prę terquā quod musculorum exortui inseruit, & vasa sub ea sursum delata munit, scapulam procul à thorace articuli causa, vt dictum, eductam repaguli seu obicis instar sustentat, dum ipsi processui opposita, eam quo minus pectori, à quo recedit, illabatur, retinet, Hæc

*Tab. 9 fi.1,2,3. & *.

- *Conformatione*
  - *Lōga* est vt prima costa, sed
    - *Crassior*, Teres enim quodammodo *fi.1,2,3.11*, nisi quod pars ipsius, quæ ad processum scapulæ fertur, illi se accommodans, latescit. *fi.1,2.1.*
    - *Incurua in*
      - *Viris* magis instar *S*, vt minus, cū agiliores sint, impediret, nam pars ipsius media
        - *Interior*, à pectoris osse producta antrorsum, inde retrorsum obliquata, viam cauam præbet vasis sub iugulo repentibus, quæ & munit *fi.1,2. ab A. ad I.*
        - *Exterior* iuxta scapulam primum, à posterioribus rursum antrorsum nonnihil, tantum nimirum quantùm prius retrocesserat, ad processus scapulæ sedem vsq., cui iungitur, obliquatur. *fi.2,3. O. Q.*
      - *Mulieribus* minus, vnde neque ita agiles sont vt viri brachijs: vt videre est cum lapides iaciunt. *T4.2.C C. & T4.9,*.*
  - *Solida* vbi teres, tantot circa extremitates: foraminibus 2. vel 3. in posteriori maxillæ sede nutritionis causa perfossa. Atq;
    - *Prominerat*
      - *Lineis* duabus, à capite ipsius interno progressis, & paulò vltra medium ipsius lōgitudinis productis: alia, sede
        - *Inferiori*, educens musculum thoracis primum. Hęc in principio admodum aspera, ligamentum educit. *fi.1,2.3.2.E.*
        - *Anteriori*, aliquem portionem musculi brachij primi producens. *fi.1,3.B.*
      - *Tuberculo*, sede postatiori vbi latescere incipit clauicula & maximè gibba est: quod ligamentum ad internum scapulæ processum promit, *fi.2,3.O.*
    - *Exasperatur* (cum sit reliqua sede lęuis) tantū iuxta extrema, cum
      - *Internus* in ambitu capitis, sede
        - *Superiori*: originem præbens musculo septimo capitis.
        - *Inferiori*, in lineæ illius principio: ligamentum educens, pro articulo illo connectendo. *fi.3.P.*
      - *Externus* vbi clauicula lata esse
        - *Incipit*, sede
          - *Anteriori*, tunc cum cana maximè est: quæ principium præbet musculo brachij secundo. *fi.1,K.*
          - *Inferiori*, tunc cum linea illic desinit, vbi sinuata, tuberculo interioris scapulæ processus incumbit, ligamento connexa. *fi.3,N.*
        - *Desinit*, in ara capitulum, sede
          - *Superiori*: pro insertione musculi scapulæ secundi.
          - *Inferiori*, insigni spatio: pro ligamentis illius articuli educendis. *fi.3.L M.*
- *Connectitur* suis extremitatibus vtrinq; ossibus, intercedente Cartilagine copiosiore, quę tamē illi minimè adnascitur, ità, vt in motu brachij & scapulæ nonnihil cedere possit: via enim peculiari motu mouetur, cum non proprios habeat musculos, Sic iungitur
  - *Pectoris* ossi internus, capitulo, quod *fi.1,2,3. A*
    - *Superficie*, inæquale est, cum vna sede caruerit, alia sit impressum.
    - *Circumferentia*, rotundum sed oblongius, Angulos tres exprimens. *fi.1,2,3. B C D.*
  - *Scapulæ* processui superiori exterius, Capitulo minimum extuberante & oblongiusculo. *fi.1,2.3.Q.*


HVMERVS, primū os brachij, ipsius decorē lōgitudinem efficit, quā manus & musculorū illic positorū causa habere debuit. Huius notantur

Tab. 9 fi.5,6.

- *Extremitates* vtrinque, quibus, articuli causa, longè magis quā reliqua ipsius longitudo, protuberet. Quarū
  - *Superior*, scapulæ cōmissa, Appēdice constans, *fig. 5. H E S A*, humeri Caput, & pars sub illa, illius ceruix dicitur. Crassa est & rotunda, atque obtinuit
    - *Prominentias* binas distinctas, vt
      - *Caput*, quod sinui scapulę inarticulatur, atq. ad omnes motus brachij obeundos circūuerti potest, Hoc
        - *In* eminentiori sede positū, interiora magis spectat. *fig. 5, 6. A a C.*
        - *Amplum*, medijque globi instar rotundū, atq. incrustatū.
      - *Processus* duos, pro ligamētis validis educēdis huius articuli, Hi
        - *Externum* latus occupant, alter posteriore, *fi.5,6.K*, alter anteriore illius sede. *fi. 5, D.*
        - *Impares*, posterior enim maior, per cætera asperi & inæquales.
    - *Impressiones*, vt
      - *Sinus* duos in anteriore sede, quorum alter ducitur
        - *Orbiculatim* ad capitis latus, illud à vicino processu dirimens, ligamentumq; vnde asper est, admittens. *fi.5,6.F G.*
        - *Rectà* deorsum aliquousq; inter duos processos quos distinguit, atq. musculi cubiti anterioris caput teres admittit. *fi.5,H L.*
      - *Foraminula*, in embitu sub ipsius capite, ligamentis producendis & nutritioni destinata.
  - *Inferior*, vide INFERIOU.
- *Longitudo* reliqua, vide LONGITVDO.


INF-

INFERIOR extremitas humeri, cubito iuncta, lata est, admodũque varia, Nam *Tab. 9. fig. 5. P V S.*



- *Protuberat*
  - *Orbita* in medio, seu trochlea, cui vlna per Ginglimum articulaf, atq; ad illam recto duntaxat motu mouetur. Hęc rotulam vel trochleam exprimit, nam cum sit orbicularis, habet toto circuitu
    - *Sinum* in medio, qui, *fi. 5, 6. K.*
      - *Radium*, sicuti rotula funem, continet.
      - *Cauus* est & læuis.
    - *Tubera* seu labra vtrinque, quæ *fi. 5 6. L. M.*
      - *Radium*, ne sinu excidat, retinent; vel tubera rotulæ funem.
      - *Prominent* vtrinq;: maximè verò interius tuber, L nã exterius M, ad anteriorẽ sedem deductam, ne illic articulum radij cum humero impediret, minus eleuatur, presertim cum caput humeri. P. & radius ipse qui illi articulatur, illic opposita, ne facilè hac sede illud os luxetur, satis prohibeant.
  - *Processibus* vtrinque ad orbitæ latera positis, quorum
    - *Exterior* crassior
      - *Producit*
        - *Caput* incrustatũ, quod anteriori sede *fi. 5, 6, P.*
          - *Articulatur* radio: qui cum in cubiti extensione nunquam ad posteriora ducatur, sufficit anterius caput hoc locari.
          - *Rotundum*, vt radius in pronum supinumq;, & oblongum, vt recto motu simul aliquousque duci possit.
        - *Tuber* exteriori sede, quod Externum humeri tuber dicitur, & *fi. 5 Q.*
          - *Expullulat*, atque in Lineam quandam, sursum delatam inæqualem desinit.
          - *Exortum* præbet, vnà cum linea, musculis sex cubitum occupantibus, serie quadam ab ipso, vt dicetur, progressis.
      - *Imprimitur* sinu posteriori sede: qui Neruum quartum brachij vehit. *fi. 6 R.*
    - *Interior*, Internũ humeri tuber dicitur, Quod *fi. 5, 6 S.*
      - *Prominet* admodum introrsum, vt quinque exortus musculorum cubitum occupantium, vt dicetur, ab eo oriantur.
      - *Sinibus* duob⁹ iuxta latus orbitæ leniter excauatur, quorum
        - *Anterior*, Neruum brachij tertiũ deducit *fi. 5 T.*
        - *Posterior*, Neruum brachij quintum dirigit. *fi. 6. V.*
- *Excauatur* sinibus duobus, *βαθμίδας* vocant, in superiori orbitæ sede vtrinq;, squama duntaxat inuicem distinctis: qui termini sunt, ad quos vlnam moueri (non vltra) oportuit, Nam
  - *Anterior*, qui minus est profundus, vlnam versus corpus magis flecti finit, illicque sistit. *fi. 5. K.*
  - *Posterior*, profundior, vlnæ processum posteriorem excipiens, non sinit cubitum vltra rectam lineam extendi: quod illi, cũ humerus ad posteriora ducatur, ad motum brachij satis erat. *fi. 6. O.*

LONGITVDO reliqua humeri inter ipsius extremitates, Sinu amplo & fistuloso, medullam continente, interius excauaf, Graciliorq; est extremitatib⁹, vt musculis sedem aptam efficeret, quorum causa quinque *Tab. 9. fig. 6. X Z.*



- *Longus* & rectus, nisi quod inferiori sede in medio introrsum nonnihil obliquatur, & contortus videtur. *fi. 6. Y.*
- *Crassus* & rotũdus, & circa
  - *Extremitatem*
    - *Superiorem* paulò crassior fit, ad ceruicem humeri. *fi. 6. supra X.*
    - *Inferiorem* latescit, ob processus inferiores vtrinque quibus continuatur. *fi. 6 infra Z.*
  - *Ductum* reliquũ teres, nisi quod
    - *Extuberat Lineis*
      - *Anteriore* sede media ferè vna: obtusa & longa prominẽtia, à processu externo superiori obliquè deorsom ad infimam sedem perducta. *fi. 5. a.*
      - *Ad latera* vtrinque duabus, in inferiori sede, à duobus processibus, ad medium longitudinis humeri tantum pductis, quarum
        - *Exterior*, obliquè ab exteriori tubere versus posteriora ducitur, à qua musculi dicti prodeunt, & iuxta quam Neruus quartus, ad os contortus, incedit. *fi. 5, 6 Q.*
        - *Interior*, rectà ab interiori processu sursom per anteriorem sedem ducitur: quę admodum aspera est. *Tab. 9. fig. 1 iuxta c.*
    - *Exasperatur* (exceptis foraminulis, in interno potissimum latere obuiis) anteriore sede in
      - *Medio* versus externa, pro insertione validiore musculorum brachij, & ortu musculi cubitum flectentis posterioris. *fi. 5, 6 e.*
      - *Elatiori* sede versus interna, sub processu superiori externo, caput carnosum musculi cubitum flectentis anterioris admittens.

CVBITUS, manus ipsiusq; musculorum causa, decentem habet longitudinem, duobus ossibus cóstantem, E quibus alterum vocatur *Tab.9.fig.7,8,11,12,16,17.*

- *Vlna*, os cubiti inferius, mot⁹ illius causa, quo ad humerum rectu motu mouetur cubito inserta, vtque radium, alterum cubiti os, sustineret. Huius notantur
  - *Extremitates*, pro articulis formate, quarum
    - *Superior* ad modú grádis, humeri orbite coniuncta, cum illa articulum cubiti, pro recto illius motu edendo efficit, obtinuitq; *fig.17.*
      - *Sinus* duos proilli⁹ incr articulis, incrustatos, quorú alter
        - *Insignis* Sigmoides, medij foraminis modo in interna sede insculptus, humeri rotulam excipit. Hic *fi.7,8,11 K.*
          - *Extuberat* in medio ipsius in longum. *fi.17. R.* atque vtrinque deprimitur, magis tamen exterius, *fi.17.H H.*, minus interius, *fi.17 O O.* vt sic rotulæ se accommodaret.
          - *Sinulos* duos in medio vtrinq; ad latera, asperos perforatos, qui ligamenta huius articuli proferunt, obtinuit. *fi.17.I.*
        - *Paruus*, instar quartę circuli partis, superiori le sede ad latus dicti sinus, versus anteriora magis, obuius est: qui radij caput excipit. *fi.17 l.*
      - *Processus* duos, vtrinque iuxta sinum insignem versus interiora eminentes, illiusque cauitaté adaugentes: qui, humeri sinus, supra orbitam positos vtrinq, subeunt, quibus & respondent, arq, articulum productum ad certum terminum, vt dictum, firmant Horum
        - *Anterior*, obtusior & amplior, circa radicem exasperatur ligamentorum & musculorum adnatorum causa: vt cubiti post.insertionis & digitorum musculi ortus ratione. *fi.7,11,17 C.*
        - *Posterior*, Gibberus dictus, acutior magisq; incuruus, externa sede asper ligamentorum producendorum causa, & humiliori sede triangularis *fi.8,12, X Y Z.* excarnis: implantationes tantum musculorum cubitum extendeonum admittens. *fi.7,8,11,17 O.*
    - *Inferior* parua, brachiali in basi, & radio vltioo soperius commissa, Appendice constans, quæ *fi.7,8,11,12,16 Q.*
      - *Protuberat*
        - *Capitulo* superiori sede, iocrustato, obtuso, transuersim oblógo, & ad ioteriora ducto: ad quod radius in pronum supinumq; aliquousq; dicitur. *fi.7,8,11,12,16 Q.*
        - *Processu* exteriori sede, acuto, Graphoidi & stylnidi dicto: qui articulum brachialis cum vlna firmat, & ligamentum pro isto articulo producit. *fi.7,8,11,12,16.R.*
      - *Imprimitur* sinib⁹ duobus, altero in
        - *Basi*, vbi brachiale respicit, inæqualis. *fi.16, S.* cui cartilago iungitur quæ inter articulum hunc est interposita. *fi.7.8,9,10,13,14 T.*
        - *Latere* externo, inter vtramq, protuberátiam: Tendinem diligens musculi brachiale extendeotis *fi.8,12 V.*
  - *Longitudo* fistulosa, qua causa adiacétium *fig.9.KK*
    - *Longa*, Recta, nisi quod curuatur versus interiora atque inferiora nonnihil. Crassa iuxta extremitatem superiorem, inde sensim versus brachiale gracilescens, donec sub appendice parum rursum aucta, ceruicem vocatam vlnæ efficit. *fi.7,8,11,12,16.P.*
    - *Inæqualis* sede
      - *Superiore* vltra medium ipsius longitudinis, vbi
        - *Protuberat* eminentia insigni, clarius versus radium sede, à sinu qui radium recipit producta: Cuius
          - *Acuties* seu acuta linea in quá desinit, producit ligamentum, quod vlnam & radium intercedit & connectit. *fi.7,8,11 e c.*
          - *Linea*, que in externo ipsius latere educitur, tria musculorum principia illic enata emittit. *fi.1,8,12 g g.*
        - *Deprimitur* lateribus tribus Eminétia seu linea dicta superius, & duab⁹ aliis obtusis. *fi.7,8,12, a a. & 7,11, b b.* inferius distinctis, quarum
          - *Internus* latus cauum nonnihil & asperum, ob musculos illic sitos, maximè digitorum quatuor articolos flectentem, qui et hic adnascitur. *fi.7,11 f.*
          - *Exteriora* duo æqualia magis, cum hic musculi minime adnascantur. *fi.7,d & 8,12 e.*
      - *Inferiore*, Lineam aliam producit, vbi acuties iam dicta desinit, quæ obliquè deorsum pretensa, sedem adaptat pronatori radij musculo quadrato. *fi.7.11 β.*
- *Radius* Vide RADIVS.

RADIVS, os cubiti superius, & breuius, vt manus cum illo circumduci posset vlnæ adiunctus, quamuis & musculis illius loci simul aptam sedem paret. Huius notatur *Tab.9.fi.7.8,9,10,13,14,15.*

- *Articulatio* admodum varia: nam cum sit os oblongum, ad illud manus seu brachiale mouetur vno articulo, & cum illo manus circumducitur in pronum supinumq. tribus articulis, in extremitatibus ipsius vtrinque exstructis, Quorum in
  - *Basi*
    - *Inferiore*, Brachialis partem suscipit Sinu
      - *Oblongo*, transuerso, triangulari, ac velut gemino, cum in vno latere sinu alio dicendo deprimatur, brachiali sic se accommodans.
      - *In quo* brachiale in rectum & trasuersum mouetur.
    - *Superiore*, Sinu alio, iuxta externum orbitæ latus, humeri admittit processum. Hic
      - *Non* admodum cauus, & exquisitè rotundus. *fi.15.Q.*
      - *Paratur*, vt radius solus circumduci cum vlna possit, & simul cum vlna recto motu moueri.
  - *Circumferentia* basis marginibus suprà infraque, Vlnæ committitur humiliori sede, quæ illam respicit, nam sede
    - *Superiori*, Capitulum educit, quod
      - *Transuersum* orbiculare & rotundum. *fi.7.8,9,10,15 N.*
      - *Voluitur* in vlnæ sinu, dum radius circumuertitur *fi. 9,10,15,m*
    - *Inferiori* Sinu profert, qui
      - *Transuersus*, leuiter cauatus, minor tamen superiori. *fi.1.7 & fi. 13 O.*
      - *Circumducitur* ad capitulum vlnæ illic, cum radius circumuertitur.
- *Conformatio* reliqua, Estque in
  - *Extremitatibus*, sede
    - *Superiori* Minor, rotundus exactè, protuberans circulatim, sub quo gracilior ipsius pars Ceruix occurrit. *fi.7,8,9,10,15. M.*
    - *Inferiori*, vbi Appendice donatur, *fi.7.9 n.* Crassus admodum, propter brachiale quod recipit, & parte
      - *Interna* Cauus nonnihil: cedens musculo pronatori inferiori. *fi.7,9. sub n.*
      - *Externa* Gibbus, vt tutior esset, asperque, & *fi.8.γ δ 1 ſ.*
        - *Sinus* obtinet, tum pro
          - *Tendinibus* vehendis, na gibba hac sede aberrarét, vti
            - *Proprios* duos Tubere in medio, atq; vtrinq; distinctos. Quorum
              - *Interior* geminus apparet, tédines ad tres digitos vehens. *fi.8,10,γ δ.*
              - *Exterior* geminus quoq. hicarnem atque pollicis vehit tendinem. *Ibid. 1 ſ.*
            - *Communem* cum vlna, vbi radius illam attingit: qui parui digiti tendinem deducit. *fi.8.ϑ.*
          - *Ligamento* transuerso educendo, externo latere vnum, ac si digitis esset impressus: cui & radij supinator longissimus inseritur. *fi.8,10.μ.*
        - *Processum* educit (exceptis illis qui sinus tendinum adaugent) in externa parte insignem: qui sinum pro brachialis articulo illic adauget. *fi.7,9,10,12,13,14. α.*
  - *Lōgitudine* reliqua intrinsecus fistulosus &c
    - *Longus* arcuatimque curuatus, tum versus
      - *Vlnam*, à qua dehiscit, ne vlna vndique suffultus in motu circulari impediretur. *fi.7.8, iuxta rr.*
      - *Inferiora*, musculis sedem aptam parans. *fi.8, t u.*
    - *Crassitiem* ferè æqualem habet: in rotunditate variat, nam sede
      - *Interna* versus vlnam
        - *Superiori*, sub ceruice radij, vbi omnino teres, Asperitate insigni protuberat, pro insertione musculi cubitum flectentis. *fi.7,8,9,10 q.*
        - *Reliqua*, versus brachiale
          - *Protuberat* Linea acuta, admittens ligamentum latum, quod vlnam radio connectit. *fi.7,8,9,10.rr.*
          - *Deprimitur* vtrinque ad lineam lateribus duobus, musculorum causa,
            - *Externo* læuiori. *fi.8, 10 t t.*
            - *Interno* asper nonnihil, cum musculus pollicis hic ex parte oriatur. *fi.7,9 ſ ſ.*
      - *Externa* Teres penè, Aspera tamen in medio longitudinis pro insertione radij pronatoris potissimum & supinatoris. *fi.8,10 u.*

MANVS ossea, ad apprehensionem fabricata, ossibus XXVIII componitur. Quotum alia *Tab.10.fi.1 ad 9 vsque*

- *Breuiora*, BRACHIALE seu carpũ dictum, partem illius brachio adhuc adhærentem vel inter cubitum & postbrachiale sitam constituũt. Quæ duo, cum diuersis articulorum modis illi copulentur, discriminis huius causa, duobus ossium ordinibus, quorum singuli tursum quatuor ossibus constant, tum etiam ad varios manus motus commodiùs obeundos, brachiale efformari debuit. Quod describitur etiam, tum quatenus
  - *Integrũ* occurrit, ossibus ipsius adhuc simul connexis, & vt ferè in non benemundatis sceletis occurrit, ligamẽtis adhuc constrictũ & obuolutum, Cuius notatur
    - *Articulatio*, qua
      - *Alijs* vicinis ossibus in basi vtrinq. committitur, Nã ordine ipsius
        - *Posteriori* Cubito inarticulatur, Capitulo rotundo, oblongo tamen, ex primo, secundo, tertio, ipsius ossibus, ità mutuo, ac si vnum os esset connexis, conformato. Quorum duo superiora ossa, radij sinui, tertium vlnæ, cartilagine interueniente, iungitur: quarto osse non attingente articulum. Vnde manifestus, in rectum admodum, & aliquousque in latera, huius articuli causa, manus fit motus. *fi.2,4,ch.1,2,3.*
        - *Anteriori* Postbrachialis ossibus variè, vt illic dicetur, iungitur, eiũ
          - *Priuatis* vno ipsius ossi
            - *Retulo* duabus, pro motu manifestiore edendo Quarũ altera extrectam osse brachialis
              - *Quinto*, manifestior, q̃ primi postbrachialis ossis pollicẽ sustinentis capitulũ suscipit, vnde motus huius articuli manifestus admodum exsurgit. *fi.3,6.G. circumscripta a b c d.*
              - *Octauo*, obscurior: cui quintũ postbrachialis os minimo digito subiectũ innititur, laxiorque sic fit quoque ille articulus. *fi.3,4 M.*
            - *Lato* superficiebus duabus, quibus septimum os, & octaui ossis pars interior, postbrachialis ossibus, pro motu obscuro edendo, committitur. *fi.3,4 K L.*
          - *Communibus* duobus semper illius ossibus, Sinibus duobus, quibus, quintum, sextum, septimum, brachialis ossa, vbi mutuo iunguntur, impressa, & iuxta hos sinus rursum protuberantia, cum postbrachialis ossibus adaptantur, ginglimumque efficiunt. *fi.3,4,6. h i k K.*
      - *Inuicem* Lateribus interioribus, quibus se mutuò cõtingunt, sicuti in singulis ossibus explicabitur, iunguntur, & in exteriori superficie ligamentis validis vndique coniunctuntur. Vnde obscurus, in singulis ipsorum articulis sentitur motus: pluribus tamen simul conferentibus, manifestus quodammodo totius brachialis, circularis, quidam, aliquantulum versus volam, dum manum claudimus & aperimus, fit motus.
    - *Conformatio*. Estq. admodũ varium, breue, exiguum, spatium inter manum & cubitum positum adimplens, & in
      - *Basi* vtraque leue propter articulos existit, sed in
        - *Anteriori* basi latius, propter manum latam quæ illi iungitur, & inæquale. *fi. 6.*
        - *Posteriori* angustius, æquale & rotundum cubiti causa, cuius sinui iungitur. *fi.5.*
      - *Latere* vtroque inæquale & asperum, ligamentorum causa, admodum existit, ipsiusq. latus
        - *Externum* Gibbum est, vt tutius sit ab externis iniurijs, quę à conuexis facilè declinant, hæret. *fi.4.*
        - *Internum* Cauum est, *fi.3:* vt tendines, nerui, venæ & arteriæ quoque, quarum pulsus hic tangitur, tutius hic collocarentur. Quã cauitatem, quartũ, quintũ & sextum illius ossa, egregiè, vt dicetur, adaugent
  - *Partibus* seu ossibus diuersis constat. Vide brachialis PARTES.
- *Longiora*: vt quæ constituunt
  - *Postbrachiale*, Metacarpium: partem manus post brachium mox, seu inter brachiale & digitos, quam palmam vocant, occurrentem. Vide POSTBRACHIALE.
  - *Digitos* osseos, à postbrachiali dictu, quinque ordinibus deductos. Vide Ossa DIGITORVM.

PARTES

- **PARTES**, seu ossa brachialis octo sunt, quae duos illius ordinas constituunt. Quorum T.10, fi.1, 2, 3, 4, 5, 6.
  - *Posterior* cubitum respiciens quatuor ossibus non recta linea sed circulatim omnino nihil dispositus constat. Ex his Ch.1, 2, 3, 4.
    - *Exteriora* tria insigniora simul commissa capitulum efficiunt, quo posteriori sede cubito iunguntur, & simul quoque sinum anteriori sede efformant, quo duo ossa anterioris ordinis suscipiunt. Horum ossium
      - *Superius* n°. I. pollicem respiciens, maius caeteris oblongum, versus interiora curuetum, committitur
        - *Radio*, Capitulo communi illi cum secundo osse, posterius.
        - *Brachialis* ordinis
          - *Posterioris* seu proprij ossi Secundo, Capitulo, interiori latere.
          - *Anterioris* ossi
            - *Quinto* & Sexto, Capitulo, anterius.
            - *Septimo*, Sinu communi illi cum secundo, interius.
      - *Medium* n° II. minus primo, & reliquis cunei instar insertum, iungitur
        - *Radio*, Capitulo communi illi cum primo osse, posterius.
        - *Brachialis* ordinis
          - *Posterioris* ossibus
            - *Primo*, Sinu, exterius.
            - *Tertio*, Plana superficie
          - *Anterioris* ossi Septimo, Sinu communi illi cum primo.
      - *Inferius* n° III. longius nonnihil 2. Adeptatur
        - *Vlna* cartilagini, inferius.
        - *Brachialis* ordinis
          - *Posterioris* ossi Secundo & Quarto, vtrinque, planis superficiebus.
          - *Anterioris* ossi octauo, Sinu communi illis tribus ossibus.
    - *Interius* Volam spectans n°. IIII. sub minimo digito positum Rectum dictum. Estque omnium minimum, rotundum ferè sesamoidei ossiculi instar, diuersumque a caeteris, Hoc
      - *Committitur*, non vlnae, sed Brachialis seu sui ordinis duntaxat ossi Tertio, & Octaui ossis processui nonnihil, meo iudicio, insertum, reliqua sede nulli ossi coniugitur.
      - *Cauam* quoque illam sedem in qua tutius tendines collocent, efficit (nihil articulo alias conducens) & simul parte
        - *Posteriori* emittit
          - *Ligamentum* ab vlna.
          - *Tendinem* brachiale flectentem.
        - *Anteriori* musculos educit duos minimi digiti.
  - *Anterior* manum spectans quatuor quoque ossibus componitur, recto ordine ferè illic ad manum collocatis. Horum ossium Ch.5, 6, 7, 8.
    - *Minora* sunt duo, quorum
      - *Exterius* versus pollicem, & Superius, n°. V. Processu quodam versus volam extuberat, cauam sic banc sedem cum 4. dicto osse efficiens. Committitur hoc os
        - *Postbrachialis* ossibus, anterius, vt
          - *Primo* pollicem sustinenti, Rotula quadam oblonga, eaque extrorsum introrsumque egregiè producta. fi.3, 6. G a b c d.
          - *Secundo*, Sinum communem cum sexto ipsius osse efficiens. fi.3, 4, 6 b.
        - *Brachialis* ordinis
          - *Anterioris* ossi Sexto, Sinu, Interius.
          - *Posterioris* ossi Primo, Sinu communi illi cum sexto, posterius.
      - *Interius* n°. VI. minus adhuc quinto, Committitur.
        - *Postbrachiali* ossi Secundo (nam tertium vix attingit) Sinum vtrinque communem cum vicinis ipsi ossibus efficiens, & in medio extuberans. fi.4, 6. H.
        - *Brachialis* ordinis
          - *Anterioris* vtrinque ossi
            - *Quinto*, Capite exteriori.
            - *Septimo*. Capitulo interiori.
          - *Posterioris* ossi Primo. Sinu communi illic cum quinto, posterius.
    - *Maiora* sunt duo, quorum
      - *Interius* n°. VII. maximè deorsum protensum, quod proptere luxatur, ob laxum connexum. Committitur
        - *Postbrachialis* ossi Tertio, Sinum communem illic cum sexto osse efficiens, & exterius nonnihil anterius protuberans. fi.3, 4, 6. K.
        - *Brachialis* ordinis
          - *Anterioris* vtrioque ossi
            - *Sexto*, Sinu ad dextrum latus.
            - *Octauo*, Capite depr[illegible] lexè admodum ad sinistrum.
          - *Posterioris* ossi Primo & Secundo, Capite admodum rotundo & insigni.
      - *Exterius* n°. VIII. versus minimum digitum, Processum educit ad volam. fi.1, 3, 6. O. vt cauam manum efficiat, & ligamenta educat. ossiculum sesamoideum adnatum habens. fi. 1, 2. N. O. Committitur
        - *Postbrachialis* ossibus duobus anterius, vt
          - *Quarto*, Lata superficie. fi.3, 4, 6, L.
          - *Quinto*, Sinu quodam, rotulam ipsius suscipiente. fi.3, 4, 6. M.
        - *Brachialis* ossibus vtrinque, Cunei instar insertum, vt ordinis
          - *Anteriora* ossi Septimo, Sinu depresso ad dextrum latus.
          - *Posterioris* ossi Tertio, Capite depresso ad sinistrum latus.

G 3

POSTBRACHIALE, Palmam seu latam manus partē firmat, ad cōmodiorē apprehensionem, in qua, vt manus quoq; nonnihil constringi possit, Quinq; ossib*, quinque digitorum ossibus suppositis extruitur, è quibus primum os pollici subiectum, postbrachiali pot* quam pollici, vt alij fecerūt, adscribimus, enim vnà cum reliquis postbrachialis ossibus brachiali iungatur, palmam constituat, nec in scissa parte manus, sicuti verò digiti, extstat. Licet enim manifestios cæteris moueatur, cū tamen & quintum quod minimo subiicitus, apertè satis quoq; moueatur, nō ob id à postbrachialis ossibus excludi debet. Horum ossium notatur

Ta.10, fi. 1, 2, 7. A, I, II, III, IIII,

- *Connexum quo*
  - *Alijs* ossibus Articulantur in basi vtrinque, vti
    - *Brachiali* posterius Articulaf ipsi* ossiū ordini anteriori variè admodum: siquidem ad
      - *Manifestiorē* motum edendum, sicuti ad cauam volam efficiendam sequitebaf duo ipsius ossa exteriora, 1. & 5. articulo diuerso ab alijs cō stant. Nam os
        - *Primū*, Pollici subiectū, v brachialis ossi cōmissum
          - *Capitulum* obtinet vtrinq; extuberans, magis tamen versus volam, totulæ quinti brachialis ossis, cui iungitur, cōgruens.
          - *Mouetur* manifestè in rectum extrorsum, & introrsum versus volam insigniter, ad latera quoq; versus indicem, & ab illo propter oblungam totulam semouet.
        - *Quintum* Minimo subiectum, viii brachialis ossi iunctum,
          - *Capitulum* quoq; obtinet oblongū, ad primi ossis similitudinem nonnihil accedens.
          - *Mouetur* quoq; iisdem motus generibus quibus pollex, sed minus manifestis, sicuti ego, testib* sensibus, fateri cogor.
      - *Obscurum* motum præstandum, intermedia reliqua tria ipsius ossa, diuersam quoque articulationem obtinuerunt. runt in caua vola efficienda parum hæc sequantur, Nam
        - *Superiora* duo, Secundū & Tertiū, brachialis v, vi, vii, ossium finibus duobus communibus per ginglimum iunguntur. Atq; obscurè admodum si vel agitētur motus aliquis præsentitur. Nam
          - *Primum*, capitibus duobus acutis fin* vtrinque subit, & in medio sino caput sexti ossis admittit.
          - *Secundum*, capite depresso & obliquo 7. iungitur, & in acutum desinēs, sinum communem 5. & 6. ossis subit.
        - *Inferius* numero Quartum, viii brachialis ossi lata superficie iungitur, atque magis reliquis duobus 2. & 3. minus 5. osse, si altera manu peliatur, in motu ēedit.
    - *Digitis* quinq; anterius inarticulantur ad manifestum motū præstandum, in quib* articulis
      - *Priuatim* Primum os pollici substratum (cum pollex non in latus in primo hoc illius articulo, vti affirmate ausus sum, ducatur, sed santum in rectum) Caput obtinet oblongius, introrsumq; duobus apicibus, non extrorsum, vti neque ad latera protuberans.
      - *Communiter* Quatuor reliqua ossa (cum digiti in rectum transuersumq; ducantur) Caput obtinent rotundum, admodum antrorsum, retrorsum vero parum, ad latera quoq; nonnihil deductum. fig. 7, A.
  - *Inuicem* committuntur Quinq; ipsius ossa, non toto ductu, vt brachialis ossa, cum secundum longitudinem hæc ab inuicem dehiscant. fi. 1, 2. s s. sed tantū extremitatibus, vbi ligamentis cartilagineis coniunciunt, tum sede
    - *Posteriori* præcipuè, vbi se mutuò in lateribus, extremitatis inferioris bona parte attinguut, omnia quinq; illius ossa. fi. 2, iuxta Q.
    - *Anteriori*, ea parte aliqua, minori tamen, quam in inferiori sede, quatuor ossa, tantùm, nam primum illius os pollici subiectum, procul ab illis recedit. fi. 2, 2. T.
- *Cōforma* co, fistulosa quoq; , suntq;
  - *Longiora* digitis quos sostinent: Tertium os tamen inter reliqua longissimum, post hoc duo vicina, inde postrema duo primum & quintum, æqualem habentia longitudinem. Ad hæc omnia versus interiora curuata sunt, vt musculis interossalibus sedem aptam efficerent.
  - *Crassa*: primum tamen pollici subiectum, cum plura pariat crassissimum, ab hoc sensim reliqua nonnihil attenuantur. Hæc
    - *Extremis* ate, qua crassescunt, & Appendices adnatas habēt, sede fi. 2. Q R.
      - *Anteriori* qua se mutuò respiciunt sinuantur, sedeque
        - *Inferiori*, duo qua si tubera profeiunt.
        - *Exteriori* latiora existunt.
      - *Posteriori* lata quoq; sunt, & versus interiora angustantur, vt caua sit fiat vola manus Quintum verò os cum sis exteri*, æqualiter est latum.
    - *Longitudine* reliqua (qua gracilescunt) Teretia, nisi quod tribus quasi lateribus constituūtur, Quorum
      - *Exterius* planam facit manum. fi. 2.
      - *Interiora* duo, in lineā desinentia, musculis interossalibus cedunt. fi. 1.


DIGITO-

DIGITORUM ossa in quatuor digitis singulis tria sunt, in pollice duo: vt sic, cum ex pluribus internodiis constaret digiti, in tactu & apprehensione melius se rebus accommodarent. Ex his, pollex primo postbrachialis ossi, index secundo, medius tertio, annularis quarto, minimus quinto, insistunt & coaptantur. Horum notatur Tab. 10. fi. 1, 2, 7, 8, 9

- *Articulatio* ad manifestum motum perficiendum, cum qua
  - *Postbrachiali* posterius inarticulantur ossa quę digitorum posteriora, Atq;
    - *Sinu* orbiculari oblongiori, tamen paulo (maximè in pollice, cum latius quoq; illius sit os) post brachialis ossium capita excipiunt. *fi.* 7 D.
    - *Mouentur* sic hæc ossa, & cum illis digiti, ratione capitis postbrachialis ossium vt dictum: quod cum sit
      - *Orbiculare*, vt in quatuor illius ossibus, tunc fit motus tum in
        - *Rectum*, flectendo in angulum vsque & extendendo in rectam lineam, vel paulò vlterius, si caput brachialis ossis magis sit retrorsum productum: vti videmus multos esse qui digitos retrorsum possunt inflectere.
        - *Latera*: quo quatuor digiti vtrinque maximè duo exteriores in diductione digitorum ducuntur.
      - *Oblongum*, vt in primo ossi pollici subiecto, tunc in rectum flecti tantum potest.
  - *Inuicem* per Ginglimum articulantur prima ossa secũdis, & secunda tertiis, & pollicis primum, secundo: nouem articulis. Qui in singulis digitorum ossibus
    - *Obtineat*
      - *Capita* duo, anteriori sede vtrinque exuberantia, in medio sinuata, atque ad interiora admodum perducta, reliqua sede tantum superficie incrustata. *fi.* 8 G H & L.
      - *Sinus* duos posteriori sede vtrinque, in medio tubere distinctos, capita sibi impositorum ossium recipiẽtes, & tubere rursum illorum sinus subeuntes. *fi.* 8. I. K & M.
    - *Motum* efficiunt rectum tantùm, ità vt in angulum admodum flecti, extendi verò in lineam rectam tantùm possint, lateraliq; motu destituantur.
- *Conformatio*, qua fistulosa sunt, atque in
  - *Longitudine*, Prima ossa digitorum, *fi.* 1, 2 D B, postbrachialis ossibus breuiora sunt, post hæc media, *fi.* 1, 2 B, inde postrema, *fi.* 1, 2 F. & in pollice C, ea proportione, vt simul coniuncta digitum medium efficiant longissimum, duosque illi adiunctos vtrinque breuiores, extimosque pollicem & minimum breuissimos. Suntque omnia illorum ossa, exceptis vltimis, quæ recta tantum feruntur, omnia, vt sedem subiectis efficerent, introrsum nonnihil curuata.
  - *Crassitie*, pollicis ossa crassiora, post hæc medij digiti, inde reliqua. Sic & prima ossa cæteris maiora existunt, deinde secũda, tertio minima, atque in
    - *Extremitate*
      - *Posteriori*, ossa hæc crassiora propter sinuũ margines existunt. *fi.* 8, I M K.
      - *Anteriori* ossa
        - *Prima* in quinque, & secunda in quatuor digitis, vix vltrà reliquam ipsorum longitudinem exuberant, nisi subtus parum, cum in superficie sit articulus, parum tamen ad inferiora vergens, quapropter duobus tuberibus illic nonnihil prominet. *fi.* 8, G H.
        - *Extrema* quinque digitorum, in Capitulum rotundum desinunt, quod in marginis ambitu inferiorique sede protuberat, asperumque existit, tendines admittens. *fi.* 9. *in ambitu* O.
    - *Dorso* reliquo sunt læuia, formaque dimidię, quasi parti quæ à rotundo corpore per medium secundum longitudinem esset resecta respondent, nam sede
      - *Externa* Teretia, cũm tendines expansi statim inserantur. *fi.* 2.
      - *Interna* Plana, vt tendines commodius vehant, ligamentaque producant. *fi.* 1.


COXA duobus constat ossib. vtrinq; vno, quæ mutuo iuncta & cum osse sacro, cauitatem efformant, quam peluim, aut sellam vocamus, qua vterus in mulieribus, in viris quoq. vesica & rectum intestinum continentur: simul femoribus impositum corpus sustinēs, peni, musculis, ligamentisq. exortum præbēs. Huius notatur Ta.11, fi.1, 2, 3, 6, 7.

- *Contextus*, qui fit cum. per
  - *Coalitũ*, ità ea simul & vicinis ossibus connectens, vt in motu minime disiungi, cedere tñ. nõnihil, vt mihi videt, possint, Sic nectitur vtrinque sede
    - *Posteriori* in lumbis, cũ Sacri ossis tribus superioribus transuersis processibus, vt dictũ, inæqualiter admodum, nã
      - *Anterius*, qua parte ossi sacro adaptatur, Sinibus duobus, in medio tubere distinctis, cartilaginis interuentu, illi iungitur. fi.2, A B C D.
      - *Posterius*, ab osse sacro dehiscēs, tota illa amplitudo inæqualis, cartilagine copiosiore infarcit. fi.2, E F G.
    - *Anteriori* in pube inuicem, dextrum sinistro, interuentu multæ cartilaginis, fi.6, A. In mulieribus præsertim, vbi duplo copiosior quam in viris cartilago, commissuram hanc in mulieribus quoq. breuiorem (vt sic ossa hæc magis in partu cedere possint) intercedit. fi.7, B. & Ta.1, t.
  - *Articulum*, quem ad motum femoris vnà cum ipso in lateribus vtrinq; exteriori sede efficit: Vbi coxa sinum quem acetabulum Pixidem vocant, confert, in quo femoris caput ad omnes motus efficiendos voluitur, Cuius
    - *Cauitas* amplissima & profundissima, suprà omnes cotylas. fi.1, 3, o f. Quæ anteriori sede altius adhuc cauata est, aspetaque pro ligamento tereti educendo, quod femoris capiti inseritur. fi.1, 3, 5.
    - *Supercilia* acuta, externa sede aspera, q̃ orbicularium ligamentorum productioni, qd totam cauitatē ambiens, eã adauget, illique femur colligat: Hæc supercilia
      - *Protuberant* circa posteriora magis & superiora: vt femoris melius cum stamus & sedemus resistant. fi.1, 3, L.
      - *Intercisa* sunt inferiori sede Sinu, per quem vasa ad acetabulum peruehiunt. fi.3, h.
- *Conformatio* varia, ob quam, ac si tribus partibus efformatum esset (vt reuerà in pueris est) in tres partes, licet cõtinuum sit, in adultis distinguitur. Cuius pars
  - *Amplior* Superior est & posterior, ilium os dicitur, sacro ossi commissum, vētris contenta sustinens, Huius fi.1, 2, 3, supra s c.
    - *Latitudo* ampla admodum extra sacri ossis amplitudinem producitur, maximè in mulieribus, vt maior esset huius loci pro fœtu sustinendo capacitas. Tab. 2. c. Quę tamen etiam, veluti scapula, musculis aptã sedem parat. Huius
      - *Circumferentia*, Appendice tota circundata, Spina ilij ossis dicta, inæqualis admodum est & semicircularis, licet instar, vti & clauicula, ducta in gibbum, ad musculorum, vt eius thoracis quinti, dorsi vndecimi, & trium abdominis, tibiæq. duorũ, productionis causa. fi.2, L P Q R.
      - *Latus*
        - *Externum* Dorsum ilij ossis dicitur, quod inæquale, lineis robus semicircularibus inscribitur, à quibus tres femoris musculi, qui clunes efficiunt prodeunt. fi.3, Z. a b.
        - *Internũ*, parte
          - *Posteriori* contractius, vbi sacro committitur exortum eductur. fig. 2, H. & fig. 3, i.
          - *Reliqua* magis amplum, Cauitatem aptam obtinet. q̃ septimus femoris musculus occupat: atque propè connexum cũ osse sacro exuberat
            - *Superius* pro musculo dorsi educendo. fi. 2, K K.
            - *Inferius* magis pro musculo decimo femoris. fig. 2, M. N O.
    - *Crassities* sic se habet,
      - *Crassissimum* est in ambitu toto, roboris causa, maximè circa connexum cum osse sacro, atque vbi acetabulo iungitur.
      - *Tenuius* in medio, cum nihil illic sit periculi, vt paulò leuius esset.
  - *Contractior*, Vide CONTRACTION.



CONTRACTUS Coxæ pars inferior, varia magis est. Hæc in pueris manifestè ab ilium osse Cartilagine seiuncta est, atque rursum in duas partes diuisa. *Tab.3.fi.1.r s t.* Huius pars *Tab.II. fig.1,2,3.*

- *Crassior*, posterior, Coxendix dicitur, quæ femoris capitum posita est. Huius *fi.2,3, ab s e ad v.*
  - *Latus* Internum Læue est, *fi.* 2. Externum verò, pixidem pro articulo cum femore, vt dictum est, producit. *fi.3.*
  - *Circumferentia*
    - *Anterior*, in pixidis sede
      - *Elatiori*, producit
        - *Sinum* asperum ligamento obuolutum, ad quem septimus femoris musculus cum sexti tendine reflectitur, & neruus primus cruris elabitur. *fi.1,2,3 r.*
        - *Tubera* duo, suprà infràque sinum, ne, quæ hic reflectuntur, declinarent, quamuis & simul nonum tibiæ musculū producant. *fi.1, 2,3 s x.*
      - *Humiliori*, crassescit extuberantia, roboris causa.
    - *Posterior*, longior sede
      - *Elatiori*, Sinum efficit vnà cum osse ileo illic angustato, seu viam, per quam quartus neruus cruris defertur. *fi.2,3 e.*
      - *Media* profert
        - *Processum* acutum: qui musculum femoris vndecimum ducit, vnà cum ligamento hinc sacrum os petente *fi.2,3 d*
        - *Sinum* sub processu: ad quem decimus femoris musculus tanquam ad trochleam trifariam reflectitur, tribus inscriptionibus ob id ornatus. *fi.1,2,3 k.*
      - *Humiliori*, Appendicem crassum promit, totà sede qua sedentes innitimur variè impressum: qui exortum præbet tribus tibiæ & von femoris, musculis. *fi.1,3 l m n o.*
- *Tenuior*, anterior, Pubis os dicitur, quod cum suo pari pubem efficit. Hoc
  - *Amplam* basim habet, quæ duobus processibus coxendici affixa, cū illo foramen dicendum efficit. Huius pars
    - *Elatior* æquè atque basis lata est, & ipsius processus superior, crassior. Atque sede
      - *Superiori*, Sinu imprimitur: quem maxima crus petens vena & arteria, cum secundo neruo cruris peruadunt. *fi.1,2,3 V.*
      - *Anteriori*
        - *Aspera*, vbi mutuò iungūtur, existit: pro exortu musculi recti abdominis & secundi tibiam mouentis. *fi.3 u.*
        - *Extuberat* à coxendice ad connexum vsque horum ossium: vt quinti femoris musculi pars quarta & quinta inde exorerentur. *fi,3. ab a versus V.*
      - *Posteriori* læuis est, & Tuber habet quoque oblongū, à quo decimus femoris musculus prodit. *fi.2, o.*
    - *Humilior* tenuis, vti & illius processus, sub foramine existit, qui diu in pueris cartilagineus permanet, *fi.1,2,3 r.* Hic pducit musculos, & in viris corpus quoque penis. In mulieribus verò, vt via quæ subtus est minus angusta esset, & partum impediret, magis extrorsum quam in viris producitur. *Ta.2 H.*
  - *Foramen* ossis pubis vnà cum coxendice efformat, quod
    - *Maximum* est omnium totius corporis foraminum, coxam, quæ ampla & magna esse debuit, admodum alleuians. *fi.1,2,3 P.*
    - *Sinum* in elatiori ipsius processu obtinet, Vasa, quæ illic elabuntur, transmittentem. *fi.1,2,3 f.*



FEMVR, cruris os superius, conueniente illius longitudinem, pedis musculorumq; causa, constituitur: à coxa obliquè introrsum ad genu, propter articulorum horum in rectitudine distantiam, ducitur. Huius conspicitur Tab. 11. fig. 4, 5.

- *Articulatio* (Quæ semper illic vbi caput ossis est, cum illius causa motus varietas, rectius explicatur)
  - *Superior* cum Coxendice, cuius acetabulum subintrat Capite, quod elatissima sede introrsum educit. Hoc fi. 4, 5 A.
    - *Semiorbiculare* est & incrustatum, Sinum paulo sub vertice obtinet profundum & angustum: cui teres ligamentum implantatur, quod illud acetabulo firmat. fi. 5 B.
    - *Motum* efficit femoris Rectum, Transuersum, & Circumuersionis.
  - *Inferior* cum
    - *Tibia* per ginglimum qui
      - *Perficitur*
        - *Capitibus* duobus, sinus tibiæ subeuntibus: oblongis infima ipsius sede, & posterius admodum prominentibus & distantibus. fi. 4, 5 E F.
        - *Sinu* in medio horum, amplo: tuber tibiæ admittente, & ligamenta quibus nectuntur producente. fi. 5 I.
      - *Motum* præstat tibiæ Rectum tantum: vt flecti possit in angulū, & in rectam lineam solummodo extendi.
    - *Patella*, quam suscipit Sinu, anteriori sede in capitum ipsius medio, conspicuo, ob vsum in patella explicandum.
- *Conformatio* in
  - *Extremitatibus*, quibus suprà infraque Appendices coalescunt, fi. 4, 5 C G, admodū extuberat, & cæcis foraminulis, vbi ligamenta producit, punctū est: illiusque extremitas
    - *Superior* tribus eminentiis protuberat quarū
      - *Elatiores* duę longiores sunt, Atque
        - *Interior* Ceruix dicitur: quæ caput pro articulo producit, admodumq; introrsum obliquè à femore sursum deducitur: ne femur, si totum acetabulo adhæreret, in motu impediretur. fi. 4, 5 D.
        - *Exterior* Trochanter siue rotator maior, cum sit maximus, & sex femoris illi implantentur musculi, dicitur. Hic femori coalescit, & sede fi. 4, 5 Q.
          - *Interna* gibbus, Sinum efficit, cui nonus & decimus implantantur femoris musculi, fi. 5 inter S D.
          - *Externa* impressiones ostendit, vt sede
            - *Humiliori*
              - *Posteriori* Amplam: pro primi femoris musculi insertione. fi. 5, S.
              - *Anteriori* Asperam: pro secundo illius musculo: simul & septimo tibiæ musculo principium præbentem fi 4 V.
            - *Elatiori* in
              - *Externa* parte: pro tertio illius musculo. fi. 4. V Q.
              - *Apice*, Arctam: pro quarto illius musculo. fi. 4, 5 Y.
      - *Humilior* parua, Posterior processus & Trochanter minor, cum sit priori minor & veluti mammillaris, dicitur. Hic coalescit femori, illiq; sextus & septimus femoris musculi adaptantur. fi. 5 a. & fi. 4. b.
    - *Inferior* latescit admodum in duas partes, quæ capita producunt: sedeque
      - *Posteriori* admodū asperum est, & in capitum
        - *Parte* superiori
          - *Interna*, educit pedis musculum primum, cui præficitur sesamineum officulum, & paulo interius tendinem quinti femoris musculi admittit. fi. 5 x
          - *Externa* profert pedis musculum secūdum & tertium, quorum initiis sesaminea quoque apponuntur officula. fi. 5 z.
        - *Medio*, Sinus, qui capita illius intercedit, parte posteriori illi impressus est. fi. 5 1.
      - *Ad latera* capitum vtrinq;, maxime interno, extuberans, Sinus format, quibus tendines tibiæ musculorum vehuntur. & ligamenta ne excidant aut extuberent cōtinentur. Horum sinuum
        - *Externus*, tendinem quarti tibiæ musculi, qui hic reflectitur, vehit. fi. 4 5 n.
        - *Internus*, tendines trium priorum & quinti tibiæ musculorū deducit. fi. 5 o.
  - *Longitudine*, Vide LONGITVDO.

LON-

LONGITUDO inter extremitates femoris fistulosa est & Tab. 11. fi. 4. 5.

- *Longa* ad modum, atqua
  - *Curuata* leuiter versus posteriora: sic enim ad sessionem conducebat, musculisq; qui flectunt (quorum semper plures quam extendentium, cum maiori vi opus sit, existunt, pluresque ob id hic reponuntur) sedes apta sic paratur.
  - *Recta* in lateribus: nisi quatenus ad crassiores extremitates nonnihil declinat & situm obliquum habet.
- *Crassa*, rotunda & leuis: nisi qua tenuis circa extremitates, maximè inferiorem posterius latescit, fi. 4 e. Vasa commodius sic quoque deducens, & sede
  - *Anteriori* iuxta ceruicis radicem, Asperitatem habet obliquam: octauo musculo tibiæ insatuientem. fi. 4 f.
  - *Posteriori* Lineam asperam obtinuit, quæ ab inferioribus vtrinq. sursum ascendens in vnam acutam desinit, cui quintus femoris musculus ex parte adnascitur. fi. 5 d d & Ta. 26 i. Hæc enascendens rursum bipartitur, & ducitur alia versus processus
    - *Internum* radicem: cui quinta pars quinti femoris musculi inseritur. fi. 5 c c.
    - *Externum* impressionem posteriorē: cui primus femoris muscul⁹ insaritur. fi. 5 T T.

TIBIA, pedis causa effecta, cōstituitur duobus ossibus, quorū aliud dicitur Tab. 12.

- *Tibia* os internum & crassi⁹ Hui⁹ notatur Tab. 12. fi. 1, 2, 3, 4, 7, 8, 9, 10.
  - *Connexus* in
    - *Recta* vtrinq., vbi p ginglimū Articulatur sede
      - *Superiori* cum Femora, ad motum rectū tibiæ, vt dictum, edendum, conferente tibia
        - *Sinus* duos, femoris capita excipientes, planos ferè: qui tamen Cartilagine lunati interueniente, fi. 8 profunditatem aliquam adipiscuntur. fi. 2, 4, 7 s G.
        - *Tuber* in medio sinuum asperum, sinum obiter femoris subiens: Potissimum verò ligamentum educens: tum in medio, quod in femoris sinum posteriorem inseritur: tum anteriori sede, quod cartilaginem sinus illic adaugentem vectit. fi. 7 H I & 2, 3, 4, I.
      - *Inferiori* cum Talo, ad motum pedis rectum (fortè & nōnihil transuersum, cōferentib⁹ aliis quinq. ossib⁹ tribus) afficiendum. Obtineruq;, quibus talo congruit.
        - *Sinus* duos, quorum Interior, profundior ob processum descandentem illic fit, Exterior, fibula ad iuncta, vt dicatur augetur. fi. 9. e f.
        - *Tuber*, in medio horum leuiter eminens. fi. 9. d.
    - *Latere* externo: quo suprà infraq; cum Fibula seda
      - *Superiori* versus posteriora articulatur: Capitulum promēs incrustatum, cui fibula iungitur. fi. 4 u.
      - *Inferiori* connectitur, Sinu, quam habet amplo & aspero, non incrustato, fibulam suscipiente. fi. 4, in s.
  - *Conformatio* in
    - *Extremitate* (quæ vtrinq. appendicibus donatur) fig. 1, 2, 3 A & fi. 1, D.
      - *Superiori*, Crassum & latum asperumque, maximè anteriori seda, quam *ἀντικνήμιον* vocant: vt tendinas fortius illi insererentur. fi. 1, 3, 7 a, b.
      - *Inferiori* minus crassescit &
        - *Processum* educit ab interno latere deorsum ductum, Sinum illic pro articulo factum adaugentem, qui in tactor dicitur Malleolus. Atqua
          - *Insignis* est & in acutum desinit, vt eiusq. interiora leuiter curuatur. fi. 2, 3, 9, 10. t.
          - *Sinulo* in humiliori sede iuxta apicem, pro ligamento illius articuli, imprimitur. fi. 4. 10 k.
        - *Sinus* obtinet (præter illum qui fibulam externo latere, vt dictū, admittit) alios duos, quorum
          - *Anterior* in margine articuli, ligamentum praefert. fi. 1 l.
          - *Posterior* iuxta processum internum obliquus, tendines pedis, ligamento hic coniunctos vehit. fi. 2, 4, in m.
    - *Longitudine*, fistulosus, longus, rectus & latus nonnihil. Anteriore seda in acutiem, spinam dictam, in quam frequenter impingimus, definit. fi. 1, 3 y y. Posteriore quoque seda vtrinq; obtuse prominet. fi. 1, 2 A t. Præter hæc latus
      - *Internum* alterum crus respiciens, quod carne expers cum deprahendi potest, gibbum est. fi. 2, 2, 3 f.
      - *Externum* veluti geminum, vt musculis cadat fi. 12 u & fi. 24 t.
        - *Exasperatur* sede superiori obliquè, pro insertione musculi poplitis. fi. 2, 4 u.
        - *Lineam* producit secundum totam longitudinem, à qua ligamentum, quod ossa tibiæ duo intercedit, pendit.
- *Fibula*, Vide FIBVLA.


FIBVLA Tibiæ os est exterius, quod decliuius quàm tibia deorsum cum & tibia quam fibula magis sursum feratur, porrigitur. Huius notatur *Tab.12.fig.1,2,5,6,11.*

- *Connexus*, Interni illius lateris, tum ad
  - *Tibiam* suprà infraque, cum qua simul non separatim in sectum mouetur. Et sic tibiæ sede
    - *Superiori* clarissima coarticulatur, Sinu incrustato, plano ferè: vt in variis motibus fibula nonnihil per se quoque cedere possit. *fi.5* Q.
    - *Inferiori* supra appendicem, Asperitate quadam protuberante, interueniēte ligamēto valido, nectitur: vt sic firmius tibiæ adhæreret, ita tamen, vt fortè quoque cedere possit cum pes circumducitur. *fi.5,6,11* T.
  - *Talum* in infima sede, Sinus, communi illi cum tibia, parte extrema: cuius sinus latus, exuberantia illic fibulæ incrustata efficit. Fitque ginglimus, quo pes ad tibiam & talum mouetur. *fi.11 b.*
- *Conformatio*, qua in
  - *Extremitate* vtrinque Appendicibus exuberat, quarum *fi.1.5* c z.
    - *Superior* Processum educit externo latere: qui tendinem admittit quarti tibiæ musculi, & caput septimi pedis musculi producit. *fi.5,6 c.*
    - *Inferior*, Exterior est Malleolus, interno humilior, cuius latus *fi.2,5,6,9 n.*
      - *Internum* exuberans, vt dictum, sede anteriori iuxta incrustationē Sinum producit profundum & asperum, a quo ligamentum prodit huius articuli. *fi.11 r.*
      - *Externum* aliquousque versus superiora excarne, tactu deprehenditur, *fi.1,5 o p.* & impressionem posteriori sede ostendit: cui ligamentum transuersum, quod tendines continet obducitur. *fi.2,6 iuxta humilius q.*
  - *Longitudine* ipsius intrinsecus quoq. excauata, &
    - *Longitudinem* eandem cum tibia habet, nec ita obliquè vt radius ducitur. Cum enim extremitatibus tibiæ, crassis admodum, iūgatur, satis a tibia reliquo ductu dehiscit, *fi.2* v. Verum cum inferior tibiæ sedes, qua illi iungitur, minus extrorsum exuberet, nonnihil sub medio longitudinis fibula quoque extrorsum obliquatur. *fi.1,5* z.
    - *Gracilior* quam tibia multò est & Triangularis nōnihil. circa inferiora trib° lineis illic ductis, efficitur. Cuius pars
      - *Anterior* acuta, in duas partes causas distinguitur. Ex quibus *fi.1,5 f f.*
        - *Interna*, musculis pedis illic cedens, Lineam aliquam obliquam ostendit: à qua musculus pollicis prodit. *fi.1,5 x x.*
        - *Externa*: sedem musculo pedis septimo & octauo parat. *fi.1,5 æ æ.*
      - *Posterior* duabus obtusis lineis ab anteriori seiuncta, *fi.4,5 t t u u.* depressa est, atque musculis illic positis, maximè eo qui pollicis secundum os flectit, comprimitur. *fi.26 ß ß.*

PES EXtremus, tibiæ transuersim, vt corpus sic illi insistat suppositus, XXVI ossib°, vt dum stamus se melius rebus applicaret, componitur. Huius pars media *Tab.13 fi.1 2.*


- *Posterior*, breuibus vt brachiale constat ossibus, maioribus tamen, & duobus quoque sicuti illud velut ossium ordinibus, quorum alter ordo *fi.1,2 post μ.*
  - *Obliquus* Posterior, crassioribus ossibus sed tribus tantum, secus ac in brachiali compositus, nec eo ordine vt brachialis posterior ordo collocatis. Nam
    - *Medium* inter duo reliqua tibiæ subiicitur, posteriori ossi vicino innititur, anteriori præponitur, & dicitur TALVS:
    - *Vtrinque* ad medium posita sunt duo, vt sic tibia in medio horū staret. Ex his aliud sede
      - *Posteriori* interius talo substratum est, atque extra tibiæ rectitudinem retrorsum educitur, & dicitur CALX.
      - *Anteriori* exteriori talo præpositum, vocatur OS NAVICVLARE.
  - *Transuersus* Anterior, minoribus constans ossibus, iisque quatuor, vti anterior brachialis ordo ordine locatis, appellaturque TARSVS.
- *Anterior*, oblongis conficitus ossibus, & postbrachiali & digitis manus respondet, Vt pars illius *fi.1,2 ante μ.*
  - *Posterior*, postbrachiali: cum similiter quinque ossibus extruat & quinque illi præfigantur digiti. nominaturq. PEDIVM.
  - *Anterior* extrema, in digitos diuisa, qua, pedij quinque ossibus, vt manus digiti postbrachiali præfiguntur, dicunturque pedum DIGITI.

TALVS



TALVS, Astragalus cotula est, ad quã pes totus ferè mouetur. Cuius notatur *Ta.13, fi.1, 2. Γ. & 3, 4, 5, 6.*

- *Articulatio*, qua ad motum pedis efficiẽdũ
  - *Manifestum*, articulat cum
    - *Tibia* & fibula quibus subiicit (vt recto motu pes moueretur) Extuberãtia ipsi⁹ superiori, quã inuersę balistæ nuci aut quartæ totuls parti non absimilis, Cui⁹
      - *Superficies* tibiam excipiens orbicularis, & veluti quadrata, *fig.3*, A B C D. Atque vtrinq. eleuatur duabus eminentiis, *fi.3*, F F. in medio sinu cęlatur. *fi.3*, E.
      - *Latera* malleolos suscipiunt, quorum
        - *Interius* exiguo spatio incrustatum: internum malleolum tibiæ suscipit. *fi.5*, G.
        - *Exterius* latius: externum malleolum fibulæ, magis descendentem, admittit. *fi.6*. H.
    - *Naviculari* (vt pes in gyrum & latera nonnihil moueatur) Capite rotundo, quod talus anteriori sede interno magis latere post ceruicem illius producit. *fi.3, 6*. N. quo sinum ossis cymbæ subintrat. *fi.3, 4, 5, 6*, O.
  - *Obscurum*, cõnectit cũ calce, cui tot⁹ innitit, & ligamẽtis cõstringit, duplici nexu, inferiori sede, quorum
    - *Exterior*, Fit Sinu tali amplo, calcis caput excipiente. *fi.4*, Q.
    - *Interior* versus internum pedis latus, perficitur Capitis tali, quod ossi naviculari articulatur, parte humiliori transuersim illic leniter extuberante, & sinum calcis subintrante. *fi.4*, S.
- *Conformatio*. Estque reliqua sede vbi non incrustatur inæqualis, Sinus obtinens pro
  - *Ligamentis* educendis, vt in
    - *Ambitu* Veluti in latere vtroq., vbi malleolis nectitur. *fi.5*, I. *& 6*. K. & posteriori sede, vbi tibiæ & calci committitur. *fi.5, post* A D.
    - *Humiliori* sede, in medio articulorum illius cum calce admodum excauatur & profundos sinus, quibus calci nectitur, obtinet. *fi.4*, T T. Vnde magnum hic interuallum in mundatis ossibus apparet.
  - *Tendinibus* vehendis, posteriori sede impressos, vbi illic ad pedem tendines feruntur. *fi.5, 6*. L M.



CALX talũ sustinet, & sibi affixum os tarsi retinet. Cuius notatur. *Tab.13. fi.1, 2*. Δ *& fi.7, 8, 9*.

- *Articulatio* quæ fit cum
  - *Talo*, elatiori sedé, media, ad obscurum motum edendum, duplici superficie incrustata, quarum
    - *Exterior* Capite perficitur amplo calcis, sinum tali subeunte. *fi.6, 8, 9*, P.
    - *Interior*, Sinu calcis angusto & ferè plano fit, tuberãtiam tali admittente. *fi.7, 8, 9*. R.
  - *Cubiformi*, anteriori sede, per arthrodiam, Capite depresso calcis. *fi.7*, *i*.
- *Conformatio*. Estq. os pedis maximũ, &
  - *Sede*
    - *Inferiori* asperum, pro musculis digitorum educendis. quorum principium ne inter calcandum comprimatur, processu transuerso deorsum pertingente extuberat. *fi.2, 8*. X Y.
    - *Elatiori*, ad articulum
      - *Posteriori*
        - *Superius* Rotundum, asperumq. ligamentorum tantùm causa. *fi.7, 8, 9*. *a b*.
        - *Posterius* deprimitur transuersim: pro insertione validissimi tendinis pedis. *fi.2, 8, 9*. C.
      - *Anteriori*, Sinus asperos & profundos obtinet, qui cum tali sinibus cartilagine opplentur. *fi.7*, V V.
  - *Latere*
    - *Interno* læue, & *fi.2, 8*. *d d*.
      - *Sinuatur* admodum in medio & tres inscriptiones obtinuit: vt sedem constitueret vasis & tendinibus pedem petentibus, ne si per humiliorem illius partem procederent, calcando comprimerentur. *fi.2, 8*, *e*.
      - *Processibus* vtrinq. extuberat, quorum
        - *Anterior* articulum sustinens, retinet tendines in sinu ad ipsum reflexos.
        - *Posterior*, educit quoq. musculum pollicis.
    - *Externo* inæqtale, nam *fi.1, 7, 9*. *f g*.
      - *Extuberat* humiliori sede, musculum educens parui digiti.
      - *Sinu*, anteriori sede, cedit tendinibus ad externum malleolum hic reflexis. *fi.1, 7, 9*. *g*.

NAVICVLARE os vel cymbæ os est cuius intermedio tarsi præcipua pars talo copulatur. Quod *Ta.13, fi.1, 2*. ⊕.

- *Articulatur* cũ
  - *Talo* posteriori sede, Sinu profundo oblongo, quo caput tali excipit, & pes circunducitur. *fi.11*. *k*.
  - *Tarsi* tribus ossibus anteriori sede, Capite oblongo, tribus superficiebus (quarum intima amplior) distincto. *fi.10*. *l m n*.
- *Conformatione* scapham refert, vel nauẽ, quia oblõgum, posterius profundum, anterius cauum, vt dictum, & sede
  - *Superiori* Gibbum, transuersum & asperum, ligamentorum causa. *fi.11*, *o p*.
  - *Inferiori* Cauum asperumq., propter ligamẽta, & Sinu interno ipsius latere impresso, tendinem illic reflexum, retinet. *fi.10, 11*. *q r*.

TARSVS quatuor ossibus vt brachiale constat, quibus quatuor pedij ossa iunguntur, Cuius notatur Ta.13, fi.1, 2, 12, 13, ch.1, 2, 3, 4.

- *Articulatio*, quæ fit per arthrodiã planis superficiebus, ad obscurũ motum, qua
  - *Inuicem* iunguntur lateribus internis, quibus se mutuò contingunt, atque vbi dehiscunt ligamentis cartilaginosis intervenientibus continentur.
  - *Alijs* committuntur: vt
    - *Posteriori ossi*
      - *Naviculari*, Tria tarsi ossa interiora mutuò iuncta, Sinu cauo quem simul efficiunt, in tres tamen superficies distincto, iunguntur. fi.13, s t u.
      - *Calci*, cui Quartum tarsi os extimum iungitur lata superficie. fi.1, 3, x.
    - *Anterioribus* Pedij ossibus, sicuti dicetur.
- *Conformatio*: quæ, simul iũcta, rotundam faciũt superficiem, exterioribus lateribus ferè innitentem, subdus cauam, cum foris lata, intus angusta ipsius ossa sint Quorũ
  - *Extrema* duo maiora sunt, atque
    - *Exterius* maximũ, Cubiforme dictum, calci præpositum, terræ innitens fi.12, 13, ch.4.
      - *Committitur*
        - *Posteriori*, Calci, inæquali superficie. fi.13, x.
        - *Anteriori*, Pedij ossibus duobus extimis. fi.12, α β.
        - *Latere* interno, Tarsi ossi proximo.
      - *Forma* Tesseræ sede inæqual. admodum respondet, nam
        - *Latere* Externo angustum. fi.13, d.
        - *Superiori* planum sed asperũ. fi.12, 13, 1.
        - *Inferiori* Processu extuberat & Sinum oblõgum obtinet, ad quem septimi pedis tendo reuoluitur. fi.2, f, g.
    - *Interius*, antrorsum versus pollicem magis eminens q̃ cætera. fi.12, 13, ch.1.
      - *Committitur* posterius naviculari. fi.13, y. Sinu profundiore quàm in reliquis, anterius Pedij interno, fi.12, ch.1. in latere vicinis tarsi ossib.
      - *Obliquè* quadratum, & asperum existit.
  - *Media* minora sunt: & ea his interius minimũ, exterius verò maius, Processu inferius cui quintus pedis musculus inseritur exuberat fi.13, d. Et committũtur hæc ossa, posterius naviculari fi.13, t u. anterius pedij ossibus illis præpositis. fi.12, μ λ. & in lateribus vicinis tarsi ossibus cunei instar inseruntur.

PEDIVM Quinque ossibus vt postbrachialis cõpositum, tarsi quatuor ossibus insistit, & quinque digitos sustinet. Cuius T.13, fi.1, ch.1, 2, 3, 4.

- *Articulatio fit*
  - *Superficie* plana, siue per arthrodiam, qua iunguntur
    - *Inuicem*, vbi extremitatibus se mutuò contingunt, posteriore maximè.
    - *Tarsi* ossibus quatuor fi.2, inter ρ π. duobus extremis pedij ossibus simul cubiformi ossi iunctis, fi.2, iuxta σ τ. Neque hic quod pollici subijcitur, priuatim quid vt in manu obtinet, cum non necesse sit pollicem in pede reliquis in motu, vt in manu accidit, opponi.
  - *Capite* rotundo, quo digitorum sinus subeunt, quod in eo quod pollici subijcitur osse, cum sit crassius, oblongius existit. Suntque capita in istis admodum versus superiora, minus versus inferiora, secus ac in manu, deducta: cum pedum digitos plus sursum quam manuum in extensione eleuari opportuerit. fi.1, f f.
- *Conformatio* eadem ferè quæ & postbrachialis ossium, estque
  - *Longissimum* ossi pollicem sustinenti vicinum: ab hoc reliqua variant, atque à posteri oribus, propter tarsi ossium situm varium, inæqualiter prodeunt.
  - *Crassissimum* pollicem sustentans. Reliqua posterius crassiora, sensim attenuata, caput proferunt anterius, & priuatim duos processus sede posteriori vtrinque exerunt: vt præpositum
    - *Pollici* os, sede inferiori versus terram, protuberat: vt septimus pedis musculus inseratur. fi.2, π.
    - *Minimo* os, insignem obtinuit: in externum latus, pro octauo pedis musculi tendine deductum. fi.2, s.

DIGITI quinque pedis, manus digitis & numero ossium & vsu (nisi quod hic non fiat perfecta apprehensio, sed tantùm ad res melior accommodatio, vnde & pollex reliquis non opponitur) correspondent Vt &
Ta.13, fi.1, 2. A Z.

- *Forma*, quę ad ipsorum similitudinem extruitur, nisi quod
  - *Breuiora* sunt in pede digitorum ossa, ità vt medium os in quatuor digitis quadratum esse videatur.
  - *Crassiora* sunt pollicis ossa in pede quam in manu. fi.1, 2, φ χ. reliqua teneriora, cauaque interius. fi.12, σ τ υ.
- *Articulo*, quem eũdem cum digitis manus habent, nisi quod prima internodia sinum non tam amplum sicuti verò capita pedis ampla sunt, obtinuerunt: idque vt sic digiti extendendo magis erecti, & cedere nonnihil subiectis, dum terræ stando innitimur, possint.

OSSA

OSSA ARticulis quibusdam præposita, rotunda, Cartilagines sunt ab initio, tandem in ossa abeunt durissima, citius maiora, tardius minora. Hæc articulis non aliter, nisi quod ipsis iunctantur coniuncta sunt, innata reliqua superficie vicinis


- *Tendinibus*, qui illum articulum cui proponuntur, mouent. Suntque pleraque superficie externa aspera & protuberante, interna verò à tendine libera, incrustata & plana, articulumque contingentia. Horum
  - *Exigua*, Sesamoidea dicta, plurima sunt. Vt quæ præponuntur articulis omnibus
    - *Digitorum* manus & pedis interiori sedi. Quæ tendinibus innata, cum in extensione digitorum se in spatium articuli nonnihil inserunt, retinent tendinem, quem hic liberum non nexum esse oportuit, ne ab articulo extuberante in motu decidat. Quem ego veriorem horum vsum esse crediderim. Ob eamque causam in omnibus tam manus quam digitorum articulis hæc officula se offerunt, vel
      - *Gemina*, in Primo in plurimis articulo vtrinque ad latera vnum, cum duplici tendine flectantur, quæ *Tab.*10 *fi.*1 v v. *&* *Ta.*13 *fi.* a *&* μ.
        - *Vsu* priuato, præter dictum, in medio ipsorum tendinem ad exteriores articulos peruenientem continent & muniunt.
        - *Maiora* in manibus quam pedibus, nisi quod duo in pedis pollice maxima, cum & pollex maximus sit, existunt: quorum interius, ex quo hominem tanquam ex semine resuscitatum fabulantur, Arabes Albadaran vocant. *Tab.* 10. *fi.*1, 2. T. *&* *fi.*11.
      - *Vnica* in reliquis omnibus articulis (cum vno tantum tendine flectantur) medio ipsorum præposita. Quæ & in manibus quam pedibus insigniora, vti & ossa ipsa, si pollicem demas, obseruantur. *Tab.*10 *fi* 1 x x.
    - *Postbrachialis* & Pedij exteriori sede, *Ta.*28 I. vbi hæc ossa paruos digitos sustinent, atque illud 8 brachialis, hoc cum 4 tarsi osse articulatur. Quæ tendinibus illic inserta
      - *Ciceris* imaginem referunt. *Ta.* 10. *fi.* 1, 2 N. & *Ta.*13. *fi.*1, 2 μ.
      - *Ossa* hæc, externa hac sede nonnihil ab illis quibus innituntur ascendentia suffulciunt, vacuamque illic sedem adimplent.
  - *Maximum*, Patella, Mola dicitur Quæ anteriori femoris cum tibia articulo præposita, tendinibus crassioribus, qui per genu anteriora ad tibiam feruntur, superiori ipsius parte tota innascitur. Hæc *Tab.*11. *fi* 8, 9. *&* *Tab.*21 *k*.
    - *Tendinibus* illis subiicitur, vt illius beneficio supra articulum hunc veluti in rotula tendines securè ferantur, & ne in flexione valida ab illo in motu deciderent (cum diducto tunc articulo in sinum illi paratum mola illabatur) firmiter tenet, ità vt flexis genibus, etiam manibus è sua sede tunc expelli minimè possit, quæ aliàs extenso crure, facile huc illucque impellitur.
    - *Magna*, rotunda, & parte qua tendinibus adnata aspera est, parte verò qua articulo incumbit, incrustata, & sinui se accommodans, in medio extuberans, & vtrinque depressa. *fi.*9 A A C O.
- *Capitibus* musculorum: quod priuatim obtinent duo ossa sesamoidea dicta quoque, quæ
  - *Innata* duobus pedem mouentium musculorum initiis, reliqua læui superficie femoris capitum posteriorem sedem inferiorem spectant.
  - *Sustinent* capitum femoris imperum & durum illorum contactum, ne musculis noceant.

OS HYOIdes, emtocotissimam laryngis sedem occupans, linguæ fulcrum est, musculisque ipsius & laryngis exortum præbet, Variis officolis exstructum. Huius notatur. *Tab.*7. *fig.* 6.

- *Conformatio*, quæ ipsius
  - *Basis* seu medium os maius, latum, versus interiora curuatur, & sede *fi.*6 A B.
    - *Externa*, vbi tactu supra laryngem deprehenditur, Gibbum, & Sinu superiori u, tertium & quartum, & Tubere in medio, primum & secundum illius musculos admittit.
    - *Interna* Cauum omnino, pro exortu duorum linguæ musculorum. *fi.*6. o.
  - *Processus* à basi educti, quibus vicinis ossibus nectitur,
    - *Humiliores* duo, longiusculi & latiusculi, exortum musculis præbent. *fi.*6 E F.
    - *Elatiores* duo, si *fi.*6 I K.
      - *Adsunt*, longissimi, & teretes ex ossiculis ternis quaternisve vtrinque iunctis compositi sunt. *fi.*6 L M N.
      - *Absunt*, tunc ipsorum vices ligamentum gerit teres, validum & oblongum, maximè in mulieribus.
- *Connexus* laxus, interueniente cartilagine, vt cedere in motu possit, licet & propriis musculis colligetur: Ita
  - *Aliis* ossibus nectitur, vt processu ipsius
    - *Superiori*, Temporum processibus styloidibus dictis, vel ligamento solo interdum, si isti absint.
    - *Inferiori*, Laryngis scutiformis cartilaginis processibus. *fi.*6 H H.
  - *Inuicem* iungunt processus ipsius & basis: cui processus
    - *Inferior* in medio latere vtrinque affigitur. *fi.*6 C.
    - *Superior* elatiori magis sede tanquam ex puncto adhæret.

MVSCVLus, Lacertus describitur

- *Generatim*, ipsius
  - *Vsu*
    - *Primarius*, vt motus volũtarij fit instrumentum, cum facultate illi à neruis communicata, dum in se contrahitur, breuiorq; fit, partem cui inseritur versus suam originem attrahit: Vnde motus partis fit vel
      - *Simplex* isq; vel secundum
        - *Lineam*
          - *Rectam*, cum in
            - *Longum*
              - *Flectens*: vt in artubus, vel inclinans: vt in capite. Atq; sic efficit vel
                - *Angulum* plus minusue acutum: vt in cubiti & genu flexuris, & alijs plerisque.
                - *Semicirculum*, exactius vel obscurius: vt in spina dorsi.
              - *Extendens*: vt in artub⁹, vel eleuans: vt in capite, sic efficit vel
                - *Lineam*
                  - *Rectam* ferè: vt in cubiti, tibiæ & digitorũ extẽsione.
                  - *Curuam* sæpe: vt in pede inferiore.
                - *Angulum* quoque nõnunquam, quando victa rectam lineam reflectit: vt in manu accedit.
            - *Latum* seu Transuersum: in latus Dextrũ vel Sinistrum ducens, vel ab iisdem abducens aliquousque tantum. Vix enim in angulum exactũ pars in latera mouetur: vt in manu.
            - *Profundum*
              - *Sursum* vellẽs & Deorsum trahens: vt in maxilla inferiore Cæterum non semper hi motus in qualibet parte sicuti autem alij oppositos habẽt, cũ sursum eleuantes, nõ semper habeant contrarium deorsum trahentem, & pondere suo sponte membrum sursum tractum sæpe subsideat: vt in scapulis & testibus accidit.
          - *Obliquum*, in Longum, Latum, vel Profundum quoque obliquè ducens: Vt radij motores, capitis septimus, & alij multi vnius lateris musculi. Et hi oppositum habent motum: vt obliquè ascendentes & descendentes abdominis musculi.
        - *Circulum*, in Gyrum: vt recti intest. & vesicæ sphincteres, & laryngis musculi: Quibus ad contrarium motum præstandum nulli opponuntur musculi.
      - *Duplex*, vt
        - *Rectus* & Obliquus, tum à
          - *Pari* aliquo musculorum frequenter: cuius si vnus musculus agat, obliquus fit motus, si ambo vtriusq; lateris, rectus motus perficit: vt in 7. capitis.
          - *Simplici* musculo nonnunquã, quando lati sunt, & varia habent principia, fibrarumque ductus, varios: vt in primo brachij & alijs.
        - *Obliquus* & Circularis, rarius, & non nisi per accidens: Veluti in radij motoribus, qui oblique trahunt radium, vnde & manus sic circumuertitur. Hi & oppositum motum præstantem habent musculum.
    - *Secundarius*, vt simul corporis molem constituat, formetq;, cum ad illius compositionem maiorem portionem conferat, ipsius quę elegantia in musculorum decenti magnitudine consistat. Et vt parti recumbenti cadentiq; molle fiat stragulum, quod duriores partes suffulciat (vt in clunibus videre est) & simul interna viscera muniat, foueatq;: vt in abdomine præcipuè accidit.
  - *Structura*, tum musculi
    - *Totius*, vel integri
      - *Substantia*, Vide SVBSTANTIA.
      - *Forma*, Vide FORMA.
    - *Partium* quibus constat, Vide PARTES.
  - *Situ* & connexu, Vide SITVS.
- *Particulatim* in singulis, Vide corpus MVSCVLORVM




- **SVBSTANtia musculorum non simplex est sed diuersa. Nam aliam**
  - *Constituit* pars
    - *Carnosa*, Caro dicta. Mollior ipsius pars, rubicunda, sanguine madens, quę
      - *Fibris* dicendis accrescit, musculosq; infarcit vel
        - *Omnino* nonnunquam: Veluti
          - *Quadratos* radij, & intercostales musculos.
          - *Orbicularem* ani sphincterem.
        - *Ex parte* plerunq.: Vti
          - *Frequentius* Medium, cum muris vel lacertæ formam capiunt.
          - *Nonnunquam* Principium vel Finem, si hæc crassa amplaque sint.
      - *Robur* accersit fibris, eas continens firmansq;, vt per motus minus periclitentur. Et eum maiorem molem musculi efficiat, calore suo fouet, meliusq; sic vasa ipsum accedentia recipit.
    - *Neruea*, Fibrę, Villæ. Durior, & fibrosior illius pars, quæ, carne abluta diligēter, alba apparet. Hæc
      - *Intexit* musculos, vel
        - *Ex parte* partem aliam cōferente carne. Sunt que vel
          - *Distantes*, carne infarctæ plus minusue, prout carnosus est musculus: & seruunt ductu vel
            - *Simplici*, cum vnam tantū functionem prestant: musculorum ductum vel
              - *Sequuta*, vt ferè semper fit: sicuti fibræ
                - *Recta* & Obliqua abdominis musculorum, à quibus & nomen acceperūt.
                - *Transuersa*: quę si in gyrum ferantur, orbiculares dicūtur, vti in sphinctere.
              - *Non sequuta*, vti rarius accidit, cum obliquæ fibrę in rectis aliàs incessu musculis inueniuntur: vt in dorsi quinto & thoracis longo musculo.
            - *Diuerso*
              - *Gemino* vel triplici: vt in primo humeri musculo Quæ fibrarum diuersitas, multis, vt plures musculos statuerent, occasionem præbuit.
              - *Confuso* omnino inuicem, permixtis fibris: vt in lingua, & labiis.
          - *Collecta* (sicuti filamenta contexta telam efficiunt) carneq; destitutę: vti accidit in musculi
            - *Fine* frequentius, præsertim cum in teudinem vel membranam desinunt.
            - *Principio* nonnunquam, quando acutum est & nerueum.
            - *Ventre* rarius: veluti in septo, & recto musculo abdominis.
        - *Omnino*, sed rarissimè: sicuti in œsophago accidere dicere possemus, qui omnino neruosus, parum rubens, fibris rectis constat, quibus in deglutione deorsum trahitur. Fortè idem in vesicæ ceruice accidit.
      - *Attrahendi* motus in musculo præcipuè obeunt, cum illis, tanquam filis & chordis robustioribus, partē versus suum principium trahat Nam quod ad nutritionem partis, trahendo, retinendo, & expellendo, aliquid opitulentur, iamdudum explosum est.
  - *Absoluit*, quę adnascuntur illi: veluti
    - *Membrana*: qua interdum plures musculi simul innexi copulantur. & singuli separatim priuata tunica inuestiuntur, & ab inuicem distinguūtur, substantiaque ipsorum melius coercetur. Licet & sensum tactus musculo præbeant.
    - *Vasa* ipsum pertreptantia, quibus musculi nutriuntur, viuunt & sentiūt. Nam
      - *Plerique* surculos admittunt
        - *Venarum*: nisi gracilimi sint musculi, qui à vicinis sanguinem hauriunt.
        - *Neruorum*: qui vel in capite, vel membranas dilatantur statim, vel vlterius progressi, musculum manifestè aliquousque peruadunt.
      - *Pauciores*, Arterias admittunt: cum spiritus facilè omnia peruadat.


FORMA describitur musculi

- *Totius*, tum
  - *Figura*, quæ à similitudine aliorum desumitur, quibus musculi comparantur: sic referunt
    - *Plerique* murem vel lacertam, vnde musculi & lacerti dicuntur: verius tamen exprimuntur
      - *Murem*, breuiores musculi: vt pollicis & minimi digiti, in lateribus manus & pedis siti.
      - *Lacertam*, longiores: vt cubiti primus in humero, & pedis sextus in tibia, aliique maiores in cubito musculi.
    - *Nonnulli*
      - *Animalia*: vt piscem latum raiam, septum: vel alium longum cauda lata, tibiæ nonus musculus.
      - *Aliud* quid,
        - *Plantam*: vt qui multos proferunt tendines, vel digitatim oriuntur aut inseruntur. vt thoracis & dorsi aliqui musculi.
        - *Anulos*, sphincteres: cuculum, scapulæ secundus musculus.
  - *Magnitudo*, quæ illius vsus & situs causa variat, proportione interim habita. Sic
    - *Magni* sunt, qui amplam sedem possidentes, magnis perficiuntur motibus: Vt qui
      - *Trunco* corporis instrati, longiores tum vel lati pro ratione situs existentes, mouent magnam molem: videlicet
        - *Multa* simul ossa: vt dorsi, thoracis & abdominis musculi.
        - *Artus* illis vicinos: vt brachij primus, & quartus, & femoris sextus.
      - *Artuum* occupant
        - *Fulcra*, quia integros mouent artus, crassissimi & lati ferè: vt qui cubitos efficiunt, & scapulas opplent.
        - *Longa* ossa, qui & longi ferè. Ex his semper maiores, qui maiorem ipsorum partem trahunt: vt qui in femore & tibia, post hos in tibia & cubito: è quibus quintus femoris omnium maximus.
    - *Parui* sunt, qui paruos motus præstant, vel aliis opitulantur: Valutum
      - *Trunco* corporis, qui
        - *Parti* alicui paruæ destinati sunt: Vt ossis hyoidis, laryngis, penis, testium, musculi.
        - *Adiuuant* aliorum motus mutuò: vti intercostales.
      - *Artubus*, qui
        - *Fulcra* vel longa ossa occupantes, iuuant tantum motum aliquem, non soli trahunt: vt multi in profundo ferè latentes, longi & graciles, vel breues.
        - *Manus* occupant, graciles, ad latera tantum dirigunt digitos.
- *Partis*, vt ipsius
  - *Circumferentiæ*, vnde alij
    - *Rotundi*: vt sphincteres.
    - *Anguli*s constât: vt qui sunt
      - *Longi*, Duos habent angulos: veluti multi.
      - *Lati* &
        - *Aequales* toto ductu, Quadrangulares existunt: Vt scapulæ & radij pronatores.
        - *Inæquales*.
          - *Lati* in principio, sensimque angustati, Triangulares fiunt: vt brachij primus & scapulæ cuculus.
          - *Varij* in principio vel insertione, Pentangulares, vel Plurangulares existunt: Vt multi thoraci incumbentes musculi.
  - *Superficiei*, quæ
    - *Distincta* est fibris, & vasis musculos adeuntibus pertusa: nonnunquam quoq. manifestis Foraminibus perforata, quibus deducit vel
      - *Sursum*: vt vasa, in iugulo thoracis primum, & seminaria, abdominis musculum permeantia.
      - *Deorsum*: vt stomachum, qui septum peruadit.
    - *Colore*
      - *Rubent*: vbi carne abundât, musculi. Aliquando tamen nõ exactè, sed liuent potius, cum
        - *Membrana* crassa teguntur, quod in maiori fit: vt pedis quarto in sura, femoris tertio, tibiæ septimo & octano, musculis.
        - *Tendinem* educunt priusquam caro desinit. Tunc cum rubore candent: Vt in
          - *Medio* in aliquibus: in tibia & cubito.
          - *Insertione*: in brachij musculo secundo.
      - *Albicat*, vbi carne destituuntur: vt ferè in principiis, & fine, rarius in ventre, vt dictum est.

PARTES





- PARTES musculi, licet diuersæ in aliquib9 sint, nó tamē propria circúscriptio - ne inuicem se iungũtur: Vt sunt musculi
  - *Corpus*, carne & fibris constás: quod Venter illius dicitur. Qui variat
    - *Situ*, nam constituit vel
      - *Totum* musculum, si capite & cauda destituat: quamuis interea ortu& insertioné nunquam careat: Vt in intercostalibus musculis, & radij pronatore.
      - *Partem* ipsius,
        - *Plerunque* inter caput & caudam mediam, &
          - *Capiti* vel subitò vel mox succedens, plus minusue ab eo distat.
          - *Caudam* profert, breuem longamue.
        - *Aliquando*
          - *Exortum*, si musculus capite destituetur: vt ab ilium osse progressus musculus.
          - *Finem*, si cauda careat musculus: vt in septo accidit.
    - *Numero*. Nam licet simplex & vnus ferè sit, inuenitur tamen etiam in longis musculis, vt robustiores essent, venter in ventres
      - *Duos* diuisus: sicuti maxillæ inferioris quartus, & ossis hyoidis quartus, musculi.
      - *Plures* disterminetus: velut in recto abdominis musculo videre est.
  - *Extrema*, ab illius corpore in principio & fine differentiæ. Veluti
    - *Caput* in altero extremorum (si septum qđ solum in medio caput habet demas) positū. Hoc
      - *Conformatione* in
        - *Substantia* est
          - *Carneum* interdum, à ventre tamen, eò quod non tam crassum sit, distinctum.
          - *Nerueum* plerumq. antequam carneus euadat musculus: quod illi ferè roboris causa, & vt cedere subiectis musculis, euenit, idque ductu nunc
            - *Breui*: in musculis in sura & cubito.
            - *Longo*. in tibiæ quinto & brachialis quarto, musculis.
        - *Figura*, nunc latum, nunc rotundum, nunc acutum: vicinis se accommodans musculorum initiis, vel insertionibus.
      - *Numero*, ab vno musculo prodit vel
        - *Vnum*, vnius substantiæ, vel diuersæ: cum quædam capite, ex parte neruea, ex parte carnea esse videantur: sicuti pedis digitorum primus musculus à calce prodit.
        - *Geminum*, distinctum, diuersęque substantiæ: vt cubiti primi musculi initium. Ab aliis quoque plura principia prodire videntur.
    - *Cauda*, Tendo. Aponeurosis, Eneruatio. Ab extremo ferè musculi, raro us à ventre (sicuti in musculo pedis septimo tantum accidit) procedens. Hic tendo
      - *Conformatione* ex fibris musculi inuicem collectis enascitur, nunc
        - *Nerueus*, solidior, durior, dicitur q. Chorda. Quæ
          - *Longitudinem* eam habet, quam spatium, inter partem cui inseri debuit, & musculum intercedens, requirebat. Communiter tamen breuiorem habet tendinem, qui breuiori ductu, longiorem qui longiori fertur, pro motus ratione.
          - *Teres* plerumque, vel latescens non nihil existit. Estque vel
            - *Gracilis*: vbi leuior motus perfici debuit.
            - *Crassior*: vbi validior fit attractio.
        - *Membraneus*, fibrosus, validissimus. Aponeurosin vocant, & Neruosam tenuitatem. Hæc
          - *Lata* admodum est in magnis musculis: vt in abdominis & tibiæ serro femur occupante. Angustior verò in paruis oculorum musculis.
          - *Crassa* plus minusue, prout robusta esse debuit.
      - *Numero* variet, nam
        - *Vnus* musculus emittit interdum
          - *Vnum* tédinem, qui nunc
            - *Simplex* ad insertionem vsque manet: sicuti plerique.
            - *Diuiditur* in plures: vt digitorum, & manus bicotuis, tendines.
          - *Plures* tendines: singulos ex priuatis ventris ipsius carnosis ꝓpaginibus educens: vt in digitorum musculis.
        - *Plures* musculi vnum nonnunquam producũt tendinem: vt pedis in calcem insertu, & tibiæ in patellam, cubitique musculorum tendines.


SITVS & Connexus notantur
Totius musculi, in ipsorum
Ductu, quo feruntur, vel
Rectà, secundum membri
Longitudinem: atq; vel
Sursum: vt abdominis recti, & laryngis aliqui musculi.
Deorsum maximè: Io artubus.
Latitudinem, nempe Transuersim ad latos Dextrum vel Sinistrum: vt abdominis trasuersi & radij pronatores.
Obliqué Sursum vel Deorsū: Sic abdominis & alij pleriq; ducunt in trūco corporis musculi.
Orbiculatim: sicuti sphincter & palpebrarum musculi, foraminum, quę ambiunt, occasione.
Situ, qui variat ratione
Loci. Sunt enim vel in corporis
Superficie sub cute: qui mouent partes tum
Elatiores cuti adhærescentes: Vti cutanei faciei musculi.
Remotiores: Sic in cubito musculi qui manum & digitos mouent, elatiores, cæteris insternuntur.
Abditi, qui partes viciniores (quibus & proximè affiguntur) mouent. Sic in cubito, qui radium mouent, in pede poplitis musculi, profundissimi sunt.
Partium quibus accumbunt. Sic occupant musculi, partes
Plerumque non quas mouent, cum insertionibus tantùm eò pertingant, sed vel
Vicinas: Sic musculi manum mouentes sunt in cubito, cubitum mouentes in humero, eademq; ratione in pede. Ita enim conueniebat, vt quod moueri debebat, alteri parti ad quam trahere debuit, insisteret.
Remotiores: vt digitorum manus & pedum musculi in cubito & pede præcipuè locantur, cum in vicinis partibus locum non haberent.
Aliquando eas quas mouent, magna sui corporis parte, cum in vicinia locus decsset accommodus: principio tamen nūquam, sed tantum aliqua parte sui ventris. Ita humeri secundus delthoides, & femoris quintus magnus, musculi, magnam & humeri & femoris partem integunt.
Partium ipsius, Principij nimirum, Medij & Finis. Nam
Adnascitur
Semper ipsorū
Principio, siue Exoriuntur à partibus quibus tanquam fundamentis stabiliuntur (septo excepto) Vel
Frequentius ab Osse vel Cartilagine, siue vno vel pluribus: vt cum firmiora hæc sint, melius ad illa stabiliantur.
Aliquando à
Ligamentis ossium interstitia occupantibus: vt in cubito & tibia.
Membranis inuoluentibus vicinos
Neruos vel Musculos.
Tendines: vt à mucosis in manu tendinibus parui musculi prodeunt.
Fine, siue Inferuntur partibus quas trahere debent: Vel
Frequentius in Os vel Cartilaginem; vnum vel plura.
Aliquando in Cutem; vt frontis, vel Membranas: vt oculi adnatam.
Aliquando Ventre ipsorum partibus quibus incumbunt, siue Ossibus siue Membranis, à quibus sui exortus robur assumunt.
Non adnascuntur Reliquo toto ductu partibus quibus adiacent, sicuti frequentius accidit (nisi quatenus sesamoidea officula illis nonnunquam adhærent) idque vt liberius musculi moueri & in se contrahi possent: fibrosis tantùm nexibus inuicem incumbentes, vel vicinis partibus adhærentes. Ita & septi caput in medio liberum citra adhæsum existit.

MVSCV.

MVSCVLOSVM corpus 440. absolutis ferè musculis constat, quàm copiam, vt variè illius partes variis motibus agerentur, exigebat. Licet & pauciores his, si duo pluresve musculi certo in loco simul iuncti pro vno sumantur, aut plures etiam, si vnus musculus in partes aliquas diuisus pro pluribus supputaretur, statui possint: de quibus præcipua inter Anatomicos nata est contentio. Hi musculi eo ordine qui in sectione ferè aggrediuntur, pro ratione situs primum diuiduntur, & postea pro ratione vsus subdiuiduntur & disponuntur. Ita alij occupant corporis






CVTANEAS Capitis partes mouentes musculi sunt, qui mouent cutem cum innatis illi partib⁹ cartilagineis & fungosis. Foraminū in facie max. positorū causa: vt ob certum vsum occludi & rursum referari possint. Qd' præstant vel

- *Tātum*: vt qui
  - *Oculorū* cauitatem detegunt, & rursū tegunt, dum.
    - *Cutem* Capitis, supra oculos positam vna cum superciliis sursum trahunt: tunc commodius sursum palpebræ eleuantur, & quasi trahunt. Fit hoc à musculorum pari vno, vel duobus in quibusdam. Hi
      - *Situ* proximè subnascuntur cuti
        - *Frontis*, semper PRIMVM par: quod à superiori ipsius sede deorsum fibris rectis in cutem supra oculos & nasum pertinet. Ta.16, A.
        - *Capillosæ* aliquando tantum, SECVNDVM par, paruum & breue, quod in occipitio situm
          - *Ducitur* à transuersa ipsius linea rectà sursum, distinctè vtrinq;. Tab. 22. ab F. *sursum*.
          - *Desinit* in chordā tenuissimam, quæ totum caput peruadens, frontis musculis & aurium, si adsint, copulatur.
      - *Vsu*: Cutē capitis trahūt sursum, vt frōtis par, cuius actionem nonnunquam aliud par iuuat, retrorsum trahendo cutem, idque vt dictum oculorum causa.
    - *Palpebras* mouent, duo, Ex his
      - *Situ* alter
        - *Exterior* substratus cuti, totam palpebram occupat: PRIMVS, latus & semirotundus, inter cutem & membranam succingentem ipsam positus, & ab interno oculi angulo tarso insertus. T.16. G K. Ta.29. *fi.* 6, A.
        - *Interior*, latet in oculi cauitate: SECVNDVS, longior, & tenuis, qui Ta.29. *fi.*6, a. & *fi.*5. a b.
          - *Ducitur* in altissima oculi sede rectà anteriorsum, supra visorij nerui foramen prodiens.
          - *Desinit* in membranam: quæ coniuncta cū succingente membrana in cartilaginem palpebrarum inseritur.
      - *Vsu*,
        - *Claudit* seu colligit vtramque palpebram (nam & inferior sursum non nihil cum oculum claudimus ducitur) Primus.
        - *Aperit* seu eleuat superiorem (quæ sola verè eleuatur cum oculum aperimus) inferiore spontè in suum locum subsidente, Secundus.
  - *Nares* occludūt & referāt, quorum
    - *Situs* in parte oasi
      - *Interna* PRIMVS, sextus cutaneus Vesal. tenuissimus, sub tunica succingente nares reconditus. Dubitat Fallop. Negat Columbus. Ta.17, *sub* a.
      - *Externa*
        - SECVNDVS, octauus Fallop. à pinna narium sursum ferè ad summū dorsi nasi ascendens. Vesal. frontis musculum eo pertingere putat. Ta.17. *iuxta* K.
        - TERTIVS, quintus Vesal. à malarum osse iuxta labiorum musculum tertiū, & canali osseo circa nares, partim in nasi alas, partim superius labrum desinit. *Ta.*16 T.
    - *Vsus* est, quod nares nonnihil
      - *Occludunt* dum narium
        - *Pinnam* deprimunt, numero Secundus, Falop. octauus.
        - *Alas* introducunt & colligunt: Primus, Vesal. sextus.
        - Horū actiones frontis & labrorum musculi nonnihil quoque iuuant.
      - *Referant*: nasi alam extrorsum sursumq; trahēdo, vnà cum labro: Tertius.
- *Non* tantùm, Vide NON TANTVM.

NON




NON TANtùm cutem dictam foraminum causa colligunt laxantque, sed & in varias figuras mouent musculi cutanei: mouentes

- *Oris* labra & buccas. Suntq; sex paria. Exceptis illis, qui dū maxillam inferiorē mouent, labra buccasque per consequens simul trahunt. Hi
  - *Situ*
    - *Ampli* duo, sub cute expandūt, per regionem faciei
      - *Totam* sub ore inferiorem, PRIMVS, Platisma miodes: à summitate pectoris & ceruicis per collum & mentum expansus, & in labrum inferius & buccam insertus. TA.16, à K L N. per F ad M.
      - *Laterali* seu buccas, SECVNDVS, orbicularis quasi: sub succingente oris tunica maxillæ vtrinque ad gingiuarum radices adhærens. TA.17, M.& 18 S.
    - *Angusti* ores sūt vtrinq, in oris
      - *Parte*
        - *Superiori*
          - TERTIVS Vesal. ad latera nasi accurrens. Qui à malæ offe obliquè in labrum sui lateris inseritur. TA.16, D.
          - QVARTVS, 7. Fallop. Gracilis, multaq; inuolutus pinguedine: à cauitate quæ malis subijcitur prodiens, in frenum vbi labra conueniunt inseritur. TA.16. sub H.
        - *Inferiori* QVINTVS, quartus Ves. in mento. Ab humiliori maxillæ inferioris sede in lateribus sursum obliquè in medium sui lateris labrum inferius insertus. TA.17, R.
      - *Circuitu*, CARO ipsa labiorum: quæ in duos musculos à Fallop. quoque distinguitur. TA.18, G.
  - *Vsu* mouent
    - *Simul* Labra oris, & buccas simul, tum
      - *Omnibus* modis: Secundus.
      - *Deorsum*, rectà vel obliquè, cum latus sit musculus: Primus.
    - *Separatim* Labra oīūm, licet per accidens buccæ sequuntur. Hi labrū vel
      - *Priuatim* trahunt
        - *Superius*, sursum: Tertius.
        - *Inferius*, deorsum. Quintus.
      - *Vtrumq;*
        - *Sursum*: Quartus.
        - *Colligunt* in sese & corrugant, in paruo ore formando: Caro labiorum.
      - (Quartus, Tertius, Quintus:) *Rectà*, si vterusq; lateris agant musculi: obliquè ad latera, si alterutes.
- *Aures* in quibusdam hominibus leuiter admodū, nūquam adeò vt vel parum claudant. Harum no taf
  - *Situ*. Mouentur musculis vel
    - *Communibus* iam enarratis latis, sub cute capitis expansis, si ad aures vsque insertione pertingant: vt musculo
      - *Superiore*, qui frontis & capillis circumscriptæ cuti subnatus est. TA. 16. A.
      - *Inferiore*, cuti faciei inferiori sub labiis substrato. TA.16, F.
    - *Priuatis* duobus à Fallop. obseruatis, ad auris superiora sitis, quorum
      - *Anterior* tenuis, à fine frontis musculi in auriculam desinit. TA.16. iuxta a.
      - *Posterior*, ab occipitio supra mamillarem processum transuersim descendens, posteriori auriculę parti, tribus quasi digitis inseritur. TA.16. iuxta O.
  - *Vsu*. Aures mouent nonnihil, vel
    - *Sursum*: Communis superior & priuati duo,
    - *Deorsum*: Communis inferior,
    - (both:) in hoc illúdva latus.

OCVLVM mouent musculi VII. in posteriori oculi sede foris non conspicua capacitatem circa oculum formantes, quam adeps continet. Hi

Ta.19, fi.4, C D E F G.

- *Conformatione* parui, longiusculi, carnei in exortu & ductu, atque inde in membranam tenuem quæ quidem ambit desinunt. Ex his
  - *Recti* quatuor Crassiores, consimiles, quatuor oculi latera occupantes, turbinatam simul commissi constituentes figuram. fi.5, H I K L
    - *Oriuntur* inuicem coniuncti, à membrana oculi orbitam succingente, & membrana neruum opticum inuestiente, atque inde disiuncti, per quatuor oculi latera versus anteriora ducuntur.
    - *Desinunt* in membranam in media oculi sede, quæ anteriorsum delata, in circuitu tunicis oculi pertinacissimè adnascitur.
  - *Obliqui* Duo Graciliores, maiori parte in angulis oculorum ossibus attensi, latent, à quibus & prodeunt: alter latere fi.5, M N.
    - *Interno*, Superiori sede secundum os frontis, versus interiora repens oculi, transuerso ligamento duro ab osse progresso continetur, & reflectitur sub tendine musculi recti superioris. Hic
      - *Oritur* iuxta latus foraminis nerui visorij in cono oculi orbitæ, iuxta musculum superiorem.
      - *Desinit* in membranam post reflexum, & superiori sede exterioris lateris oculi, obliquè satis, & versus anteriora inseritur.
    - *Externo*, Inferiori sede, vndique ferè ossi attensus sub musculo recto inferiori, ad externum latus vsque oculi. Qui
      - *Oritur* ad foramen insigne interioris anguli, in narium amplitudinem spectante.
      - *Inseritur* membraneo tendine obliquè externo oculi lateri, & altè versus anteriora, vt alterius musculi obliqui latus veluti attingat.
- *Vsum* habent
  - *Primarium*, vt Oculi dirigant pupillam ad rem quam cernere volumus, cum visio ad pupillæ rectitudinem tantùm fiat, ne sit necesse ad omnes motus visionis caput simul mouere. Sic mouetur in
    - *Rectum*, Sursum, deorsum, introrsum, extrorsum, quatuor illic sitis musculis: è quibus si duo vtriusque lateris simul agant, obliquus quoq; fit motus.
    - *Gyrum*, ad angulum internum, vel externum, duobus musculis illic positis.
  - *Secundarium*: præter quàm quod Neruum visorium cum adnata adipe muniunt, Oculum sua sede ne prolabatur continent, tum quando agunt, attrahendo, vel etiam quiescunt, ob adnexum. Hoc septimus musculus in brutis superadditus, cum prona incedant, pulchrè priuatum molitur.




MAXILLAM inferiorem mouentium musculorum parte sinistri vel v. quorum notatur

- *Situs*: quo faciei partem occupant
  - *Latiorem* in temporibus: PRIMVS, temporalis dictus, sub cute masticantibus motu conspicuus, Amplissimus & lividus est, & Ta.15 A & 16, 18 a. & 17 r.
    - *Prodit* circulatim in circuitu totius squamæformis suturę: Ta.17. A B C. à variis illius loci capitis ossibus, atque engustatus, ad maxillam in cavitate temporum, sub osse iugali (vbi iurus latitat & ossis iugalis superiori parte nonnihil ednascitur) descendit. Ta.17, sub D C.
    - *Fiat* in Tendinem: qui statim velidissimè processui ecuro maxillæ inferioris ednascitur. Ta.19 β.
  - *Humiliorem*, in regione maxillæ inferioris,
    - *Ampli* duo sibi similes, Posteriori mexillæ inferioris sedi adnati, alter
      - *Externa*, SECVNDVS, Masseter, Mansorius ab vsu dict⁹, qui sub osse iugali tangitur. atque Ta.17 A & 18 D.
        - *Oritur* Nerueus eb ossis iugalis inferiori & interiori sede, vbi temporali adnascitur, & maxillæ superioris ossi primo in mala. Tab.16. H I. & 17 L D.
        - *Inseritur* partim Carneus partim Nerueus, latusque, in maxillæ inferioris amplitudinem posteriorem, externa sede: maximè vero in asperitatem inferiora ipsius sedis extuberentem. Ta.17. G.
      - *Interna*, TERTIVS in ore delitescēs, Qui Ta.19. D.
        - *Educitur* Neruosus ex cavitate processuum aliformium, atque crassescit statim.
        - *Inseritur* Nerueus & latus in maxillæ inferioris sedem posteriorem internem: vbi sinus illic insculptus, illi, ne fauces nimirum occupet, cedit.
    - *Angustiores* duo. alter
      - *Longus*, QVARTVS: Humiliori sedi mexillæ superioris toro ductu adiacens. Duobus ventribus constans: cum in medio vbi ad ossis acutiem curuatur, neruosus in medio fiet. Hic Ta.18 H I.
        - *Oritur* à processu styloide.
        - *Inseritur* iuxta mentum: vbi embo vtriusq, lateris musculi conueniunt, in asperitatem illic insertioni huic petatam.
      - *Breuis*, QVINTVS Fal. In cavitate ossis temporum humiliori sede, sub temporali musculo situs. Cuius etiam partem duntaxat esse putat Vesalius. Hic
        - *Prodit* à latere externo aliformium processuum, & apice elatiori illic cuneiformis ossis, & obliquè retrorsum ducitur.
        - *Inseritur* in vicinem maxillæ inferioris ceruicem, capitisq, illius internam sedem. Tab 19 iuxta β.
- *Functio*. Mouent illam dentium ferè causa, ad masticationem, apprehensionem, defensionem, locutionem. Fitque motus
  - *Manifestior*, ad mordēdum, in oris apertione vel occlusione: Vt
    - *Surfum*, cum eam melis estringimus, velidissimus ipsius fit motus: à velido Temporali musculo, vel Rectà sursum si vtriusque lateris musculus, vel Obliquè si alteruter trahant. Vesalius omnes tres id præstare putet musculos.
    - *Deorsum*, cum maxillam laxemus: quæ cum sponte sua grauitate facilè delabetur, minus velidus hic motus, musculo fit graciliori Quarto: idque Rectà quoque vel Obliquè.
  - *Obscurior* ad mandēdum, loquendum, aliaq. præstanda, labiis interea vel apertis vel clausis etiā: vt cum educitur ad
    - *Latera* Massetere, vnde nomen à mandendo habuit: quem Vesalius sursum maxillā vult ducere, id quod secundario tentum fieri existimet Fellopius.
    - *Sedem*
      - *Anteriorem*, Quinto Fall. Vesalius primi & secūdi musculi anterioribus partibus id fieri eutumat.
      - *Posteriorem* Tertio. Secūdum verò Vesalium primi & secundi partibus posterioribus.

HYOIDES os mouent musculi non omnes qui illi commissi sunt. E quibus alij dicuntur illi

- *Proprij*, qui illi tantū subseruiunt, atque inseruntur, aliunde exorti. Horū iii. paria Vesalius ponit, duo alia addit Fallopius. Quorum notatur
  - *Situs*
    - *Extrinsecus* sub cute occurrunt, in ossis sede
      - *Humiliori*, PRIMVM: asperæ arteriæ & scutiformi laryngis cartilagini sede anteriori exporrectum. Hoc
        - *Longum*, & latiusculum toto ductu, carneumque.
        - *Exoritur* à pectoris ossis sede elatiori, interiori tamen magis, & rectà sursum musculis mutuò attentis, delatum, inseritur in anteriorem ossis hyoidis sedem: totam medianı ipsius ossis amplitudinem apprehendens. TA.14 C & 15 N & 17 S T.
      - *Elatiori* sub mēto par
        - SECVNDVM sub quarto maxillæ inferioris pari cuti subiectū. Huc
          - *Amplum*, cutaneum Fal. Vesalius interiori sede carneum esse dicit: quam illius partem, Fallopius Quintum par facit.
          - *Oritur* à maxilla inferiori, & descendens, inseritur in anteriorem quoque ossis hyoidis mediam sedem, iuxta primum, eadem latitudine. TA.14 β & 15 K & 17 R.
        - TERTIVM: toto ductu quarto maxillæ inferioris pari exterius attensum, quod TA.14 D 15 H.
          - *Longum*, gracile & teres, aliquando quarto musculo maxillæ inferioris perforatum. Fall.
          - *Oritur* à radicibus processuum styloidū, supra quarti maxillæ inferioris musculi exortum, atque iuxta latera insertionis reliquorum musculorum amplitudinis ossis hyoidis inseritur. TA.17 Q.
    - *Intrinsecus* sub musculis latent, sede
      - *Humiliori* QVARTVM sub musculo scap. tertio & capitis septimo occultatum. Quod
        - *Longum* admodum & gracile, vtrinq; carneum, in medio admodum tendinis modo extenuatum, cedens septimo capitis musculo, qui illi hic insternitur, ipsius impetum melius sic sustinens. TA.17 V V & 18 u s.
        - *Oritur* ex Scapulæ elatiori sede iuxta ipsius ceruicem, sursumque obliquè delatum, ossi hyoidi iuxta tertium par inseritur.
      - *Elatiori* sub mento, Fallopij duo paria, scilicet
        - QVINTVM, sub secūdo positum, cum quo & inseritur: Cuius partem esse interdū Vesalius autumat. Reliqui inter partes primi musculi mouentis linguam Fall. collocant. TA.17 sub R.
        - SEXTVM ibidem, nonnihil cum primo pari linguæ Fallopij mixtum, in latera ossis hyoidis insertum. Vesalius primum hoc linguæ par facit. TA.18 M & TA.19 ß. C D O.
  - *Functio*. Hi os hyoides, quod nō tam stabili vt reliqua ossa firmatur basi, sua sede continent, ne hinc inde præter quam necessum erat turbatum, infirmum esset fundamentum linguæ & laryngis. Itaq. ex oppositis his musculis in medio retentum, sicuti obseruaui, sistitur, & in motu linguæ nihilominus subsequi potest. Retrahitur autem
    - *Deorsum* pari
      - *Primo*, Rectà: quod & simul asperam arteriam, cui attenditur, munit.
      - QVARTO vel SECVNDO (Sursum pari)
        - *Rectà*, vtrisq; vnius paris musculis laborantibus.
        - *Obliquè*, alternatim vnius paris musculis laborantibus.
    - *Sursum* pari
      - SECVNDO (see above)
      - *Quinto* & Sexto Fallopij, Rectà.
    - *Ad latera* pari Tertio, Sursum etiam nonnihil.
- *Improprij*, qui alijs potius, quam ossi hyoidi inseruiūt, licet
  - *Oriantur* ab illo, aliis tamen organis inseruntur, & famulantur vt
    - *Linguæ* Secundum par
    - *Laringis* paria, hinc exorta.
  - *Inserantur* illi, tamen non penitus, sed fibris dūtaxat aliquibus: sicuti linguæ primum par, quod præcipuè tamen linguæ implantatur & subseruit.

LARYN-



LARYNgis cartilagines mouentium musculorum oota- tot Ta.19.fi. à 1 ad 14.


- *Situs* & Consortmatio. Omnes autem qui ipsi famulātur, ab ipsos cartilaginibus vel
  - *Oriuntur*, & Proprij illi dicuntur. Qui duas ipsius cartilagines simul iungunt et committunt. Suntque par ui admodum musculi et carnei, laryngi tantum addicti. E quibus a iniungunt cartilaginem laryngis
    - *Primam* secundæ:
      - *Primum* par. Quod in anteriori laryngis sede inferiori vtrinq. in lateribus habet. Hnc fi.1,4 x.
        - *Exoritur* à secundæ cartilaginis sede, priore laryngis spectante, & primæ subiectæ, obliqueque in priora procedit.
        - *Inseritur* primæ cartilaginis humiliori sedi.
      - *Secundum* par. Quod Vesalius sub primo pari latitare existimabat, sed Fallopius eū deceptum fibris quinti paris, sub primo occurentis, fuisse existimat, fi.5,0. Illius loco, Vesalius se altum a spina primæ cartilaginis obliquè ductum comperisse affirmat. fi.5 α β.
    - *Secundā tertiæ:*
      - *Tertium* par. Quod in posteriori secundæ cartilaginis sese locatur, quę ideit eo illic exsculptor. Hoc fi.6,8 r.
        - *Exascitur* ab infimā secundæ cartilaginis parte, & sursum, recta parum, procedit.
        - *Implantatur* tertiæ cartilaginis radici, quę secundæ coarticulatur.
      - *Quartum* par, tertio contiguum. Quod fi.8,9 x.
        - *Oritur* ex secundæ cartilaginis sede, quæ primæ cartilaginis internam sedem respicit, ipsiusq. inferiorem processum admittit, sursumque obliquè protenditur.
        - *Inseritur* tertiæ cartilaginis radici, totam eam illic, vbi à secundo musculo non amplexatur, occupans.
    - *Tertiam*
      - *Prima* Quintum par, carneum & latum, inscriptionibus quibusdam in principio, ac si triplex et seronrarum Quod fi.8,9 a b.
        - *Oritur* ex media primæ cartilaginis sede, contiguis principiis, secundum totam ipsius internæ sedis longitudinem, & obliquè sursum ascendit.
        - *Implantatur* tertiæ cartilaginis dextræ partis anteriori sedi.
      - *Cum* suo pari (nam duabus constat cartilaginibus tertia) Sextum par Vesalij. Fallopius vnum musculum duntaxat existimat. Hic in basi vtriusque cartilaginis consistit, ea regione, qua stomachus larinx committitur, tertiaque cartilago secundæ articulatur. Piriformis est, & fi.6,8,9 v.
        - *Principium* sumit ex radice tertiæ cartilaginis, quā hęc primę proxima est, & secundum basim ipsius modicè sursum protenditur.
        - *Finit* ad tertiæ cartilaginis medium, se mutuò inibi contingens.
  - *Non oriuntur*, sed aliunde: qui Communes musculi illi dicuntur. Horū parium
    - *Tria* omnibus in cōfesso sunt. Quorum occurrunt in laryngis sede.
      - *Anteriori*
        - *Primum* par, quod latum & carneum in eo ductu. Cuius ambo musculi fi.12 r. & Ta.18 o.
          - *Oriuntur* inuicem contigui, ex tota propemodum inferiori ossis hyoidis sede, hinc deorsum prorensi, inuicem abscedunt.
          - *Inseruntur*, singuli in sui lateris inferiorem primæ cartilaginis sedem, per anteriorem ipsius cartilaginis sedem descendentes, & fibrosis oexibus hæreotes.
        - *Secundum* par, carneum, ex acuto principio sensim ad insertionem latescens, fi.1,2 G & Ta.18 r.
          - *Oritur* ab interiori regione ossis pectoris, in iugulo, & sursum vtrinq. secundum asperę arterię sedem protēditur.
          - *Inseritur* primę cartilaginis inferiori regioni, ad primi paris insertionem.
      - *Posteriori* Tertium par, stomachum transuersim amplectitur, impensè amplum & carneum. Vnum tantum vult esse musculum hunc Columbus. fi.2,3,5 l.
        - *Oritur* & stomachi postica parte, ceruicis vertebras respiciente, secundum stomachi longitudinem, vtriusque ipsius musculorum vnico quasi principio, inde trāsuersim versus priora protenditur. Forte à ligamentis potius illius loci pronascitur.
        - *Implantatur* lateribus primæ cartilaginis, secundum ipsorum laterum longitudinem.
    - *Quartum* addit Vesal: Fal. in tumidos duntaxat esse dicit. Contrà Vesal. iu potent etiam asserit iouenes. fi.2,3,4,x. Hoc teres
      - *Oritur* ex media interiori ossis hyoidis sede.
      - *Inseritur* radici laringis operculi.
- *Functio*. Vide FVNCTIO.

FVNCTIO musculorũ Laryngis est, ipsius cartilagines motu voluntario agere: vt dum aptè clauditur & aperitur, pars ipsius superior (quæ duntaxat propriè mouetur, inferiori parte immobili) Rimula ipsius (quę vocis est instrumentum) vel arctatetur, in voce acuta, vel reseraretur, in voce graui edenda. Hos motus musculi ipsius aliqui agunt

- *Manifestius*. Communes dicti: qui cum aliunde oriantur & in laryngem inserantur, ipsum loco mouent, valdeque ipsius rimulam, aut
  - *Arctãt*, dum trahunt vel
    - *Sursum*: Primum par communiũ, quod sursum trahens primã cartilaginẽ, rimulã arctat. Quod ad acutã vocẽ edendã, & ne in deglutione cibus in asperam arteriam illaberetur, necesse fuit: licet & ob communem tunicam laryngis & stomachi, larynx sursum in deglutione trahatur & claudatur.
    - *Retrorsum*: Tertium par communium, tertiam cartilaginem cò traheos & stomachum amplectens, deglutioni opitulatur, cibum deorsum comprimendo, magna naturæ industria cibum deorsum propellens, & simul rimulam claudens, ne in ipsum quippiam de cibo incideret.
  - *Relaxant*, dum trahunt, vel
    - *Deorsum*: Secundum par communium, validè deorsum in graui voce laryngem traheos.
    - *Antrorsum*: Quartum par Vesalij, quod in bobus duntaxat & ruminantibus est, ipsorumq; epiglottida valide reflectit, cum ruminent & voces magnas edant. Quid si in hominibus qui facile vomunt quoque inueniretur?
- *Obscurius*, Proprij dicti: qui à laryngis cartilaginibus exorti, in ipsius cartilagines rursum inseruntur, nec manifestè laryngem è loco trahunt, vnde neque vehementius, neque obscurè lingulam
  - *Arctant* in expirationib⁹: Veluti par propriorum
    - *Primum*, sub quo & secundum Vesal: comprehenditur. primã cartilaginem secundæ adducens.
    - *Quintum*: Tertiam cartilaginem primæ adducens, vnde duæ tertiæ cartilaginis partes inuicem adducuntur.
  - *Aperiunt* in inspirationibus: vt propriorum par
    - *Tertium*. / *Quartũ*. — Tertiam cartilaginem ad exteriora laryngis retrorsum euertentia.
    - *Sextum*: tertiæ cartilaginis partes extrorsum ac veluti in latera, posterioraque trahens.

FAVCIVM musculi in ore, inter palati & oriũ amplitudinis tunicã locati (quos Fallopius describit. Vesali⁹ nõ negat) Sunt IIII. Deglutioni inseruientes, quod & ad loquelam necesse erat. Ex his fauces

- *Dilatant* paria duo, quę & prohibent quo minus cibus humidus in vomitu ad nares feratur: vt par
  - PRIMVM gracile,
    - *Oritur* Neruosum ab apice ossis cuneiformis, iuxta articulum maxillæ inferioris cum osse temporum, & descendit per cauitatem pterigoidis internæ alæ, ipsius lateri attensum
    - *Desinit* in Tendinem teouem, qui transit per rimam in extrema pterigoidis processus sede exsculpta, & reflexus inseritur in cutaneam palati partem, à qua gargulio dependet.
  - SECVNDVM Latum,
    - *Oritur* Neruosum iuxta primum, atque deorsum declinat.
    - *Inseritur* ad faucium latera, vbi amigdalæ habentur: totam faucium lateralem ac posteriorem sedem amplectens.
- *Constringunt* paria duo, gutturque attollunt in deglutione ciborum. Quorum alterum faucibus
  - *Peculiare*: TERTIVM, tenue, fauciũ posteriorem ac lateralẽ cauitatem inuestiens. Quod
    - *Principio* suo prodit ab ea parte, qua basis capitis ceruici iungitur.
    - *Inseritur* in descensu in hyoidis ossis latera & in primam cartil. laringis & aliquando obscurè in linguæ radicem.
  - *Commune* cum lingua, QVARTVM par linguæ Fallopij. Vide Musculos linguæ.



- **LINGVAM,** mouentiũ musculorum (excepta illius musculosa substantia triplici fibrarum genere conrexta. *fi.* III AA) Sunt paria IIII. Quorũ notat *Ta.*29.*fi.*1,II.
  - *Structura.* nam musculi in illam implantati, alij linguæ sunt
    - *Communes* cũ alijs partibus, quas simul mouent: Vt par
      - PRIMVM Fallopij: Carnea est moles seu nonus linguę musculus Vesalij, inscriptionibus donatus. Cuius primum par est illud quod Fall. pro sexto pari ossis hyoidis numerat. Hoc & ossi fibras aliquot nonnunquam communicat, vt idẽ eum lingua trahat. Hoc hyoidi. *fi.*1,II. H.
        - Oritur angustè, ab asperitate in interno ac medio menti posita. inde lateiens sursum tertatiumque fertur.
        - *Implantatur* in mediam ferè linguam inferiorem, & parte sua maxima, versus radicem, minima, versus apicem linguæ fertur.
      - QVARTVM Fallop. quod æquè inter fauciũ musculos ac inter linguæ motores connumerari potest, cum pluribus partibus inseratur, ac in deglutiendo, fauces cõstringat, Hoc gracile admodum
        - *Oritur* ab interna fecie processus styloidis, atq; ad anteriora declinat.
        - *Inferitur* membraneo Tendine primę laringis cartilagini, ossisq. hyoidis lateribꝰ, nec nõ & linguæ extremo.
    - *Proprij,* linguã dũtaxat mouentes, vt par
      - SECVNDVM carnosum, quod *fi.*1, II E.
        - *Oritur* ab ossis hyoidis lateribus
          - *Superioribꝰ,* si adsint.
          - *Humilioribus* si superiora absint.
          - Atque inde obliquè fertur.
        - *Inferitur* in linguæ latera, iuxta ipsius radicem.
      - TERTIVM Gracilius *fi.*1.II F.
        - *Oritur* ab extreme facie processus styloidis, sicuti quartum Fallopij ab interna oriebatur.
        - *Inferitur* secundum linguę medium, ec vlterius procadens, quasi ed apicem linguæ summum peruenit.
      - QVARTVM Vesal. Fall. se inuenire posse negat. quod
        - *Oritur* ex Inferioris maxillæ lateribus, ad dentium molarium radicẽ, lato, mucosoque principio.
        - *Adnascitur* secundum linguę longitudinem, vsq; ad ligamenti, quo faucibꝰ illa colligatur finẽ, vbi ad latera linguæ vtrinq; inferitur.
  - *Functio:* vt linguã mouerent. Quæ mouet
    - *Per se,* Substantia propria musculosa, omni fibrarum genere intertexta, quæ anguillæ instar, sponte in omnes figuras voluatri, præsertim vero sa contrahere & incrassari, & rursum elongari & attenuari, vt illa, potest.
    - *Per accidẽs,* Musculis in ipsam implantatis: quibus agitur vel
      - *Antrorsum,* cum linguam exerimus, eamque extre dentes & labia propellimus: Primo pari, Fallopio: maiori ipsius fibrarum portione agente.
      - *Retrorsum* ad palati fauciumque
        - *Superiora:* Quarto Fallopij: & Tertio, musculorum paribus.
        - *Inferiora:* Secũdo Vesalij & primo Fallopij, minima fibrarum portione agente.
      - *Latera,* si ex his paribus alter duntaxat musculus, suo coniuga laxato agat, Quartus pręsertim Vesalij.

CAPVT mouentium musculorũ paria sunt VII. Ves. Fallop. IX. quorũ notatur

- *Situs* & conformatio. Ex his locant, in ceruicis regione
  - *Posteriori* sex vel septé, Fall. sub secundo scapularũ musculo primũ occurrẽtes: occupantque sub eo ceruicis sedem
    - *Elatiorẽ* Maiora paria tria. E quibus
      - *Distinctum* à cæteris nº PRIMVM, oblongũ & crassum, sub cuculo statim obuium. TA.23, 24 A, & 25, F.
        - *Ducitur*
          - *Simul* iunctum, instratum vtrinq. vertebris, à sexta thoracis ad tertiam ceruicis vsq., adnatum spinarum apicibus: In thorace neruosum, in ceruice carneum. (Fallop. a ligamento illic enasci putat ceruicis) à quibus sursum, obliquè fibris toto ductu deductis, ad transuersos processus progreditur. TA.25, ab A, ad F.
          - *Disiunctum* à tertia ceruicis vertebra vtrinq. ad occiput extrorsum, notabili spatio. TA.25 D.
        - *Inseritur*
          - *Ceruicis* vertebrarum superiorum quorundam processibus, chordis membraneis, quas dum thoraci instratus est, educit. Fallo.
          - *Occipitio*, à mamillari processu versus medium vsq., carneus, trãsuersim, toto ipsius fine. TA. 25. a C. ad B.
      - *Non* commodè distinguuntur inuicẽ reliqua paria, cum varijs cõsteut partibus, quæ à Vesalio in vnum, Fall. in duo distinguit paria. Quorum numero
        - SECVNDVM, tribus vtrinque partibus sub primo latentibus cõstitutũ est. Ex quibus ceruicis occupant
          - *Medium*, partes duę vertebris instratæ, quarum longior. TA. 26 M, duobus ventribus constat, breuior huic statim cõmiscet TA.26 a, c. Atq.
            - *Exortu* distinguuntur: nam longior, ab aliquot thoracis superiorum vertebrarum transuersorum processuum medio: breuior, a spinis primæ, secundæ, & septimæ ceruicis interdum, oriuntur, & sursum simul cõmissæ deferuntur.
            - *Inferuntur* simul in occipitij medium, vtriusq. lateris musculis simul iunctis.
          - *Latera*, pars tertia, T.26 a T. Quæ
            - *Oritur* à Thoracis primæ & secundæ, & quinque inferiorum ceruicis vertebrarum processuum transuersorum apicibus, atq. extrorsum oblique ascendit.
            - *Inseritur* occipitio ad radicem mamillaris processus.
        - OCTAVVM Fallop. (Est Ves. carnea moles, quarta pars secundi dicti musculi) sub secundo pari. Quod gracili alto quoque iuxta insertionem adaugetur musculo, secũdũ Fall. Hoc itaq; par TA.26 G G.
          - *Oritur* Neruosum, à transuersis vertebrarũ sex priorum ceruicis, & nonnunquam sex priorum thoracis processibus: inde tamẽ obliquè sursum intortum, fibris ad spinas pertinentibus, porrigitur.
          - *Inseritur* Neruosum, occipitij ossi, inter primi & tertij paris insertionem, & radicẽ mamillaris processus, quo & inseritur par minimum illi additũ, quod à processu transuerso primæ vertebræ exortum erat.
    - *Profundiorem* quatuor, in alto latentia. Minora, carnea gracilia & teretia, ferẽque similia. Ex his
      - *Adiacent* tria simul, sub dictis reposita, quæ acutis ipsorum principijs, & finibus se mutuò cõtingentia, in vtroque latere angulum costis tribus obliquis formant. Quorum.
        - *Interiorem* costã efformat TERTIVM par, quod TA.27 A a.
          - *Oritur* ex secundæ ceruicis vertebræ spinæ extremo, vtrinque musculis circa initium contiguis, sed statim inuicem abscedentibus, & obliquè sursum delans.
          - *Inseritur* vtrinq; occipitij medio.
        - *Exteriorem* costam
          - *Superiorem* QVINTVM par facit, quod
            - *Oritur* ab occipitij osse iuxta externum latus tertij paris, atq. illinc deorsum, obliquè recta ferè descendit. TA.27 H I.
            - *Inseritur* in apicem transuersi primæ ceruicis vertebræ processum vtrinq. Hunc hic obortũ & in caput desinere videtur potius statuere Fallop.
          - *Inferiorem* SEXTVM par efficit, quod TA.27 K L.
            - *Oritur* à spina secundæ ceruicis vertebræ & obliquè sursum procedit.
            - *Inseritur* in transuersum quoq; primæ vertebræ ceruicis processum, vt & quintum par.
      - *Subiacet* his QVARTVM, sub 3. recõditum. Quod TA.27 F G.
        - *Oritur* ex posteriori primæ vertebræ tuberis latere, contiguis vtriusq. lateris musculis, mox inuicem diductis.
        - *Inseritur* Occipitio vtrinque.
  - *Anteriori*. Vide ANTERIORI.
- *Functio*, Vide FVNCTIO.

FVN-

ANTERIORI sede pauciores caput mouentes sunt musculi, cum locus ille tot alijs musculis occupatus sit. Sunt tamen magni: Quorum

- *Elatius* par, SEPTIMVM, statim sub cute vtrinq. occurrit, & in macilentis extra sectionem cõspicuum: est enim longum & crassum, Atq. Ta. 14 F, 17 ω.
  - *Oritur* Membraneum amplumque, ab ossis pectoris superiori regione media, & claviculæ parte ossi pectoris coarticulata, atq. inde carnosum obliquè versus superiora procedit. Ta. 17 X Y.
  - *Inferitur* Carnosum mamillari têporis ossis processui, quem totum amplectitur. Ta. 17 Z, 22, O.
- *Profundius* par, NONVM Fallopij, sub gula collocatum, diuersum a primo ceruicis pari, cui tamen adiacet: quod
  - *Oritur* Neruosum, à chordis ceruicis vertebrarum quinque inferiorum, quæ chordæ à transuersis ipsorum processibus oriuntur, inde carneum ascendendo fit.
  - *Inferitur* Carneũ in capitis basim, inter vtrumq; processum, quo cum prima vertebra articulatur.


FVNCTIO. Mouent caput hac ratione. Caput mouetur vel

- *Per se*, cum ceruicis motum non sequitur, sed sincipite mouetur: motu illi vel
  - *Communi* cũ ceruice: qui fit in rectum & obliquum super primam vertebrã, vel
    - *Retrorsum*, cum extendit vel attollit: quod fit multis musculorum paribus, cum caput suo pondere maximè in anteriora declinet: Vt pari
      - *Primo*, quo & ceruix nonnihil obscurè mouetur.
      - *Secundo* & Tertio, sub quo & octauum Fallop. comprehenditur
      - *Quarto* & Quinto, secundum Fallopium.
    - *Antrorsum*, cum flectitur vt dum annuimus: pari
      - *Septimo*, insigni ob id, cum ferè solum id præstet.
      - *Nono* Fallopij.
    - Idq; vel
      - *Rectà*, integro pari agente.
      - *Obliquè*, si alter duntaxat paris laboret musculus, tunc in illam partem caput inclinat.
  - *Proprio*, quo ceruix destituit: quę fit in Gyrum cũ abnuimus, tunc caput cum prima vertebra supra secundam mouetur: vel
    - *Propriè*, pari
      - *Sexto*, communi omnium sententia.
      - *Quinto* Vesalij, quod confutat Fal. cum, si à capite oritur, illud nõ moueat, si à prima vertebra, in gyrum mouere non possit.
    - *Secundariò*: Si reliquorum parium vnius lateris musculi duntaxat laborent, tũc in illud latus trahendo, obliquè caput videntur nonnihil circumuertere, cum prima vertebra capitis motum facilè sequatur.
    - Idq; vel
      - *Dextrorsum*, si dextri
      - *Sinistrorsum*, si sinistri
      - lateris musculi agant.
- *Per accidens*, cum ceruicis motum sequitur (qui duntaxat in Rectum & obliquum fit, nam in Gyrum non mouetur) Eumq; ceu dirersum vel
  - *Proprium*, quo caput per se non mouetur: qui fit in latera vtrinque.
  - *Communem* cum capite: qui fit
    - *Antrorsum*.
    - *Retrorsum*.
  - *De* paribus musculorum hos motus efficientium, Vide Dorsi musculos.

HVMERI mouentiũ musculorum sunt vtrinque VII. Octauũ, addit Fallop. excepto interiori initio musculi cubitum flectentis, quod etiã humero validissimè adnascitur. Horum notatur

- *Structura*, à situ inchoantes, quo occupãt vicinas partes: alij enim
  - *Thoraci* instrati, ampliores, in
    - *Pectore* submãmis occurrit PRIMVS. Amplus, ad mammarum formã formatus, Mãmillaris dici posset, vel clypei formis. Hic Ta.14 L,16,17,A.
      - *Enatus* ex claviculæ media sede externa. Ta.16.L N. carnosus, & pectoris ossis latitudine, & vicinis illi cartilaginibus, paulo neruosior: ex ambitu quodam rotundo sensim angustatus, & fibris collectis, extrorsum ducitur. T.16,17.L K B.
      - *Desinit* in Tendinem latũ & fortem: qui humeri secundum longitudinem, sub ipsius capitis ceruice anteriori sede versus interiora inseritur. Ta.17, Q T b.
    - *Dorso*, cum suo pari toti regioni supra coxam ad scapulas vsque instrat⁹ (vbi titillatio fit) QVARTVS: latus admodum, qui Ta.24,O,13.Θ.
      - *Prodit* ex Spinarum dorsi apicibus, à sacri ossis medio ad sextam thoracis vsq. Ta.23,F. T. Membraneo principio quo musculos dorsi superans, per costarum regionem carnosus & latus, extrorsum obliquè sursum angustatus, perfertur. Ta.23, X Y.
      - *Desinit* in Tendinem latum, iuxta primi musculi implantationem humero insertum. Ta.23,V,20.O.
  - *Scapulæ* adnati, vel
    - *Partim*: Incumbẽs articulo ipsi⁹ cũ humero, cuius protuberatiõ(n)ẽ partẽ constituit, n⁹ SECVNDVS, crassus & triãgularis, Delthoides dicitur: qui T.14 K,15 M,16 F,17 Z,22 L,23, A,24 M.
      - *Exoritur* lato principio & neruoso ex Scapulæ processu superiori, & spina tota, & claviculæ media sede externa: inde deorsum in pyramidem desinit. Ta.17,e.f.23,24.N O.
      - *Finit* in tendinem latum: eandem cum primo musculo insertionem moliente. Ta.16, Q.17.g.
    - *Omnino* transuersi musculi, qui vel
      - *Subtensi* illius inferiori lateri: vel duo teretes, quorum T.24 L,25,B.26 S.
        - *Longior* TERTIVS, secũdum Scapulæ ductum illic porrectus
          - *Adnascitur* scapulæ angulo & mediæ sedi, reliquo ductu ab illa abscedit.
          - *Inseritur*, Tendine breui, eodem cum reliquis loco, sed paulò elatius.
        - *Breuior*: Fall. OCTAVVS, tertio proximè hæret.
          - *Ortus* a scapulæ sede illic iuxta ceruicem.
          - *Implantatus* Neruoso fine propè septimi musculi insertionem.
      - *Instrati* illi sunt, tres, carnosi & lati: qui
        - *Adnascuntur* toti scapulæ superficiei adeo pertinaciter: vt toto progressu ab ipsa exoriri videatur, formam & ductum scapulæ sedium referentes: vt sede illius
          - *Externa* duo, q vtranque sedem spinæ scapulæ distinctam adimplent: numero
            - QVINTVS, elatior & minor. Tab. 23, L.24, G.25,H.
            - SEPTIMVS, humilior & insignior Tab. 23, Q.24, F H L.
          - *Interna*, SEXTVS: qui cauam scapulæ sedem costis innitentem totam opplet. Ta.20, F, & 21, N.
        - *Desinunt* singuli in Tendines amplos: qui veluti in orbem vniuersum articulum humeri cum scapula amplexantur. Ta.20.B K.
- *Functio*: qua Humerum & per consequens totũ brachium, in omnes sedes mouent, per Enarthrosim cum scapula articulatum: vt
  - *Rectà* & obliquè versus
    - *Partem*
      - *Anteriorem* ad pectus: Primus, tum Rectà tum Obliquè sursum vel deorsum.
      - *Posteriorem* ad dorsum: Quartus secundum Fallopium.
        - *Rectà*: Tertius Vesalio.
        - *Obliquè* sursum deorsum.
    - *Sedem*
      - *Inferiorem*, ad thoracis latera: Quartus Vesalio.
        - *Rectà*: Tertius Fallop.
        - *Obliquè* antrorsum, retrorsum: Quartus Columbo.
      - *Superiorem* ad caput: Secundus Vesalio.
        - *Rectà* etiam, Fallop.
        - *Obliquè*
          - *Antrorsum*: Quintus obscurè Vesalio, & interius principium cubiti musculi.
          - *Retrorsum*. Quintus Fallopio.
  - *Circulatim* cum fundas faciunt versus
    - *Anteriora*:
      - *Quintus* & sextus Vesalio.
      - *Sextus* & octauus Fallopio.
    - *Posteriora*: Septimus.

SCA-




- SCAPVlam mouentium musculorum sunt IIII. Horum notatur
  - *Structura*, à situ exorsi: quo occupat majore portione, vel
    - *Thoracem*, II.
      - *Pectore*, primo brachij pari omnino substractu: PRIMVS, quem ad thoracem mouentes fortè commodius referreremus. Latus est. Et Ta.17 k 18 r.
        - *Oritur* digitatim quasi, carnosus, ex costis quatuor à secunda inferioribus, paulò antequam in cartilagines desinūt; atque inde obliquè sursum versus articulum coarctatur. Ta.18, i k.
        - *Profert* Tendinem illic latum, carne hirritum, processui interno scapulæ insertum. Ta.18 l.
      - *Dorso* duo, quorum
        - *Elatior* cum suo pari cucullū quasi efformat monachorū: collo, scapulis thoraciq; superpositum, qui cucullaris dicitur, latissimus que est, numero SECVNDVS. Ta.22.Γ Δ.
          - *Prodit* à tota longitudine dorsi, quæ ab occipitio ad octauam thoracis vertebram vsque habetur, Tab. 22 Σ K Ο. atque inde versus scapulam angustatus procedit, spinis vertebrarum membraneus adnatus, & occipitio transuersim carneus adhærens. Ta.22 X Υ.
          - *Inseritur* Neruosus & carneus, scapulæ spinæ toti & summo humero & claviculę latiori parti. Ta.22 H I.
        - *Profundior* sub secundo occultatus, numero QVARTVS. Quadratus & carneus, sed non crassus toto ductu: qui Ta.23 F.
          - *Oritur* à spinis dorsi vertebrarum: nempe quatuor infimorum ceruicis, & thoracis quatuor superiorum, atque obliquè sursum defertur. Ta.23.G H.
          - *Implantatur* scapulæ basi ferè toti. Ta.23 I K.
    - *Colli* lateri, numero TERTIVS, Longus & latus nonnihil, carneus toto ductu: qui Ta.23,24.C. 26 Q.
      - *Ducitur* obliquè deorsum gemino principio, veluti ex processibus transuersis vertebræ primæ, & trium sequentium enatus.
      - *Implantatur* Scapulæ basis angulo superiori interna sede. Ta.25 G.
  - *Munus*. Scapulam mouent simul cum clauicula illi adnexa, idq; brachij causa, quod cum suo fulcro commodiùs ad certas sedes mouetur. Sic itaque costis musculorum beneficio adnexa scapula
    - *Mouetur*
      - *Per se*, proprijs musculis, & brachiū simul per accidēs, in
        - *Partem*
          - *Anteriorem* ad pectus, vt cum amplectimur aliquid & comprimimus: PRIMO, vel si musculus hic ad thoracem mouentes referatur, scapula à primo brachij musculo huc trahitur per accidens.
          - *Posteriorem* ad dorsum, sicuti fures cum virgis cæduntur facere solent: musculo
            - *Secundo*, qui ob varium exortum, eò trahit, vel
              - *Rectà*.
              - *Obliquè*, sursum deorsum.
            - *Quarto*, Sursum tantùm.
        - *Sedem* Superiorem tantùm, versus caput, vt Galli, cum se rem ignorare gestibus demōstrant, eo scapulas ducere consueuerunt: sicque musculo
          - *Tertio*, vel
            - *Rectà*, Fallopio.
            - *Antrorsū*, Vesalio.
      - *Per accidens* à brachij musculis, qui dum brachium trahunt, simul & illi adnexam scapulam ex consequenti adducunt. Vti & iidem ad inferiorem sedem scapula trahitur, nullis alijs priuatis musculis, cum scapula sua grauitate spontè eleuata, facilè rursum subsideat.
    - *Non mouetur* In Gyrum, cum ad suffulciendum humerum, non fuerit necesse, eam circumagi, fuissetó, tunc infirmior ipsius situs. Adde quod ob clauiculas illi affixas eo motu circumduci minimè potuerit.

ABDOMI-nis musculorū paria sunt Quatuor, quintum addit Fallop. Quę vniuersā ventris capacitatem vnà cū cute & peritonæo (quæ duo ad spinam vsq; intercedūt) efformant. Horū notatur.

- *Constitutio.* Ex his enim
  - *Insignes*
    - *Ampli*, vtrinq; tres, inuicem incumbētes, carnea parte ventris latera seu inania amplectentes, ossibus coxæ inferius, superne nothis costis, posterius dorso adhærētes, anteriusq; mutuò connexi. Ex his
      - *Ducuntur* obliquè duo. Primus deorsum, Secūdus sursum, trāsuersim Tertius, omnes versus anteriora. A quo ductu nomina acceperunt. Et exortu variāt, nam
        - *Obliquus*
          - *Descendens* Ta.16. ø.
            - *Oritur* superius carnosus, a septem inferioribus costis antequam in cartilagines finiant, digitatim, processibus quibusdam replens interualla secundi & quarti thoracis musculorum principij. Ta.16 ch 5,6,7,8.
            - *Adhæret* simul in ductu, lumborum vertebris & ilium ossis spinæ.
          - *Ascendens* Ta.17. n.
            - *Oritur* inferius carnosus, ex ilij ossis spina. Nonnunquam etiam inferius à ligamento illo valido, quod ab eadem spina vsq; ad ossa pubis procurrit: hoc tamen a Fallopio obseruatū rarius accidit. Ta.17, o n p q.
            - *Adhæret* in progressu, membraneus existens, lumborum & ossis sacri spinis.
        - *Transuersus* Ta.18 y.19 δ
          - *Oritur* posterius membraneus, ex transuersis lumborum processibus, & cum è musculis dorsi emergit carnosus fit.
          - *Adhæret* superiori sede spuriarum costarum, inferiori vero ilij ossis finibus.
      - *Desinunt* singuli in Membranam latam & robustam, secundum totam abdominis longitudinē expansam: quæ in obliquis musculis incipit antequam recto supertendātur, in trāsuersis verò tunc primum, cum sub recto musculo feruntur. Hac membrana
        - *Implantantur* sede superiori, pectoris mucronatæ cartilagini, & obliquus descendens elatiore adhuc magis sede sextæ & septimæ costæ cartilaginibus, obliquè ascendens verò non tam altè sursum tenditur.
        - *Adnascuntur* sede
          - *Inferiore* pubis ossibus & ilij: quo in loco, à vasis spermaticis in viris, & processibus cremastribus in mulieribus perforantur. Ta.19 ᵭ
          - *Anteriori*, tota longitudine inter pubis & pectoris os mediam, nam in
            - *Medio* exquisitè in ter rectos musculos, vbi omnes membranæ simul vniuntur, & cum peritonæo validè quoq; cōnascuntur. Ex qua crassitie Linea alba tota hac longitudine apparet. Ta.17 p q.
            - *Lateribus* cōnascuntur
              - *Obliquè* simul, tāto spatio, quanto media recti est longitudo.
              - *Transuersi* cū obliquè ascendente antequā ille rectum musculū conscendat. Ta.18 b.18 χ.
    - *Longus* vtrinq; vnus. Hic cum suo pari anteriorem sedem occupans, obliquorum & transuersorum musculorum membranis insertus, atq; inter ipsas, Ta.18 Δ. reconditus, Ta.19 ante r b e.
      - *Ducitur*
        - *Rectà* sursum (vnde Rectus dicitur) à media pubis ossis regione exortus, neruosus, cū suo pari cōtiguus ad vmbilicum vsque: vbi amplior modicè factus à suo coniuge separatur nonnihil ad pectus vsque. Ta.18 p q r.
        - *Latus* & carnosus: nisi quatenus inscriptionibus neruęis transuersim, tribus vel quatuor (quia fibrę ipsius inuicem illic implicant) in partes quasi diuidit: vt sic iuniores essent, & in compressione orbicularem figuram ventri conuenientem efficerent hi musculi. Ta.18 r s t u
      - *Inferitur*, carnosus & latus, ad ossis pectoris latera, illiq; connexas cartilagines, supra mucronatam illius cartilaginem. Ta.18 r.
  - *Exigui*. Vide EXIGVI.
- *Functio*. Vide FVNCTIO.

EXIGVI musculi Abdominis, à Fallopio primū obseruati, vtrinq, supra os pubis, in parte feminis, quam alij musculi non occupant, collocati inueniuntur, statim in ipsa rectorum abdominis musculorum origine. Quorum principium carnosum, husce musculos esse, Vesalius crediderat. Hi *Tab. 18. n.*

- *Ducuntur* contigui & carnei, ab osse pubis obliquè sursum, in acutum desinentes, obliquis fibris à recti musculus fibris discrepantes.
- *Inseruntur* acutie ipsorum in albam quoque lineam, vt reliqui abdominis musculi, non autem in rectus abdominis musculus.



FVNCTIO musculorum Abdominis, alia est

- *Magnorum*, o petantium
  - *Per se*, vel
    - *Primariè*, ad Expirationem (violentam maximè) adiuuandam, cum thoracis inferiora arctant: vnde reliquas costas per continuationem quoque sequi necesse est. Sic ipsius costas humiliantes
      - *Compriment*, Obliquè descendentes musculi.
      - *Deorsum* trahunt,
        - *Obliquè* ascendentes musculi.
        - *Recti* musculi.
      - *Intro* adducunt, Transuersi musculi.
    - *Secundariè*, ad Excretionem excrementorum durorum ex crassis intestinis, & fœtus exclusionem in parturientibus, ea propellendo & comprimendo: quod fit ab his musculis, Vt
      - *Septo* transuerso, ex spiritus retentione (vt fit cum excrementa reddimus) ita depresso, vt intestinū crassum colon, quod ventriculo subiacet, & mox in rectum intestinum desinit, comprimat, excrementaque sic à superioribus deorsum ad podicem deprimat & propellat
      - *Abdominis* omnibus simul collectis contractisque, & crassiora intestina: quæ in ambitu reliquorum intestinorum tenuium statim sub hisce musculis obuia sunt, adeò ex omni parte comprimentibus; vt dum septum ad superiora excrementa deferri non sinit, necessariò per inferiora elabi ea necesse sit. Qua ratione omnino etiam fœtus in partu excluditur, matre cum spiritus retentione laborante, vt vocant, & enitente.
  - *Ex accidente*, quatenus
    - *Motum* præstant, eatenus Dorsum quoque flectunt, dum thoracem deorsum trahunt. Quod faciunt Recti & Obliquè ascendentes abdominis musculi.
    - *Inuestiunt*, & abdomen mutuò incumbentes & coniuncti, vnà cū adipe & peritonæo efficiunt, eatenus
      - *Calefaciunt* subiecta viscera, in ventre inferiore reposita, eorumque fiunt propugnacula.
      - *Intestina* quoque continent: tum quando quiescūt, tum etiam quando, vt dictum, ea premunt.
- *Paruorum* in femine positorum, Qui ad excretionem vrinæ hic priuatim opitulari videntur, dum vesicæ fundum deorsum deprimendo, mictionem ità prouocant. Quod ab abdominis musculis rectis, cum tantum exortus ipsorum illic incipiat, nec ab alijs musculis, eū eò minime pertingant, ea ratione, vt deorsum per se vesicam premant, præstari minimè potuit, nisi quatenus ex accidenti intestina ab ipsis deorsum pressa, vesicam quoque impellunt, sicuti videmus, eos qui egerunt, etiam statim mingere. Verum è contra, ne simul cum vrinam reddimus, statim etiam reliqua excrementa reddere necesse sit, priuati hi musculi mictionem solam cum egerere nolumus efficiunt, sicuti & in partu vterum premendo egregiè opitulentur.

GENERAtionis partiũ masculi, Seminis erectionis commodioris causa illis fuerunt appositi. Licet enim semen naturali motu à facultate expultrice eiaculetur, accedit tamẽ voluntarius quidam, quo meatus seminis in coitu dilatatur, mot^9. Qui perficitur in

- *Viris* potissimũ, frequẽtioribus musculis, cum plus seminis, maiorique impetu illud, quã mulier profundat: Vt qui feruntur in illius
  - *Testes*, ad singulos singuli: graciles & oblongi musculi, Quibus nulli opponuntur, cum sponte testes sursum tracti, postquam relaxati fuerint rursum, suo pondere subsideant. Hi Ta.41, fi.2 V.
    - *Adnascuntur* processui peritonæi inuoluẽtis vasa seminaria, toto ductu, quo extra peritonæi amplitudinem ad testes perfertur (Licet & intra hanc amplitudinem, ab osse ilio & ligamentis illius loci prodire eos gemino quasi exortu, & cum vasis per foramen illic peritonæi transire doceat Fallopius) Vnde postea testis infimæ sedi cum reliquis vasis inseruntur.
    - *Vsu*, meo videre, sursum attollunt nonnihil testes in coitu, ne oneri sint seminariis vasis, vt ijs sursum allectis & quasi relaxatis, commodius semen effundant, quod distenta & astricta illa vasa difficilius præstarent. Horum functionem, penis distentio pulchrè adiuuat, cum in ea, cute testium sursum retracta, testes quoq; sursum ferri necesse sit, adeò, vt sæpe omnino sub cute pectinis occultentur: vnde quoque vasa seminaria tunc nulla ratione tensa, sed omnino relaxata, semen melius profundunt.
  - *Penis* radicem, paria duo: Quæ dum corpora penis, illic vtrinq; ad viam communem seminis & vrinæ posita, in rentigine motu voluntario nonnihil in vtroq; latere à meatu isto retrahũt, illum ad commodiorem seminis eiaculationẽ dilatant: quod dum præstant, in coitu pulsus veluti ex motu isto circa penis radicem sentitur. Licet & ad erectionem penis, præter naturalem ipsius vim, qua sanguine spirituoso impletus distendit, aliquid conferat, rigidumque penem nonnihil moueat, non tamen adeo manifestè, cum parui sint musculi, vt in canibus, qui priuatos ad dirigendum penem habent musculos, quibus homo, cum manibus prædirus iis opus non habuerit destituitur. Horũ musculorum
    - *Insignius* par, simile hyoidis ossis musculis à pectoris osse pronatis, radici penis in lõgum suprà rectum intestinum adnascitur, contiguis inuicẽ musculis, Qui Ta.28, fi.4, H I.
      - *Oriuntur* ab anteriori annularis recti intestini musculi sede, & rectà vtrinque sursum in priora ad vrinarij meatus reflexum, versus superiora sub penis corporibus ascendunt.
      - *Inferuntur* iuxta illum reflexum, vrinarij meatus lateribus, & inuicem (ambobus ipsius musculis diremptis) corpora penis digitorum modo amplexantur.
    - *Gracilius*, paulò inferius quam penis corpus vtrinq; existit: atque Ta.28, fi.4 K L.
      - *Oritur* ab appendice ossis coxendicis, & sursum obliquè procedit.
      - *Inseritur* sui lateris penis corpori, non procul ab exortu.
- *Mulieribus* paucioribus, cũ minus agat, plus patiatur in congressu quam vir. Suntque hi tantũm, qui viri testium musculis nonnihil respondent, quibus tamen breuiores sunt. Et
  - *Situm* habent quoque extra peritonæi amplitudinem. Vasi suspendenti vtrinque adnati, Extra tamen eodem loco, vt in viris, sed ad testes nullibi, vti nec vas suspendens peruenientes: cum testes intra amplitudinem peritonæi in mulieribus locentur. vbi & musculos hosce Vesalius processui illic peritonei adnasci existimauit.
  - *Vsum* fortè, vt vterum suspendant commodius vel retineant, habent: nisi vasi huic cui adnascuntur, aliquid quoque auxilij adferant, & in seminis reiectione, in illis quoque aliquid operentur.

THOracem mouentiū musculorū notatur

- *Structura*. Suut autem (exceptis abdominis octo, qui quoque thoracē mouent) 65. Ex his suut
  - *Singulis lateribus priuati*, qui thoraci, vel
    - *Adnatis sede*
      - *Exteriori instrati sunt*. E quibus occupant
        - *Posteriorem sedem*
          - *Latera* SECVNDVM par, sub primo scapulā mouentium ex parte locatū TA. 28 *m, sub k.* cui cū respōdeat ortu & insertione, dubiū est, an scapulas potius cum illo moueat, vel aliud simul cum isto thoracem. Hoc TA. 19 R, 20 L, 21 P.
            - *Expansum* costis, et fibris connexum, adnascitur
              - *Superius* Scapulæ basis interiori parti coit.
              - *Inferius*, latum admodū Costis octo superioribus, vel nouē, io medio ferè ipsorum longitudinis, digitatim, cōgruens obliquè descendentis musculi exortui.
            - *Carneum* vndique & latum, obliquè ductum.
          - *Ampli* duo, similes nōnihil, cum forma quadrata, qua pectiores referūt, tum ortu à spinis vertebrarum, qui membraneus est, quadiu reliqs musculis instratus sūt, ductuq. trāsuerso & insertione carnea digitatim in costas facta. Horum par
            - *Superius* numero TERTIVM, in tergi vtranq. scapulā sub quarto scapularum pari situm est, & primo capitis pari insternitur TA. 23 L, 24, P.
              - *Minus* est quam sequens par, magisq; obliquum.
              - *Oritur*, à spinis trium inferiorum ceruicis, & primę thoracis vertebrarum.
            - *Inferius* numero QVINTVM Ves. in dorsi medio fere sub 4° brachij musculo latet.
              - *Maius* tertio pari & traosuersum ferè existit.
              - *Oritur* à spinis postremis thoracis, & primis lumborum, & postremis quatuor costis, digitatimq; multò ante quā in cartilagines cessant, inserit.
        - *Longi musculi, qui occupant, cum*
          - *Dorsum*: Longissimum par, QVARTVM Ves. sub quinto positum, dorsi musculorum sexti lateri externo attensum, costarum radicibus & transuersorum vertebrarum processuum apicibus secundum longitudinem exporrectum, Hoc TA. 25 A.
            - Ducitur ab osse sacro & ilio vicino, (vbi contiguū sexto dorsi musculo) carnosum, sursum rectà ad duodecimam costam vsque: inde à sexto dorsi musculo declinans, nonnihil obliquè sursum ad primam vsq; vertebram & sæpe vltimam ceruicis quoq;, senlim ascendendo attenuatus pertingit. TA. 25 K L. *sursum.*
            - *Producit* externo latere tendines, magis quo altius ascendent conspicuos, quibus obliquè toto ductu costarum tuberculis inseritur (vt vult Vesalius) Fallop. id in sex inferioribus costis fieri concedit, inde verò ad singulas insertiones bas, sex nonos quasi produci musculos carneos, sed ortu & insertione nerueos, ducet. qui in superiores sex costas inferuntur, eo ordine, vt qui à duodecima costa producit, in sextam inferatur, ab 11. in quintam, & sic de reliquis: illis musculis qui ad primā & secundam desinunt geminis existentibus. TA. 25 M M.
          - *Tria* alia à Fallopio assignata, quę Vesalius partes musculorū ceruicē & dorsum occupātiū esse existimat, hasq; in sectiōe à Fall. dilaceratas illi pluries statuēdi occasionē pbuisse. Horum autem parium
            - *Septimum* numero à tertia, quarta, quinta, sexta ceruicis trāuersorū processuū interna facie neruosum exortum, mox carnosum factum, in primam costam fertur.
            - *Octauum*, Secundū est par, inter dorsalia à Ves. connumeratum, vbi & describit. Nā ex insertione illius illic descripta illos exortum, & ex principio io sertionem Fall. facit, vsumque illius sic immutat. TA. 27 u.
            - *Nonum*, Oritur à ceruicis vertebræ quartæ & quintæ transuersis processibus, & in costam secundam, nonnunquam & tertiam, carnoso fine inseritur.
      - *Interiori* substrati, sede anteriori SEXTVM par, sub osse pectoris & cartilaginibus costarum repositum, quod TA. 21 β.
        - *Succingit* pectoris ossis latera vtrinq;, sub tota veratum costarum cartilaginum regione, quibus ad secundam vsque (quā vix transcendit) subnascitur, propemodum costarum ossa exteriori ipsius latere attingens.
        - *Latam* sed tenue, triangulare ad formam sterni: fibris obliquè a pectoris osse sursum ad posteriora protensis.
      - *Interni* sunt, in costarum spatiis, Vide INTERCOSTALES.
  - *Vtrique* lateri communis vnus: Septum transuersum, Vide SEPTVM.
- *Actio*, Vide ACTIO.

INTER-

INTERCOSTALES musculi dicti, interualla costarum opplent, & thoracis circumferentiam, costis vertebrisque non occupatam, efformant. Suntq; carnei, angusti, sed longi, pro interuallorum ratione, obliquisque fibris præditi. Horum musculorum alij repleot

- *Commune* spatium primæ costæ cum clauicula: PRIMVM par Vesalij. Ossium horum superficiebus quibus se mutuò respiciunt, suprà infraq; adnatum, vij & pectoris ossi, quod huc desinit. Hoc similiter vt reliqui intercostales musculi fibris obliquis constat. Ta.18 z.
- *Priuata* interualla vndecim costarum. Suntq; gemini in singulis spatijs musculi, propriè intercostales dicti. Hi mutuò incumbunt, suprà intraque costis adhærent, & obliquis fibris cõtrariis x literæ instar, se intersecant, Horum Ta.21 x x,24 v.
  - *Exteriores*, à transuerso processu costarum statim incipiunt, & spatium costarum tantùm adimplent. Ta. 19 v.
  - *Interiores*, vbi costæ primum curuari incipiunt, inchoant, & spatium non tantum costarum sed & cartilaginum quoque infarciunt. Vnde diuersæ fibræ, extrinsecus in spatijs costarum & cartilaginum apparentes, fecerunt, qd Vesalius proprios musculos externos in cartilaginis spatio statuerit, internosque alios, deceptus texta musculi thoracis fibris, qui, vt dictum, sub pectoris hic osse & cartilaginibus subtensus est. Ta.19, x.

SEPTVM Transuersum. Diaphragma, intrinsecus in corporis cauitate positum, ventres duos distinguit. Thoraci ad respirationem: Vētri inferiori ad excrementorũ & fætus exclusionẽ vnà cum abdominis musculis, vti dicetur, inseruiẽs. Hunc secusae alij muscul' toti' corporis, & situm & formam obtinuit, Nam Ta.20 Δ Δ.

- *Sitũ* est in Thoracis infimo ambitu, cuius fundum, quo à vẽtre inferiori distinguitur efficit. Non tamen penitus trãsuersum, sed ad formam thoracis circuit' intimi, obliquè nonnihil à prioribus deorsum inclinantem. Atque in
  - *Medio* sui, vbi à cõnexu liberum, membraneum iuxta centrum existit, indeq; carneum efficitur, fibris à centro ad circuli circumferentiam decurrentibus. Ta.20 k, l m n.
  - *Extremitatibus* adnascitur, partim
    - *Carneum*, circumferentiæ infimę thoracis: videlicet extremo pectoris ossis & spuriarum costarum (vbi abdom. musculis obliquis & transuersis vnitur) & duodecimæ costæ, ipsius que cartilagini, tota ipsarum longitudine. Ta.20, extra circulum, k l m n.
    - *Membraneu* duobus processibus sensim angustatis, sede posteriori, non vicinis thoracis vertebris, alterna magna & sexto femoris musculo occupatis, sed subdus admodum lumborum vertebris: cum deorsum ad latera vasorum, quibus cedunt, ferantur, & tantisper se ipsis subijciant, donec lumborum vertebris exeuntibus longo ductu validè adnascãtur. Hos processus multi capita huius musculi statuunt, idq; non sine ratione, cũ musculus omnis capite suo aliem rei inniti debeat, quod autem non fieret, si medium ipsius, quod liberum est à connexu, caput esset. Ta.20 o p.
- *Conformatione* Amplum, paulò minus toto orbiculare, reticulũ quo pila parua io ipsius lusu percutitur, circunferentia hac nonnihil referens, & processibus ipsius huius reticuli manubrium exprimens. Huius substantia partim carnea, partim neruea, vt dictum,
  - *Integitur* superiori sede qua thoracem respicit, succingente thoracis membrana: inferius verò vbi ventrem aspicit peritonęo, cuius beneficio multa sibi colligat viscera, è quorum morbis, septo impedito, difficilis sequitur respiratio.
  - *Peruia* est, ob vasa quæ transmittit (quibus etiam membranarum beneficio adhæret)
    - *Foraminibus* duobus, è quibus
      - *Dextrum*, ad septi tamen mediũ, Minus, venam cauam transmittit. Ta.20 ff.
      - *Sinistrum* posterius nõnihil, Maius, stomachum cum neruis emittit. Ta.20 rr.
    - *Sinu*, sede posteriori ad vertebras, inter ipsius processus deorsum deductos, occurrente, semicirculumque referente, qui arteriam & venam sine pari cum neruis deducit. Ta.19 q.

ACTIO

ACTIO. Mouēt thoracem hac ratione. Mouetur thorax vel

- *Per se*, motu proprio, Respirationis causa, quæ pręcipuè à thorace (etiam pulmonibus illius quoq; motum sequuntur) perficitur. Hęc autem duobus contrarijs fit motibus in
  - *Diastole* seu Dilatatione thoracis: in qua aer attrahitur, fitq; Inspiratio Quarū alia
    - *Naturalis*: in qua aer, tantùm quantum ad spiritus vitalis generationem sufficiebat, sine maiori vi aut spiritus contentione placidè adhuc allicitur. Hanc Septum transuersum contractum duntaxat molitur. Tunc enim spuriarum costarum extrema ad centrum quodammodo, sursum tamen nonnihil colligit, solamque inferiorem anterioremque thoracis partem, quam spuriarum costarum cartilagines efficiunt, arctat, posteriorem vero ad vertebras vsq; deducit, ac septem inferiores costas diducendo, thoracem sic dilatat.
    - *Violenta*, cum vehementius spiritus intenditur: vt sit corde supercalefacto agitatoq;, vel quando ad vocis generationem copiosior aer exigitur. Tunc vnà cum septo laborabunt Thoracis aliqui musculi. Pauciores tamen, quam in constrictione: Cum dilatationis motus magis quodammodo naturalis sit, ad suppeditādum cordi aerem, velis nolis. Itaque tunc laborabunt thoracis musculorum
      - *Paria* duntaxat Quæ vi thoracē dilatarēt, trahunt ipsius costas, vel
        - *Sursum* vt par
          - *Primū*, primam costā sursum versus exteriora trahēs
          - *Secundum*, octo vel nouem costas versus exteriora vellit.
          - *Tertium*, quatuor primas allicit sursum
            - *Fallopius*, secundum musculū potius scapulæ motorem esse iudicat, atque reliquos duos admodum imbecillē hæc præstare ait, cum primus in primam costam duntaxat inseratur, tertius paruus sic & obliquè inserat. Idcirco thoracis eleuationi nouos statuit tres, musculos, qui valide vnam aut alteram et statim attollentes, totum thoracē eleuant: vt par ipsius
              - *Septimum*, primam costā attollēs.
              - *Octauū* (qd secundū est par dorsalium. Vesal.) primam & nōnunquā secundā costam attollens.
              - *Nonū*, secūdam & tertiam aliquādo costam attollens.
        - *Extrorsum* par Quartum Nonam, decimam, vndecimam, duodecimamque, costas retrahens.
      - *Intercostales*
        - *Per* se minimè: cum enim in spatio costarum cōtineantur, non possunt locum in quo continentur dilatare, aut costam à costa seiungere.
        - *Per* accidens aliquid: nimirum quatenus ligamenta quoque sunt, quæ costas iungunt. Tūc enim, quando superiores costæ à musculis externis sursum trahantur, continuatione quadam, intermedio musculorum horum intercostalium, medias quoq; costas sequi necesse est, & sic illorum quoq; beneficio, non vt à musculis, sed ligamentis, thoracem dilatari.
  - *Systole*, seu constrictione thoracis: in qua aer exprimitur, fitque Expiratio: quarū alia
    - *Naturalis*: in qua aeris attracti bona pars rursum quietè redditur, nec vehementius spiritus propellitur. Cuius quoque Septum transuersum author est, eo enim laxato, thorax sua grauitate promptè concidit, & prius distentus remittit.
    - *Violenta*, cū vi propellatur & vel efflatur, pro voce, clamore, clāgore edēdo, & ad tussim sternutationemq; efficiendam. vel propulsus nihilominus retinetur, ad conatū, pro fęcibus excludēdis, intendendum. Tunc vnà cū septo laborabunt musculi copiosiores quā in dilatatione (valdior enim est cōpressionis motus, cū fortiori impetu efflādo vtamur quam inspirando) vnde maior musculorum copia necesse fuit. Tuocq; laborant
      - *Thoracis musculorū*
        - *Paria* duo, q̄ vt thoracem constringāt, trahunt ipsius costas vel
          - *Deorsum*: Quintum par, duodecim costas deorsum trahens, easq; comprimens.
          - *Introrsum*: Sextum par, verarum costarum cartilagines ad pectoris ossis sinus, quibus articulatur, attrahens, cartilaginesque sic colligens, & thoracem arctans.
        - *Intercostales* omnes, adducentes ipsius costas inuicem. vt
          - *Inferiores* sursum: Exteriores.
          - *Superiores* deorsum: Interiores.
      - *Abdominis* paria Quatuor, quæ thoracem quoque non parum stringunt, Vti dictum est.
      - *Brachij* & scapularum paria quoq;, in magnis necessitatibus.
- *Per accidens*, cum spinæ motum sequitur. De quo in musculis dorsi agemus, nam vnà cum dorso flectitur etiam thorax.


DOR-

DORSVM mouentium musculorum paria sunt viii Vesalio. Fall. vt tantū. Quorum describitur

- *Situs*: Quo proxime dorsi vertebris adnascunt, atque occupent maiori sua parte
  - *Ceruicem*, quem & mouent: Quatuor Vesal: Tria Fallop. Suntq; in ceruicis sede
    - *Interna* PRIMVM par, sub stomacho latitans, longum, à principio acutum, ad inferiorem vsque latescens. Ta. 19 N, 20 C D, 21 A B.
      - *Ducitur* ad latera vertebrarum quinque thoracis superiorum, & ceruicis omnium, sursum, vertebris adnatum, sensim mutuò appropinquantibus vtriusque lateris musculis.
      - *Inseritur* neruosum nonnihil coniunctis musculis, in primæ ceruicis vertebræ processum anteriorem, occipitioque nonnihil, iuxta magnum illius foramen.
    - *Externa*, carnei omnino musculi, è quibus
      - *Ampli* efficiunt SECVNDVM par Vesal. quod Fallop. octauum thoracis statuit. Latera magis occupans, atque illic vasis in brachiū euntibus perforatum, Ta. 20 G. Hoc adnascitur Ta. 21 C, 27 B.
        - *Primæ* costæ totius longitudini superiori ad cartilaginem vsque, & secundæ nonnunquam, secundum Fallopium.
        - *Vertebrarum* ceruicis omnium (prima & secunda nonnunquam excepta) transuersis processibus. Vbi Vesalius insertionem, Fallop. exortum illius putat.
      - *Longi* Posteriores, dorsi vertebris proximi, ab acuto initio latescentes. Estque par
        - TERTIVM quod
          - *Oritur* ex transuersis processibus sex thoracis superiorū vertebrarū, atq. alia duo principia accipit ab extremis partibus musculorum, qui illic inseruntur: vnum a sexti pari dorsi, alterum à quarto thoracem mouente, quæ simul musculos hosce efformant.
          - *Inseritur* omnium ceruicis vertebrarum transuersis processibus, ad exteriorem eorundem sedem. Minus tamē manifestè, vel rarius in primæ vertebræ processum, vti eum nec secundum par implantatur.
        - QVARTVM, quod adnascitur transuersis processibus, & spinarum radicibus omnium vertebrarum, à quarta ferè thoracis ad secundam ceruicis vsque. Atque ceruicis spinis omnibus ad secundam vsque inseritur.
  - *Dorsi* reliq. partē: quatuor Vesal. Tria Fallo. E quibus
    - *Ampli* QVINTVM par constituunt: Quadratum ferè, carneum vndiq., in lateribus lumborum inania occupans, & psoas cum sexto femoris musculo efficiens. Huc Ta. 20 B, 21, Z, 27 P.
      - *Ducitur* exortu lato, ab ossis Ilij cauitatis sede posteriori & superiori, & sacri ossis parte illic elatiori, sursum, nonnihil angustatum, ad duodecimæ costæ inferiorem sedem, cui quoque adnascitur.
      - *Inseritur* interna sede toto ductu transuersis lumborum vertebrarum processibus, ipsorumq. lateribus, fibris obliquè ab externis eò pertinentibus.
    - *Longissimi* totius corporis duo paria cōstituunt, mutuò sede posteriori incumbentia, & ab infima ossis sacri sede ad primā vsque vertebram, & ad mamillarem quoq. processū capitis vsq. nonnunquam exporrecta. fibris obliquè toto ductu excursum delata. Horum parium elatius SEXTVM est. Ta. 25 R, 26 T, 27 Q. humilius SEPTIMVM. Tab. 27 X Y. Cuius pars superior OCTAVVM est Vesal. Ta. 27 Y. Horum parium musculi, sede
      - *Inferiori* lati & crassi, cauitatem quæ inter ossa illius habetur totam adimplēt, & sacrum os vniuersum, lumborumq. vertebras ad thoracem vsq. integunt. Quibus proximè par humilius, elatius verò huic incumbens extremi. Totū tantū adnascitur. Sic Latere
        - *Interna* neruosi magis, Spinis ossis sacri & lumborum pertinaciter adhærent, contiguis vtriusque lateris musculis
        - *Externo* carnosi, ossis Iliū circumferentiæ illic, & transuersis lumborum processibus adnascuntur.
      - *Superiori* per thoracem sursum ducti, sensim angustiores fiunt: atque
        - *Elatior* à suo pari sensim abscedens versus latera, vt humiliori cederet, Neruosis quibusdam ansulis obliquè sursum ductis, transuersis processibus. Fall: & spinis singularum vertebrarum inseritur.
        - *Humilior* totam spinarum amplitudinem, quæ ab ipsarum radice ad apicem vsq. habetur, amplectitur, fibris neruosis quoq. intextus. Fallop. in hoc progressu triplicem veluti esse musculum ait, quorum alter ab extremo transuersorū processuum, secūdus à radice processus, tertius à spinis sursum emergit.
- *Vsus*: vt dorsi partē mobilem mouerent, in anteriora, posteriora & latera, tum in semicirculum quasi, vel rectam lineam: idq. vel rectā si vtriusque paris ambo musculi agāt, vel obliquè id faciūt in hoc illudue latus, vnde dorsum ea parte quoque circumagunt, si vtriusq. paris vnus laboret musculus. Hoc in singulis intelligendum Sic mouetur dorsi pars
  - *Superior* Ceruix, reliquo dorso vel quiescente vel simul moto. Mouetur autem laxè admodum, magis quoque reliqua dorsi parte in contrarios motus, vt cum
    - *In* rectum flectitur: quod fit musculorū pari Primo, vel extenditur pari Quarto.
    - *Ad* Latus dextrum et sinistrum mouetur pari Secundo & Tertio, idq. secundum Ves. quoq. rectā, toto pari agente, vel obliquè antrorsum, secūdi paris, vel retrorsum, tertij paris vno agente musculo
  - *Reliqua* Thoracis & Lumborum vnà ferè, cum ipsorum motus nō admodum sit distinctus. Mouetur tamen sedes ipsius
    - *Inferior*, Lumborum vertebræ, laxiori motu, quæ tum
      - *Flectuntur*: pari Quinto.
      - Extenduntur
        - *Priuatim*: Septimo
        - *Communiter* cū thoracis vertebris, pari Sexto.
    - *Media*, Thoracis vertebræ, nō tā laxè, tum costarum ipsis adnexarum necessitate, tum musculorū. Itaque
      - *Flectuntur* nullo proprio musculo, sed procedens inclinat nonnihil
        - Pars ipsius
          - *Superior*, cum primo musculorum pari ceruix in flectitur.
          - *Inferior*, ad lumborū flexū.
        - *Totum*. Rectis abdominis musculis thoracē deorsū trahentibus.
      - *Extenduntur* communiter cum lumborum vertebris: pari Sexto, & Septimo, & priuatim Septimi parte superiori, quam octauum facit mus. Vesal. Fall.s plures huius musculi portiones statuit.

DIGITOS manus mouēt musculi in ipsorum ossa inserti, & qui postbrachialis ossibus circa radicem digitorum inseruntur vel adnascuntur, Vt dicetur. Horum notatur

- *Situs.* Suntque vel in regione
  - *Cubiti*, tendinibus tantum per manū ad digitos perducti. Hi quamagni esse debuerūt hic locati sunt, ne manū infarcientes motū illius impedirent. Horū in singulis cubitus vni. Residentque in sede cubiti
    - *Interna* tres, ductu se se similes. Quorū
      - *Ampliores* duo sunt: PRIMVS, Ta.18 ω, elatior, sub brachialis secundo, & iuxta brachialis primum musculum situs. Dein SECVNDVS: qui primo, toto ductu, corpore & tendinibus ipsius ad insertionem vsq;, substernitur. Hi Ta.19 Z.
        - *Carnosi* sunt per totam cubiti longitudinem & latitudinem quatenus ad
          - *Humerum* exoriuntur, angustiores sunt. Primus à humeri tubere interiori, sub musculis illic brachialis & pronatore enatus. Secundus paulo humilius, ab vlnę processus radice ad mediam cubiti sedem vsq. progressus, atque adhuc vlnæ adnatus. Ta.18 λ & 19 a.
          - *Vlna* medium contracti sursum, in quatuor carneas portiones desinunt, quæ sensim collectæ tendines proferunt.
        - *Tendines* quatuor proferūt teretes, intra brachialis tardicem. Qui Ta.18 μ. 19 β.
          - *Manum* subeunt, sub transuerso brachialis ligamento, mucosa membrana simul cohærentes. Inde diducti, singuliq. eadem mucosa membrana inuestiti, ad digitos feruntur.
          - *Digitos* per transuersum quoq; ligamentum accedentes, nullis tamen tunc mēbranis inuestiti amplius, inseruntur radicibus ossium digitorum
            - *Secundi*, elatiores, sed prius latiores facti & diuisi, vt substratū transmitterēt tendinem, quo facto sursum extremitatibus sub tendine quem transmiserunt collectis, latè admodum implantantur. Ta.18 ο.
            - *Tertii*, Humiliores, per sectionem priorū tendinum, ne declinarēt, transeuntes, atq. inde ad insertionem transuerso ligamento obducti. Ta.19 γ δ.
      - *Angustior* numero TERTIVS. Pars quasi secundi musculi: cuius lateri superiori attensus, atque iuxta exortum ferè continuus existit. Hic Ta.18 ξ 19 H.
        - *Carnosus* per cubiti longitudinem fertur, radio ferè toto ductu, ligamentoque quod illum ab vlna separat adnatus, vti & vlnæ. cui ab initio, vbi radium admittit, quoq; connascitur.
        - *Tendinem* crassiorem proferens, eadem ratione cum enarratis ad pollicem vsq., ad sinum brachialis prius reflexus, sub musculis monticuli pollicis deducitur: cui traiectio ligamento nexus, tandem tertio ipsius ossi inseritur.
    - *Externa* quinque. E quibus
      - *Instrati* aliis sub cute statim duo: Quorum exterior, Crassior & teres, QVARTVS est, & gracilior QVINTVS huic attēsus, atque inter ipsū & brachialis musculum exortu & ductu repositus. Hi Ta.22 Z. ω.
        - *Carnosi* per totam cubiti longitudinem feruntur. Enati à humeri exteriori tubere, Ta.22 a c. vbi angustiores, vti & in cubiti fine, sunt. illicque crassior tres quoque carneas portiones efficit.
        - *Tendines* educunt iuxta brachiale. Crassior 3. Gracilior vnum, teretes primum sed statim latescentes. Qui
          - *Manum* subeunt, transuerso ligamento obuoluti, & sinibus radij vecti: ad digitos inde feruntur.
          - *Digitos* quatuor attingentes, per longitudinem mediam ipsorum perreptant, singulisque singuli tendines toto ductu adnascuntur: vt
            - *Tribus*, Indici medio & annulari tēdines tres quarti musculi. Ta.22 b.
            - *Minimo* tendo quinti musculi. Ta.22 d.
      - *Substrati* duobus his enarratus & brachialis tertio sunt 3. Qui partes sunt musculorum, quorum tres cōtinua serie ab vlnæ progressu, paulò sub medio ipsius lōgitudinis, lati & carnei prodeunt, & obliquè descendentes, radio ipsiusq; ligamento membraneo innituntur. Horum musculorum elatissimus ad Radiū pertinet, Ta.23 Λ. Reliquorum
        - *Inferior* in duas partes in progressu mox scinditur, duosq. nouos, vsus causa, musculos efficit, quorum humilior est SEXTVS, elatior SEPTIMVS. Tendines statim proferunt, ille duos, hic vnum. Qui Ta.23 Π.
          - *Ducuntur* per sinus radij appendicis, vbi ligamentis vinciuntur & per manum, ad tres digitos.
          - *Inseruntur* digitis
            - *Humilior* Sextus: Indicis & medii radicibus. Ta.23 p.
            - *Elatior* septimus: Pollicis vniuersæ longitudini. Ta.23 ο.
        - *Superior* seu medius inter tres, exortu amplo, vbi brachialis musculo instratus est duas promit portiones, quarū superior ad Brachiale pertinet. Ta.23 k. Inferior maior, sursum diuiditur in duas carneas portiones, quæ tamen cum vnum vsum præstent, vnius musculi loco OCTAVI recensentur. Horum Tendines duo quos educunt, Ta.23 Z.
          - *Ducuntur* iunctī cum superioris portionis tendine, proprio sinu appendicis radij, ligamentoq. vecti, ad pollicem.
          - *Inseruntur* inuicem separati, externa sede,
            - *Breuior*, Postbrachialis ossis pollicem sustinentis radici. Ta.23 m.
            - *Longior*, Pollicis vniuersæ longitudini, postbrachialis autē ossi subiecto mēbranosis nexibus tantum cohærens Ta.23 n.
  - *Manus.* Vide MANVS.
- *Functio.* Vide FVNCTIO.



MANVS sedem occupant Digitorũ musculi, quos non tam magnos esse necesse erat. Sũt q̃, breues musculi sed carnosi. Ves. X X. Fal. V I. addit, alij quos Vesalij musculos in plures diuidẽs Horum alij du ctu sunt

- *Recti*: Vt qui adnascuntur
  - *Tendinibus* quatuor secundi musculi digitorum. Suntque QVATVOR musculi. Qui singuli in manus vola siti Ta. ∫ ∫, 20 f.
    - *Attenduntur* interiori tendinum lateri mucosæ membranę ad digitos vsque.
    - *Inseruntur*, membranei nonnihil, Digitorum ossium primorum interno lateri, paulò suprà ipsorum cum postbrachialis ossibus articulum.
  - *Ossibus* postbrachialis quinq.: quorum
    - *Internallis* quatuor, OCTO Interossales dicti innascuntur musculi, in singulis scilicet bini: Qui volam magis quam superficiem externam manus respiciunt, & Ta. 21, Δ.
      - *Connascuntur* vtrinque lateribus dextris & sinistris postbrachialis ossium, tota ipsorum longitudine.
      - *Inseruntur* Digitorum primorum ossium lateribus, versus volam tamen magis spectantibus, quilibet in suo latere.
    - *Lateribus* vtrinque extremis alij adnascunt musculi. Scilicet in manus latere sub
      - *Pollice* vnus. Liuidus, Veneris monticulo vicinus. Quem Fall. triplicem statuit, cum in tres partes nonnihil possit diuidi. Hic Ta. 16 p.
        - *Adnascitur* lateri externo ossis postbrachialis quod pollicem sustinet, nerueo exortu a ligamento transuerso prodiens.
        - *Inseritur* Tendine in Pollicis radicem, eo latere, quo ad ipsum ducitur. Quod tribus tendinibus fieri existimat Fallopius.
      - *Minimo* Duo. Quorum
        - *Gracilior* respondet dictis musculis, qui interualla postbrachialis opplent. Ta. 16 ∫.
        - *Crassior* Muris formam exprimens, Lunæ monticulum vocatum efformat, & à quarto brachialis osse ad paruum digitum ducitur, ipsiusque lateri inserit. Ta. 14 q, 16 r 17 e.
- *Obliqui*: quorum
  - *Elatiores* Mõticulum Veneris appellatũ efficiũt. Horum
    - *Obscurior* sub Cute est, Quem Fallopius Carnem quandam ex musculis constantem, panniculoque carnoso adhærentem esse statuit, quæ transuersim ad latescentem manus volæ tendinem inseratur.
    - *Insigniores* Duo. Alter superior crassior, Ta. 16 q, 19 u. alter sub illo occultatus gracilior. Ta. 19 λ 20 4 Qui
      - *Ducuntur* à transuerso brachialis ligamento, crassior, & ossa brachialis, tenuior musculus, obliquè sursum.
      - *Inseruntur* Postbrachialis ossis pollicem sustinentis longitudini toti, crassior, mediæ verò tantùm, gracilior musculus.
  - *Profundiores* Tres statuit Vesal. Fall. 3 alios infima sede his adnatos addit. Qui Ta. 10. ch. 1, 2, 3.
    - *Ducuntur* ad lineæ vitalis circumscriptionem, tanquam à quarta circuli parte, ad pollicem veluti ad centrum, seriatim. Atque ex iis elatiores tres, trãsuersim ferè à postbrachialis ossibus, quę medio & annulari subsunt, longitudine progrediuntur. Reliqui vero tres, sub his à brachialis ossibus tribus externis, & ligamento illic transuerso producuntur.
    - *Inseruntur* Tendinibus latiusculis, in pollicis radicis interiorem sedem mediam, & vtrinque iuxta hanc positam: quatuor superioribus musculis in vnam chordam desinantibus.

FVNCTIO. Mouent Digitorum internodia, utq; cum ipsis Postbrachialis ossa nō nihil, quibus adnascuntur, maximè illud quod pollici subest, variè, ob varios articulos: cum prima ossa inarticulent, vt & illud quod sub pollice est, reliqua ginglimo iungantur. Vnde mouentur in

- *Longum*, seu antrorsum & retrorsum, Omnia quinq; digitorum ossa, cum ad apprehensionem rotundarum præsertim rerum hinc maximè esset necessarium. Non tamen eodē ductu, cum Pollex instar alterius manus cęteris digitis opponat: ità, vt ille suo ductu longo ad interiora & exteriora potius feraf. Perficiuntur autē hi motus, cum
  - *Flectuntur*
    - *Quatuor* digiti, antrorsum versus brachiale, diuersa tamen ratione. Nam ossa ipsorum
      - *Extrema* & Media, hoc est Prima & secunda, ginglimo coarctata, vt vehementer flecti possent, atque ita digitus egregiè incuruati, Rectà tantum flectuntur, nō obliquè. Vnde neque vnius musculi opera id fit, sed duo ipsorum ossa binos musculos exigebant, longos & validos, qui idcirco in cubito sedem obtinuerunt, atque singulis ossibus vnum validum tendinem transmittunt: Vt qui flectit ipsorum os
        - *Secundum*, numero PRIMVS, ex amplioribus: qui secunda quatuor digitorum ossa quatuor tendinibus flectit Rectà.
        - *Tertium*, numero SECVNDVS, ex amplioribus; qui quatuor tendinibus, quib[9] primi musculi tendines perforat, tria quatuor digitorū ossa flectit Rectà.
      - *Infima* seu Prima postbrachialis ossibus inarticulata, licet tendinum etiam enarratorum beneficio, simul quoque dum agunt, præcipuè, meo iudicio, trahantur: Verum cum non rectà tantum, sed & obliquè flectantur, idcirco aliis musculis in manu repositis eguerunt, minus validis, sed pluribus, cum ad singula ossa, obliqui motus causa, bini ferantur. Vt idcirco sint ad Prima digitorum ossa Octo musculi, in interuallis postbrachialis ossium sub illis positi, qui in latera ossium inserti, flectunt Rectà, vtrusque lateris, vel obliquè, alterutro ex musculis agentibus.
    - *Pollex* introrsum versus reliquos digitos, diuersimodè. Nam os ipsius
      - *Extremum*, eadem ratione qua & tertiū digitorum, ginglimo iunctum, vt valide flecteretur, Rectà tantum flectitur, musculo valido, quoque in cubito sito: numero TERTIO angustiore tamen, cum vno digito tantum subseruiat, vno quoque tendine pollicem accedens.
      - *Inferius*, & cum illo postbrachialis os pollici subiectum, licet tendine tertii musculi quoque, dum trahit primū os, flectantur Rectà, vt simul obliquè quoq; ducerenf huc illucúe, dum flectuntur, paruis opus habuerunt musculis, in manu positis: qui Rectà, si vtrinq; laborent, illum flectunt, vel obliquè, alterutro agente: idq; ob postbrachialis ossis cum brachialis osse inarticulationem. Hoc præstant musculi obliqui in manu positi, tum
        - *Profundiores* tres, & Fall. tres, in Pollicis radice inserti.
        - *Elatiores* duo: Postbrachialis ossis longitudini adnati
  - *Extenduntur* digiti in rectam duntaxat lineam vel paulò vlterius. Sic quando extenduntur
    - *Quatuor* digiti retrorsum, tunc omnia tria ipsorum ossa simul trahuntur, Rectà tantum. Atq; idcirco singula ossa singulos, vt inflexione, musculos minimè requirebant, sed sufficiebat vnus ad tres digitos, dein ad minimum alius, cum sit extremus omnium. Licet Fallopius extrema duo quatuor digitorū internodia, musculis octo intercostalibus, & illis quatuor qui tēdinibus in manu adnascuntur extēdi existimet, eorumque tendines per latera digitorum extrorsum duci, & tendinibus horum musculorum permisceri, obiterq; duntaxat ad latera digitos ducere. Quod tamen eum non idem in pollice fiat, non videtur probabile: sicuti illud, quod hi musculi validi, qui in cubito iacent, tria digitorum ossa simul recedunt, id præstent. Vt qui extendit
      - *Tres* digitos: Indicem, Mediū, Annularē, etiā hos, numero QVARTVS: qui tribus tendinibus tres digitos extendit Rectà.
      - *Minimum*, Graeci hos, numero QVINTVS: qui vno tendine illum Rectà extendit.
    - *Pollex* extrorsum, tunc bina illius ossa, vnà cū postbrachialis osse illi subiecto, simul Rectà & Obliquè, cū inarticulentur, mouenf. Duobus idcirco musculis opus habuit, minus tamen validis, cum sint portiones musculi in cubito obliquè ab vlna prodeuntis, qui tendinibus suis in primum & secundum pollicis os, & illud quod illi subiicitur inserunf. Veluti numero Septimus & Octauus: qui dū ambo simul agunt pollicem extendūt: septimo verò solo agente, extendit obliquè ad indicem: Ab indice vero obliquè si octauus agat.
- *Latus* vtrumq;, seu externum & internū, in magnarum rerum apprehēsione, vt digitos procul in uicem diducamus. Quod tantum in primis illius ossibus accidit (licet & reliqua sequi necesse sit) ne sup. articulorū flexio fieret inualida. Sic
  - *Quatuor* digiti, causa primi ipsorum ossis inarticulati postbrachialis ossibus, in lat[9] mouenf, vel
    - *Externum*, siue à pollice abducuntur, musculis duobus: Hic enim tursum, vt in extensione, Minimus priuatum sibi à cæteris vendicat, qui in manu latitat, alter verò Obliqui in cubito latentis portio est: vt qui pertinet ad
      - *Duos* digitos, Indicem & Medium, numero SEXTVS.
      - *Minimum*, In latere postbrachialis ossis, sub ipso crassior apparēs: numero SEPTIMVS.
    - *Internum*, siue ad pollicem adducūtur. Singuli proprio musculo, exiguo ob id, & in manibus sito. Hi sunt Quatuor, qui quatuor Tendinibus secundi musculi adnascuntur.
  - *Pollex* causa Postbrachialis ossis ipsum sustinentis, ad latus vtrunq; musculis duobus in manu positis mouetur, qui licet secundo ipsius ossi quoque inserantur, eum tamen hoc os lati sui capitis causa ad latus minimè ducatur, sed tantum causa articuli postbrachialis ossis cum brachiali, vniuersus pollex dum in medio ipsum hi musculi trahunt, in motu sequitur. Sic pollex
    - *Abducitur* à exteris, musculo qui latus externū pollicis occupat, quem Fall. triplicem statuit.
    - *Adducitur* indici, musculo in interuallo Pollicis & Indicis sito.

MANVM

MANVM integram mouēt musculi in brachiale & postbrachiale inserti. Sūt autem 1 2 3 1 integri, & portio quædam musculi. Item ille qui cutem manus volæ mouere dicitur, quem nos huc quoque referimus. Horum notatur

- *Situs.* Hi sub cute ferè occultātes, per cubiti longitudinem ducti, sedem ipsius occupant, alij
  - *internam* Tres, ab inferiori humeri tubere acuto principio exorti, dein quoque crassiores facti, & rursum versus brachiale angustati, atque ante ipsius articulum in tendines desinentes. Horum
    - *Ampliores*, duo quorū alter in brachij sede se cè
      - *Inferiori*: numero PRIMVS. Ta.17 Σ, 22 Σ.
        - *Ducitur* Rectà ferè, in vlnæ sede, cui scribentes innitimur, toto progressu illi adnatus, inter musculus digitorum primum, & manus tertium, quorum lateribus vtrinque adhæret. Ta.17, à γ, ad δ.
        - *Inseritur* Brachialis ossi quarto Recto dicto, ligamentis illius articuli illic conuexus, & membrana communi tao cum obuolutus. Ta.17 δ.
      - *Media* numero SECVNDVS. Ta.16 Δ.
        - *Ducitur* obliquè sursum versus pollicis radicem, ab inferiore sede, primo digitorum musculo instratus. Tab.16, à f. versus g.
        - *Inseritur* Tendine, quem ante brachiale educit, non brachiali, quod præterit, sed Postbrachialis ossis radici, quod indici præponitur, latescens, & transuerso ligamento illic quoq; adnatus. Ta.16, à g, versus o.
    - *Gracilior*, musculus CVTIS MANVS VOLAE, insertionis causa dictus, qui interdum abest, inerti illius portione quadam a tendinibus brachialis musculis progressa, & transuerso nonnunquam ligamento, tenente. Hic & geminus à Ves. repertus, in medio duorum brachialis, primi & secūdi, musculorum fertur, quibus & exortu neruo so instratus, & Ta.16 n.
      - *Ducitur* obliquè ab interioribus versus medium volæ manus.
      - *Inseritur* Tendine, quem ante mediū cubiti longitudinis educit, in manu latescente, Cuti manus volæ mediæ tantum, cui fibris connascitur, & digitorum internæ regioni nonnihil, vt & ligamento transuerso aliquo modo brachialis, si gemini sint musculi. Ta.16 k l.
  - *Externam*, Duo. Excepta parte musculi ea, quæ à digitorū musculis dictis abscedēs, vt dictū tendine in brachialis os pollici subiectum sede externa inseritur. Ta.23 k. Reliquorum duorū, alter in sede
    - *Media*, n° TERTIVS: ab humeri superiori tubere, sub alijs illic quoque enatus, ossi proximus, & vlnæ posteriori processu enascitur, & Ta.22 Λ.
      - *Ducitur* obliquè deorsum versus minimi digiti radicem, instratus iuxta exortum radij supinatori musculo, inter primū brachialis, & octauum digitorum musculos deductus. Ta.22 a c. deorsum.
      - *Desinit* in Tendinem ante brachiale: qui per vlnæ sinum vectus, & ligamento vinctus, Postbrachialis os minimo subiectum accedit, cuius radici inseritur. Ta.22 d.
    - *Superiori* n° QVARTVS, Longissimus, supra elatius ipsius tuber ferè à medio humeri longitudinis progressus, ab acuta ipsius linea. Ta.22 Υ, 23 f. 24 Λ.
      - *Ducitur* Rectà ferè deorsum, humero ab exortu proximus, inde principijs musculorum, iuxta superius humeri tuber exortis, instratus, postea radio attensus. Ta.24 ab i. ad k.
      - *Desinit* in Tēdinem bicornem, sub medio radij, latiusculum, vt minus sub cute conspicuus esset. Hi iuncti ferè, in radij appendice sinu vecti & ligamento, cum illo qui pollici inseritur, vincti, inde distātes, in Postbrachialis ossium radices, indicem & medium sustinentes inseruntur. Ta.24 à k ad l.
- *Vsus.* Mouent manū totam, tum hi qui in brachiale, quam illi qui in postbrachiale inseruntur. Nam hęc duo sinarthrosi iūcta separatim via mouentur. Brachialis verò articuli causa cū radio inarticulato manus manifestè mouetur, non in gyrum, cum sit ublongum caput, & sufficeret radij causa manum pronam & supinam fieri, sed in
  - *Longum*: seu rectum validè, æqualem angulū efformans: tam eum
    - *Antrorsum* flectitur, Musculis internam cubiti sedem locatis: vt
      - *Amplioribus* duobus maximè, Primo & Secundo.
      - *Graciliori* quoque in Cutem manus volæ inserto. Qui ad flexionem manus, meo iuditio, quoq; opitulatur, maximeq. ad cauam manum efficiendam, cum postbrachialis ossa, cutem ipsis adhærentem trahendo, simul colligat, Neq. enim ossibus, iam alijs musculis occupatis, inseri potuit. Hoc illius munus, ipso absente, brachialis musculi, qui huc tendines mittunt, obeunt.
    - *Retrorsum* extenditur, musculis externam cubiti regionē occupantibus: vt Tertio & Quarto. Quibus portio musculi digitorum simul auxilio est.
  - *Transuersum* seu latus, non tam validè, ob longum sinum radij. Quod præstant non priuati, sed iam enumerati musculi, quibus ducitur in latus Internum. si interior & exterior, qui indicem spectat, numero Secundus & Quartus, reliquis laxatis cōtrahantur: vel in latus Externum versus minimū, si interior & exterior, numero Primus & Tertius, reliquis quiescentibus, laborent.

- **RADIVM**, seu superius cubiti: mouent musculi IIII, Quorum notatur
  - *Situs*, Quo Cubiti
    - *Totam* longitudinem in Externa sede peruadit numero SECVNDVS: magnam humeri quoque partem, à cuius medio ferè prodit, occupās, omnium ob id in cubito musculorū longissimus. Ta. 25 o. Qui
      - *Ducitur* Rectà deorsum per humerum & cubitum, radio instratus: contiguus musculo brachialis quarto. Ta. 25, ab a, ad b.
      - *Desinit* in tendinem, circa radij finem latescentem: qui radij appendicis superiori regioni, versus interiora inseritur. Ta. 25 b.
    - *Partem* duntaxat superiorē perreptant musculi duo, inferiorem vnus. Breuiores ob id, nec in tendines desinentes. Ex his,
      - *Transuersus* latus & quadratus exactè: numero PRIMVS: in interna cubiti sede brachiali proximus inuenitur, & ab vlnæ illic infimæ longitudine in radij internam sedem inseritur. Ta. 20 x.
      - *Obliqui* duo. Latibgura & ductu similes, partem cubiti humero proximā amplectantur: alter
        - *Internam*, numero TERTIVS: ab humeri inferiori tubere, & vlnæ parte prodiens, radiumque conscendens: cuius mediæ longitudini carneus & partim neruus adnascitur. Ta. 20 Q. 19 x.
        - *Externam* numero QVARTVS. Principium est clarius, quod ab vlna iuxta articulum cubiti & à ligamento ossa duo cubiti intercedēte prodiens, obliquè radio applantatur, iuxta tertij musculi insertionem: minus tamen lato fine. Ta. 14 m, 23, 25 A.
  - *Functio*: Quę est vt radium mouerent. Mouetur autem vel
    - *Priuatim*, quiescente vlna, causa ipsi⁹ articuli, tū superioris cū humeri capite, tū inferioris cū brachiali (cuius vniuersus articulus ferè ad radium pertinet) tum vtrinque supra infraq́, cum vlnæ commissuris in pronum & supinum: idq́ue vt manus tota, quam solus ferè radius excipit, in gyrum moueret: cum nulla aliàs ipsius manus ossa circunducant, ne robusti essent ipsius articuli, sed manus ad radij motum duntaxat circunducatur. Itaque mouetur tota manus, vel in
      - *Pronū*: radio introrsum adacto interioribus musculis duobus, quorum numero
        - *Primus* brachiali proximam partem radij trahens, Pronator primus appellatus.
        - *Tertius*: humero vicinā radij partem mouet, Pronator secundus dictus.
      - *Supinum*, radio extrorsum adacto, exterioribus musculis duobus, quorum numero
        - *Secundus*: inferiorem radij partem supinat, & Supinator primus dicitur.
        - *Quartus*: superiorem radij sedem inuenit, Supinator secundus nominatus.
    - *Communiter* cum Vlna (ipsius articuli cum humero occasione) in Rectum. Cum totus cubitus flectitur & extenditur: sicuti in cubiti musculis iam explicabitur.

CVBI-

CVBITum mouent musculi v. Quorum notatur

- *Structura.* Hi à scapula & humero exorti, sedem humeri occupant
  - *Internam* siue anteriorem duo, alter
    - *Elatior:* n° PRIMVS, ante sectionem etiam in musculis conspicuus. Carnosus enim est, liuidus & teres: Hic Ta.18 f, 19 n.
      - *Exoritur* duobus validissimis & mutuo distantibus principijs: vt neruum brachij & musculorum in anteriorem insertiones transmitteret. Horum
        - *Externus* gracile, neruerum, teres. Prodit ex ceruicis scapulæ sede superiore, seu supercilio ipsius acetabuli: & sub ligamento transuerso humeri articuli delatum, super humeri caput (cui tamen minimè adnascitur) in anteriora prodit. Ta. 19 m.
        - *Interius,* parte
          - *Elatiore* neruerum: ab interni scapulæ processus apice in posteriora procedit. Ta. 19 n.
          - *Profundiore* carneum: ab eodem processu sub apice exoritur, & deorsum delatum sub humeri articulo, humero lato spatio adnascitur. Asperitatem illic cui committitur, obtinens. Ta. 19 o.
      - *Desinit* in Tendinem crassum, paulò supra cubiti articulum: qui in cubitum deductus Radij, interioris partis processui illi extructo inseritur. Nonnihil & ligamento illius articuli adnatus. Ta. 19 q.
    - *Profundior:* n° SECVNDVS, Primo succumbens, quo & breuior. Totus carnosus, mediam inferiorem humeri longitudinis sedem proximà amplexatur, illiq; adnascitur Hic Ta. 20 P, 21 r.
      - *Incipit* in humeri medio, ad latus transuersæ insertionis secundi humeri musculi, duobus exortibus, in vtroq; humeri latere. Ta. 24 I M.
      - *Desinit* circa articulum cubiti: vbi admodum extuberat, & ligamento articuli, atque anteriori vlnæ & radij sedi adnascitur. Ta. 21 N.
  - *Externam* totam, tres, siue potius moles quædam Carnea insignis, Humero proximè toto ductu adnata. Quæ 3. musculorum loco recensetur. Cuius pars
    - *Superior* tribus partibus constituitur: Quarum
      - *Elatiores* duæ longiores, exortu neruoso. E quibus alter latus musculus magis occupat
        - *Internum,* n° QVINTVS: ex scapulæ humiliori costa enatus, sinum illic peculiarem pro ex ortu obtinens. Ta. 22 T, 23 a.
        - *Externum,* n° TERTIVS: ab humeri ceruicis posteriori sede productus. Ta. 22 S, 23 b.
      - *Humilior* numero QVARTVS: breuior, sub primo situs, paulo supra humeri medium prodiens. Ta. 25 X.
    - *Inferior* ex tribus illic partibus mutuò congressis efficitur, vnusq; veluti fit musculus: qui sensim neruosior factus, & liuidus, inseritur Vlnæ processui posteriori, quem totum ambit & amplectitur.
- *Actio:* vt Cubiti ossa bina vlnam & radium, inuicem nexa, simul mouerent. Mouetur autem cubitus totus
  - *Per se,* motu Recto duntaxat. Vlnæ enim cum humero articulus ginglimo perficitur. & interim radius licet in gyrum ducatur, ità tamen est humero articulatus, vt simul cum vlna ad humerum recto motu agatur, cum cubitus
    - *Flectitur:* acutum efformans angulum: quod fit duobus musculis internam humeri sedem occupantibus vt numero
      - *Primo,* qui & musculus cubitum flectens Anterior dicitur.
      - *Secundo,* qui musculus cubitum flectentium Posterior appellatur.
    - *Extenditur* in Rectam duntaxat lineã, processus vlnæ gibberi causa. Sufficiebat enim humerum retrorsum ad dorsum duci. quod fit musculorum dicta mole, quæ facit Tertium, Quartum, Quintum, cubiti musculos.
  - *Per accidens* ad motum humeri, tum in Latera & Gyrum. Ne articulus cubiti cum humero, quem validissimum esse oportuit, si rotundum caput habuisset, fieret inualidus.

TIBIAM mouentium musculorum, alij mouent

- *Integram* illā, ambo illius ossa simul. Suntque IX, Quorū notas
  - *Structura.* Exoriuntur ex coxa pleriq; duo tantum ex femoris superiore parte. Suntque oblōgi, atque occupant suo corpore femoris
    - *Latus* Internum exactè tantùm vnus (nam qui externum occupant, maiori sua parte anteriorem & ferè posteriorem sedem obtinent) numero SECVNDVS, longus, crassus versus exortū: qui nullo obtectus ferè adipe ante dissectionem, in mulieribus maximè, diductis cruribus conspicuus, cum neruosior sit in illis. Hic Ta.22 y.
      - *Prodit* amplus & neruosus, cum suo pari in exortu contiguus, toti commissuræ ossiū pubis adnatus, sed mox carnosus factus, rectà descendens, ad internum femoris caput vsque sensim angustatus.
      - *Promit* Tendinem supra genu, qui Tibiæ inseritur, iuxta primi musculi insertionem, posterius tamen: cedens primi musculi tendini.
    - *Posteriorem*, Tres inuicem accumbentes, è quibus elatiores duo, numero TERTIVS, Ta.23 φ. interior & QVARTVS, Ta.23 ψ. exterior, geminus quasi, carnosa parte in descensu adauctus. Profundior est QVINTVS, Ta.23 ω, 24 ψ. substratus tertio, atq; illi se applicans toto ductu, vt vnus quasi appareat esse musculus, cum imprimatur, vbi alter exuberat, Ta.24 f. crassescat, vbi alter extenuatur. Hi
      - *Exoriuntur* simul ab infima coxendicis appendicis sede, sub clunibus, angustioribus principiis, sed neruosis, Ta.23, 24 v. Tertius elatiori sede. Quartus sub tertij nonnihil principio, atque inter hos Quintus, qui longo ductu neruosus, præ cæteris totius corporis musculis manet. Hi ductu deorsum obliquè nónihil ad latera genu ducuntur.
      - *Desinunt* circa genu articulum in Tendines, quorū referuntur ad
        - *Tibiam* duo, nempe Tertius & Qointi tendo: qui iuxta internum femoris caput versus anteriora reflexi, Tibiæ inseruntur ea regione, qua primus & secundus implantantur, sed elatius paulò Quinti tendo, humilius vero Tertij, qui longissim', ad medium tibiæ vsque descendit. Ta.23 f, 24 o.
        - *Fibulam*, Quarti musculi tendo. Qui iuxta externum femoris caput, in sinu oblongo ligamento vectus, Fibulæ processui illic implantatur. Ta.23 iuxta d.
    - *Sedem* magna ex parte
      - *Anteriorem* Quinque. E quib' alij
        - *Instrati* aliis, sub cute statim occurrūt. Qui simul in Iliū ossis spinæ sede anteriori, vicinis principiis iisque acutis producūtur. Reliqua sede admodū variant, cum alter sit
          - *Longissimus*, numero PRIMVS, sed gracilis, latus tamen. Hic T.14.0, 16 Σ.
            - *Ducitur* obliquè, musculis instratus, versus interiora & posteriora, ad internum femoris caput vsque, inde rursum ad interiora reflectitur.
            - *Desinit*, sensim gracilescens, circa genu in Tendinem, Ta.16 t. Tibiæ ossi ad internum latus acutæ lineæ insertum. Ta.16 μ.
          - *Breuis* numero SEXTVS. Qui ad regionem coxendicis articuli tantū extremos peringit. Ta.16 x y. Inde statim membranā profert amplissimā lōgissimā, crassiorem circa mediū, in extremitatibus tenuiorē. Ta.16 ✦. Quæ
            - *Obtenditur* musculis femur amplexantibus, sede anteriori totaq; exteriori & posteriori quoque.
            - *Inseritur* in Tibiæ sedem anteriorē & exteriorem, genu articulum illic obuoluens.
        - *Substrati* dicti, Tres insignes, in vnum Tēdinem desinentes iuxta genu. Qui patellæ anteriori sedi adnatus, transcēdes articulum, sub ipso statim, Tibiæ anteriori sedi validissime inseritur. Ex his musculis
          - *Elatior* alter, numero NONVS, in medio anterioris sedis positus, Piscem appositè ob caudam latam refert. Ta.17 ✦.
            - *Oritur* ex Ilium ossis tuberculo, anteriori sede prominente. Ta.17, c.
            - *Ducitur* Rectà deorsum per anteriora femoris in medio, sensim crassescens, postea rursum angustatus, & in tendinē occultò supra genu finit. T.17 w.
          - *Profundiores* duo, femoris ossi proximè adiacentes, a quo & prodeunt, vtrinq; extuberantes, in medio sinum efformantes liuidum, cui nonus musculus incumbit. Ta.18 inter o & z. Horum
            - *Exterior* numero SEPTIMVS, Radicis magni femoris processus in orbē adnatur, inde circa omnem nexū, totum externum femoris os amplectitur, & magnā posterioris eius partis sedem, vt & anterioris, nisi qua illic portione sua aliqua octauo musculo inseruitur. Ta.17 & 18 Λ.
            - *Interior* numero OCTAVVS. Totam propemodum femoris ossis amplitudinem proximè obcingēs, à ceruice & magni processus radice, ad femoris inferiorum capitum radicem vsque, quam non integit. Vti & sede posteriori, tum etiam in ora femoris medium, nudam relinquit lineam. Ta.17 & 18, o z.
  - *Functio*. Vide FVNCTIO.
- *Partem* illius duntaxat, seu vnicum os, Tibiæ os dictum. Vide OS TIBIAE.

FVNCTIO Tibiæ musculorũ est, vt tibiæ bina ossa.i. tibiæ os & fibulã simul moueant, vnà cum pede. Mouetur autẽ motus iisdem generibus quibus & cubitus, pluribus tamen musculis, cum in statione maius robur requiratur. Moueť itaque vel

- *Per se*, non femoris ratione, sed eo vť peorsus immoto, vel simul moto. Recto motu tantùm, ipsi' articuli per ginglimum cum femore iuncti causa. Perficiť hic motus cum tibia rectissimè tantũ (etsi Colũbus obliquè nonnihil etiam moueri laxi articuli causa velit) vel
  - *Flectitur*, seu in posteriora sursum adducitur, angulum acutum cum femore efformans. Perficitur hic motus musculis quinq; ferè simul agentibus, vix enim separatim mouet tibiam flectunt, ob ipsorum varietatem: tum in situ, cum non omnes posteriori sede locentur: tum ductu, cùm obliquè aliqui ferantur: tum insertione, neq. enim in tibiæ posterioris medium, sed vtrinque ad tibiæ latera implantantur (quod efficit ossium situs compositionisque ratio, & femoris capitum præsertim forma. Tamen recto tantum præsunt motui: vt illi qui inseruntur lateri ipsius
    - *Interno* in Tibiæ ossis acutam lineam, secundum ipsius longitudinem interni lateris exporrectam. In quam inseruntur musculi quatuor, tam qui femoris occupant
      - *Latus* Internum, numero *Secundus*.
      - *Sedẽ*
        - *Posteriorem* numero
          - *Tertius*
          - *Quintus*.
        - *Anteriorem* numero *Primus*: qui licet anteriorem sedem occupet, & obliquè omnino feratur, inserti onis tamen ratione tibiam flectit.
    - *Externo* in Fibulam: cui implantatur musculus sedem Posteriorem occupans numero *Quartus*. qui licet obliquo ductu feratur, tamen flectit, & ferè tantum flectendo efficit, quantum reliqui qui internum tibiæ latus tantum attrahũt, isto solum externum latus retinẽte: vnde & potens, carnosaque parte adauctus est
  - *Extenditur*, cum in anteriora post flexionem in lineam rectam cũ femore reducitur, vt dum recti stamus: cum sufficeret illi, cum vl terius ad motum femoris eleuari posse. Perficitur autem hic motus musculis anteriorem obiæ sedem occupantibus. Vel
    - *Primariò*, tribus: qui recto ductu per femoris anteriora delati, in vnum tendinem desinẽtes, quo patellam implicans, in tibiæ anteriora inseruntur. Vo numero
      - *Nonus*.
      - *Septimus*
      - *Octauus*.
    - *Secundariò*, vno qui numero est *Sextus*, & latissimam producit membranam, quæ cum tendinibus trium extendẽtium permiscetur, vnde extendentium numero merito adscribẽdus. Quanquam etiam insignem vsum femur ambientibus musculis, quibus obducitur præstet; eos transuersi cuiusdam ligamenti ritu sua sede continens: respondens membranæ quæ cubitum occupantibus musculis obnascitur, & forte nonnihil musculo latescentem tendinem producenti.
- *Per accidens*, tantùm femoris ratione, tibia per se vel simul flexa aut extensa, vel tantùm ad motum femoris ducta, tum in
  - *Latus*: Vix enim digna animaduersione in latus, præsertim externum, duci potest per se tibia, quicquid dicant: sinus enim tibiæ, cartilagine apposita profundiores fiunt, & ad latera cartilagines illæ ponuntur.
  - *Gyrum*: cum femur in exteriora vel interiora ducitur.

OS TIBIAE per se vno tantùm musculo mouetur. Qui

- *Situs* est in poplite, vnde & Poplitis musculus dictus est, sub musculis illicsuræ, ossibus proximè, in posteriori genu articuli sede adnatus. Hic breuis paulò longior quam amplus, & tenuis. T4.27 r.
  - *Oritur* à ligamenti, in externo genu articuli latere positi, posteriori parte, neruo principio, & sua amplitudine obliquè deorsum carnosus nonnihil versus interiora descendit. T4.27 b.
  - *Inseritur* iuxtà radicem appendicis tibiæ ossis, in ipsius posterioris sedis interiori latere, ampla insertione. T4.27 r.
- *Vsum* habet eundem quem superior radium in pronum mouens musculus, cui & omnino assimilis: vt pedem nimirum tibiæ ossi præcipuè inarticulatum, dum tibiæ os introrsum musculus hic adigit, introrsum nonnihil versus alium pedem circumuerteret. Qui motus tamen musculis pedis, vt illic dicetur, egregiè adiuuatur.

COXENDICIS sedem occupãtes Femoris musculi transuersi sunt, et pubis ossis foramen adimplent: Membrana inuicē, cui adnascunt, distincti: alter sede

- *Externa*, numero NONVS, Pyriformis: à circumferentia foraminis transuersim in exteriora, secundum posteriora acetabuli, & ceruices femoris superiora ductus, & in sinum illic magni femoris processus tendine amplo insertus. Ta.21 ✝.
- *Interna* in cauitate numero DECIMVS, varius, duplicatus quasi, cum ad exteriora quoq; pertingat, & partes illi aliæ musculosæ illic accedantur. Hic sede Ta.26 ν.
  - *Interna*, in Pelui coxæ latens, toti internæ ossis pubis & coxendicis sedi adnatus,
    - *Fertur* exemplo initio transuersim, ad sinum coxendicis posteriorem inferiorem, qui inter processum ipsius acutum, & appendicem inferiorem habetur, sensimque angustatur.
    - *Profert*, vbi sinum tangit, tendines tres (superiori sede carneus adhuc manens) qui ad sinum hunc ligamento obductum, tanquam ad rotulam circuacti, ad posteriora reflectuntur. Ta.26. ς τ u.
  - *Externa* seu posterior, tendinibus trib⁹ in vnum collectis tendinem profert, Qui Ta.25 α.
    - *Ducitur* transuersim ad femoris magni processus sinum, cui cū nono musculo implantatur.
    - *Inuestitur* Carnosis partibus, statim postquā reflectitur, exortis a coxendice, & ipsum ad insertionem usque comitantibus, Vt Ta.25 β γ, 26 x y z.
      - *Semper* suprà infràque, gracili vna: illum quo minus declinet tendo commodius vtrinque continens.
      - *Aliquando* in medio vna, ac si tendo post circumactum in ipsam immittetur.

VSVS, vt femur & per consequens tibiam & pedem mouerēt, vnde magni sunt hi musculi. Mouetur autem, rotundi sui articuli capitis occasiōe, omni motuū genere, vnde multis opus habuit musculis, quibus ducit cum in

- *Rectum*, tam in longum quam transuersum, non separatis musculis, sed qui simul vtrūque præstant. Fitq; hic mot⁹, tā in extensione quā flexu, in æquales angulos: Vt eum
  - *Extenditur*, vel
    - *Retrorsum* in posteriora, sursum nobis femur ferentibus, versus latus tamen exterius maximè: musculis posteriorem coxæ sedem occupantibus. E quibus extendunt
      - *Validè*, versus exteriora tamen
        - *Minus*, Primus.
        - *Magis*, Secūd⁹.
        - Qui simul & nates efformāt, quibus homo sedens cōmodè tanquā puluino innitit.
      - *Molitè*, versus tamē exteriora, adeo vt ad femuris circumactum pulchrè iuuent,
        - *Minus*, Tertius.
        - *Maximè*, Quartus.
    - *Deorsum* versus terram, nobis stantibus, musculo femur maximè occupante Quinto: cuius pars posterior rectis donata fibris, femur extendens, crus firmum stabilit, ac terræ affigit. Quod & anteriores ipsius partes, tamen versus interiora modicè præstant.
  - *Flectitur* Antrorsum, in anteriora sursum nobis femur deducentibus, versus latus interius tamen maximè (vt in extensione versus exterius ducebant) musculis anteriorem sedem occupantibus. E quibus flectunt vel
    - *Validè*, versus interiora tamen
      - *Magis*, Sextus.
      - *Minus*, Septimus. Qui duo ventris cauitatem occupant.
    - *Infirmè*, Quinti musculi portiones, à pubis osse natæ.
- *Gyrum* seu circumagitur, ac si baculum inter duas manus extensas repositum, alternatim in priora posterioraq; ductum, manibus circumuerteres. Circumagitur autem, vel ad
  - *Interiora* seu priora, Nono, transuersim sede posteriori sito, adiuuantibus partibus quinque musculi, à pubis osse productis.
  - *Exteriora*, seu posteriora
    - *Primariò* seu propriè, Decimo: qui in pelui coxendicis latens, tanquam ad rotulam in posteriora reflectit. Cuius actionem, ipsius partes iuuant, licet simul etiam ipsum in sua rotula ne declinet contineant.
    - *Secundariò*, Tertio, & Quarto magis adhuc: qui tamen magis extendunt, sed quia ad exteriora admodum ducunt, nonnihil circumagunt, infirmius tamen multò quā decimus, cui hoc munus propriè concreditum est.

PEDEM monent musculi VIII. & pars quædam musculi pro nono numerata. Horum consyderatur

- *Situs* & confirmatio. Locantur autem in tibiæ sede vel
  - *Posteriori*
    - *Maiores* tres, suram constituentes, crassi atque vbi se mutuò contingunt liuidi. Hi
      - *Ducti* per Tibiæ longitudinem recta deorsum versus calcem feruntur, crassi admodum, sed rursum angustati. Ex his
        - *Elatiores* duo longiores sunt, & duos vtrinque in sura prominentes ventres efficiunt conspicuos: numero PRIMVS & SECVNDVS, Ta. 25 Φ Ψ. Quorum singuli gemino quasi principio, partim carneo exteriore, partim neruoso interiore, Ta. 25 π ρ. à femoris capitum radicibus sui lateris exorti, alter latere externo, alter interno, per genu articuli posteriora deorsum feruntur, simul in descensu connati. Tab. 25 T.
        - *Profundior* QVARTVS, substratus dictis, crassissimus & latus. Enatus ex posteriori sede coarticulationis fibulæ cum tibia, atque hisce toto ductu incumbens deorsum fertur. Ta. 26 δ Ψ.
      - *Desinunt* singuli in tendines supra calcis regionem, Ta. 25 υ 26 κ. citius paulò exterior musculus: ex quibus omnibus vnus tendo crassissimus & validissimus fit, qui abscedens à tibiæ osse, propter calcem prominentem, Cauitatē efficit vacuam, qua lanii suspendunt pecora. Ta. 26 γ. Et postea calcis sedi vniuersę posteriori, asperę ob id & depressæ, implantatur. Ta. 26 λ.
    - *Minores* duo. E quibus
      - *Elatior*, numero TERTIVS, in poplite duobus primis substratus, breuis & gracilis, sed longissimum producēs tendinem. Hic Ta. 26 φ.
        - *Enascitur* ab externo femoris capite.
        - *Producit* tendinem mox sub genu gracilimum, obliquè deorsum ductum, quarto expansum, & validissime in progressu illi nexum, & tandem calcis interno lateri posteriori sede implantatum. Ta. 26 ʃ.
      - *Profundior*, QVINTVS, ossi proximus, spatio quo hęc ossa inuicem dehiscunt, & tibię ossi magna ex parte in longum incumbēs. Ta. 28 D.
        - *Adnascitur* toto ductu, posteriori membranei ligamenti sedi, ossa hæc colligantis, & interno fibulæ lateri. Ta. 28 E.
        - *Profert* in progressu tendinem ab interno ipsius latere: qui deorsum delatus, sinu sub interno malleolo vectus & ligamento transuerso obductus, obliquè pedis inferiora subiens, sub musculis illic latēs prorepit, & in tarsi ossis medij exterioris processum inferiorem interitur. Ta. 28, ab E ad d.
  - *Anteriori*: qui tamen latus externū magis stipāt (internum enim tibiæ latus vsque ad suram excarne est. Ex his autem proximiores
    - *Tibia*, numero SEXTVS, ad ipsius latus externum toto ductu positus, cui⁹ & vēter tibiam medio cedit, est. n. musculus qui lacertam appositè exprimit. Hic instratus musculis pedum digitorum, Ta. 16 Ψ.
      - *Progreditur* à sede superiori, vbi fibula tibiæ coarticulatur, inter tibiæ lineam promioentem, & septimum musculum, deorsum rectā prorepens. Ta. 16, à ξ ad κ.
      - *Finit* prius angustatus in tendinem, sub medium statim tibiæ, qui transuersum ligamentum subiens, per pedis interiora fertur deorsum, sinuq. illic in intimi ossis tarsi cum osse cymba ligamentum impresso, tantisper donec pedium attingat, sustentatus, ossis ipsius quod pollici subiicitur, processui interno inseritur. Ta. 16 à κ deorsum.
    - *Fibula*, externum latus tibiæ exquisitè occupantes
      - *Breuis* musculus num. NONVS: seu pars musculi pedis digitorum anterioris. Qui Ta. 17 Ω.
        - *Ducitur* ab huius musculi latere, iuxta medium tibiæ longitudinis, deorsumque fertur.
        - *Desinit* in tendinem qui transuersum ligamētum pedis subiens, & per superiora delatus, musculisque illic hærens, pedij ossi paruum digitum sustinenti iuxta superiorem ipsius sedem, bipartitus & latescens, inseritur.
      - *Longi* musculi duo. Vide LONGI.
- *Functio*. Vide FVNCTIO.

LONGI musculi anteriores pedis duo sunt. E quibus

- *Elatior*, numero SEPTIMVS, in externa sede commissus, Ta.19 Φ. Ta.28 V.
  - *Attensus* fibulæ externo lateri toto ductu, ab illius appendice prodit, vbi quartus tibiæ musculus illic inseritur, seu simque ampliatur, lividusque fit. Ta.19 ch.2,3,4.
  - *Educit* tendinem è medio fere ipsius corporis (quod privatim illi accidit) variè deductum unam & fertur ad pedis Ta.19.ch.5.
    - *Exteriora* primum obliquè, ad fibulæ appendicis posteriora reflexus, in sinu illic exsculpto, & ligamento ad os cubiti usq.
    - *Inferiora*, ab osse cubi reflexus denuò, in sinu quoque & ligamento, ad quæ dilatescens, & nonnihil cartilagineus euadens, obliquè introrsum sub musculis plantæ pedis, ad os pedis pollici præpositum circumducitur, cuius radicis processui, nonnunquam vero huic quod medio præponitur, inserit. Ta.28.fi.X Y.
- *Profundior* numero OCTAVVS, sub septimo prorsus occultatur illique similis, Ta.19 Υ.
  - *Attensus* fibulæ toto ductu, aliquantulum sub exortu septimi musculi incipiens.
  - *Emittit* tendinem in progressu, qui vnà cum septimi tendine, cui anteriori sede attenditur, ad summum malleoli externi quoque reflectit, & ad pedis priora rectà defertur, vbi pedis ossis paruum digitum sustinentis processui, lata & bicorni insertione, ne exuberaret, implantatur. Ta.19 ch.6. Ta.28 O.

FVNCTIO Pedis musculorū est, vt pedem vniuersum simul, perinde vt manus musculi manum, moueat: cum pes eodem modo, ipsius articuli, qui per talum cum tibia & calce illiq; adnexis ossibus fit, occasione moueatur, cum in

- *Longum* seu rectum vatidè admodum cum vel
  - *Retrorsum* extenditur, ex transuerso ipsius situ versus terram obliquè aliquousque ductus. Qui robustissimus pedis motus nobis euntibus vel saltantibus perficitur, calcem sursum in posteriora trahendo, & digitis pedum interim terram versus innitendo, quibus semel in vno pede factis, altero interim pede promoto, incessus successio subito fiat, & cum impetu quodam, saltus efficit: quem tamen calcis extra tibiæ rectitudinem prominentia posterior, & rotula tali calci affixa, tibiæque articulata egregiè adiuuat. Hæc autem præstant musculi tibiæ posteriores, è quibus
    - *Primarij* validissimè id præstantes magni sunt musculi, qui tibiæ ventrem seu suram efformant, atque vno tendine validissimo in calcem implantantur, quorum
      - *Elatiores* duo, vtrinque vnus, numero, Primus & Secundus.
      - *Substratus* in medio, Quartus.
    - *Secundarij*, minus validè id præstant, qui sub his iacent & minores longè ipsis existunt. Ex his rursum id agit
      - *Propriè* magis Quintus, qui in os iuxta cubi vicinum implantatur.
      - *Impropriè* magis Tertius, cum longo tendine in calcis interna feratur.
  - *Antrorsum* flectitur, seu ex obliqua illa dicta extensione, rursum in naturalem ipsius transuersum situm reducitur, vel paulò etiam vlterius in obliquum nonnihil eleuatur, tum in incessu tum saltu. Qui motus non adeò validus, vt is qui terram versus fit existit, vnde neque tam magnis musculis eguit. Hi anteriorem tibiæ sedem occupantes, hunc motū si simul omnes tendantur efficiunt. Præsertim tamē id præstāt
    - *Primariò*, qui anteriorem sedem rectius occupant, numero Sextus, Septimus.
    - *Secundariò*, qui in externo tibiæ latere magis positi sūt, Octauus & Nonus.
- *Latera*, & sic quoque nonnihil circumducitur. Qui motus cum nō sit tam validus, vix priuatis huic motui destinatis perficitur musculis (nisi quatenus tibiæ ossis musculus in poplite latens, hunc ex parte promouet) sed iisdem quibus in longum agebatur, vt in brachiali, simul etiam hac ratione, meo videre, ducitur in latus
  - *Exterius*, illis tantùm musculis qui in anteriori tibiæ sede positi externum latus exquisitè occupant, & ad externum malleolum reflectuntur. Vt Septimo & Octauo, vnà cum posterioris sedis musculo secundo, qui externum suræ ventrem constituit, agentibus
  - *Interius* Posterioribus musculis, Vt
    - *Priuatim* forte
      - *Tertio*, cum in internum calcis latus inseratur.
      - *Quinto*, cum iuxta internum malleolum ad pedis inferiora reflectatur.
    - *Communiter*, cum iam enarratis, tum Primo, qui internum suræ ventrem constituit, simul contractis.

  Vesalius existimat, si alternatim musculi anteriorem sedem occupantes cum posterioribus eo attrahantur, tūc in hoc illudue latus pedem agi.

DIGITOS pedis monēt musculi pauciores quàm in manibus, cū pollex non priuatim vt in manu moueatur. Horum describitur

- *Situs* & conformatio. Reponuntur itaque pedis musculi, partim in
  - *Tibia*, cuius longitudinē perreptant: alij sede
    - *Posteriori*, numero SECVNDVS, ternus Vesal & TERTIVS, secundus Vesalij (immutantes ordinem, vt tertius musculus ficuti in mano ad pollicē referatur) Hi sub musculis pedis suram constituentibus repositi, carnei & oblongi sunt, atque
      - *Oriuntur* à posteriori sede connexus fibulæ cum tibia, à quo deorsum vtrinq. feruntur. Quo ductu, numero secundus interno latus tibiæ, illi innixus, & sub secundo pedis musculo occultatus, quintoq. pedis instratus, peruadit: alter numero tertius, externo latere sub quarto pedis musculo toto progressu fibulæ attenditur. Ta.27 α, ς & ȝ, versus γ & ι.
      - *Emittunt* singuli tendinem ab interno ipsorū latere (carnei. n. ad calcem vsque, vti & quintus pedis musculus, manēt) qui in calcis interno latere sinibus duobus sustentati, & ligamento vincti perreptātes, pedis plantam petunt: vbi tēdo musculi Ta.27, ε, Δ.
        - *Exterioris* Tertij, inter musculos illic pedis medius obliquè introrsum ad pollicem fertur, illicq. ligamēto exceptus, in secundum ipsius os latescens inseritur. Ta.27, iuxta humilius Δ. Sed & hic tendo nonnunquam in planta pedis portiunculas tendinibus tertij musculi, cum quibus commiscetur, transmittit. Ta.28 Q.
        - *Interioris* Secundi sub cute plantæ obliquè antrorsum contendit, atq: dilatatus quatuor profert tēdines, qui quatuor pedis digitos accedēdes, sub primi musculi tendinibus latentes, ligamentisq. vincti, ipsorum sectionem permeantes, tertij ossis longitudini inseruntur.
    - *Anteriori* duo. Quorum alter
      - *Instratus* alteri DECIMVS QVARTVS, sub secato pedis musculo reconditus. Qui Ta.17 ✓, 16 ρ.
        - *Exoritur* à connexu tibiæ cum fibula sub genu, & rectà deorsum ad pedem producitur, nonum in progressu pedis educens musculum. Ta.17, à 10 versus 11.
        - *Profert* tendinem tunc tùm pedi vicinus est, qui in quatuor partes, transuersum ligamentum annulare tibię permeantes, diuisus, postquam pedis superiora adijt, iisdem diductis, quatuor digitorum toti longitudini latè nonnihil inseritur. Ta.17, ch.12.
      - *Substratus* huic ex parte est nº DECIMVS QVINTVS, ex parte vero externo illius lateri expor rectus. Qui Ta.17, ch.14.
        - *Adnascitur* pertinaciter toto ductu ligamento membraneo tibiā & fibulam intercedente, &, vti illud, ab externo latere versus anteriora ducitur.
        - *Educit* tendinem, permeantem annulare quoque ligamentum, & per pedis superiora ad pollicem ductum, cuius longitudini innascitur.
  - *Pede* Qui musculis in manu positis
    - *Non respōdēt*, suntq. duo: quorū alter locum haber in pedis
      - *Planta*, numero PRIMVS, in eo differens à primo digitorum manus musculo, quòd nō à tibia, vt ille à cubito, porrigatur, sed Ta.17, θθ.
        - *Adnascitur* toti inferiori pedis sedi, sub ligamento quod lati tendinis in manu vicem gerit, pertinaciter illi connato, à calcis ossis tuberculo, partim carneus, partim nerueus procedens, & ad pedis formā dilatatus, postremoq. in quatuor portiones discissus.
        - *Profert* à singulis portionibus tendines, ad quatuor sibi propositos digitos accedentes, quibus & vincti, donec sedici secundi internodij longa sectione, vt in manu, diuisi; & toti ossis longitudini inserantur.
      - *Gibba* sede, quam Rist Germ. vocant, secus ac in manu, vbi hæc pars excarnis, in pede autē musculosum quid cernitur, quod DECIMI SEXTI musculi loco haberi potest: nam Ta.18 ν.
        - *Obducitur* toti pedis superiori sedi, à ligamentis in latere tali positis obliquè versus digitos progressos, & in quatuor carnosas quoque partes diuisus.
        - *Promit* quatuor quoque tendines, ex quibus insignior pollici, reliqui indici, medio, annulari externo lateri versus superiora, implantantur, nonnunquam & minimo tendinem suppeditās.
    - *Respondent*, Vide RESPONDENT.
- *Functio*, Vide FVNCTIO.

RESPONDENT musculis in manu positis pedē occupātes musculi, situ præsertim, sed tantum rectis, nam obliqui in manu pollicis diuersi motus causa additi, hic desunt. Cæterū vt illis, sic & hic Recti adnascuntur

- *Tendinibus* secundi digitorum musculi: CARNEA quædam moles, quæ à ligamentis ossa tarsi nenectentibus producta, & tendinibus exporrecta, in quatuor musculos, quatuor digitorum interno quoque lateri inferios diducitur. *Ta.28,fi.1 x. Ta.27 μ ν.*
- *Ossium* pedij
  - *Inferiori* sedi. Carne quoq; quadam lata, secundum pedij longitudinem ducta, quę, quia vtrinq, tendinibus decem quinq, digitorum radicibus interno lateri inserit, DECEM musculorum loco haberi potest. *Ta.28,fi.1 Ta.27,β.*
  - *Lateribus* duo, Musculum verum exprimentes: quorum alter latere externo, DECIMVS SEPTIMVS *Ta.19,ch.8. Ta.12λ*: alter latere interno DECIMVS OCTAVVS. *Ta.19 χ,26 ρ.* porrecti, & a calce vtrinq, exorti: ille parui digiti, hic pollicis externis lateribus inferuntur.

FVNCTIO Digitorum pedis musculorū est: vt digitos qinq; pedis iisdē prorsus motibus agerent, quib. quatuor manus digiti docuntur. Cū pollex pari ratione cum cæteris moueat. Mouentur autem vel in

- *Longum* seu sursum & deorsū omnes quinq, digitorum articuli, Cum
  - *Flectuntur* versus terram, qui oseparatim singuli articuli mouentur, Vel
    - *Rectà* tantū, qui ginglimo coniunguntur: Vt internodia
      - *Media* seu secunda quatuor digitorum (pollex enim medio osse caret) musculo, qui non ex tibia (quemadmodum primus manus digitorum musculus ex cubito) porrigitur, sed pedis plātam occupat, Estq, numero Primus.
      - *Extrema* seu tria quatuor digitorum, & pollicis secūdum, duobus musculis in tibiæ posteriori sede sitis. Quorum alter pertinet ad
        - *Quatuor* digitos: numero Secundus.
        - *Pollicem*, licet & portiunculam ad vicinum mittat numero Tertius.
    - *Rectà* simul & obliquè infima seu prima quinq, digitorum internodia: Pollex enim primo suo articulo pari omnino ratione, cum primis reliquorum articulis marticulatur, eodemque modo mouetur. Hoc præstat Carnea moles ossibus pedij adnata, quę musculos supplet Decem.
  - *Extenduntur* in Rectam lineam, omnes tres articuli simul, musculis duobus, in tibiæ anteriori sede sitis: quorum alter refertur ad articulos
    - *Quatuor* digitorum: numero Decimusquartus.
    - *Pollicis* duos: numero Decimus quintus.
- *Latus* vtrunq;, musculis in pede locatis, qui prima ipsorum internodia & per consequens totum digitū ducunt in latus
  - *Externum* ab altero pede, Vel
    - *Communiter*, Pollicem, Indicem atq; Annularem, versus minimum adducens: numero Decimus Sextus.
    - *Priuatim*, Minimum à cæteris digitis abducens: numero Decimusseptimus.
  - *Internum* versus alterum pedem
    - *Priuatim*, Pollicem à cæteris digitis abducens: numero Decimusoctauus.
    - *Communiter*, Quatuor digitos versus pollicem adducunt, musculi tendinibus in pede adnati Quatuor.

VISCERA, hic nō tanquā organa cōposita (vt in secūdo libro) proponuntur, sed substātia ipsorum quā præcipuè constant, veluti simplea inter partes quoq; simpliciores explicator. Vnde alia viscera sunt & dici possunt

- *Carnosa*: quorū Caro mollis, siue alba, siue rubra sit affusione, quā parēchyma vocant cōstat, cū sit veluti cōcreta ex sāguine vel semine, atque circūfusa vasis & cauitatibus: vt vi insita aliquid in illis contentorum elaborent. Tunicis priuatis ne facilè dissipēt aut diffluant inuestita. Ex his itaq; carnosis visceribus
  - *Vasis* innumeris implicaos tria. Rubra, sanguineq; perfosa, in ventre
    - *Inferiore* Duo. Sāguinem concretum teferentia Veluti
      - *Iecur*, quod maius est. & Ta. 40, fi. 7.
        - *Carne* rubra constat, & vasis portæ & cauæ venis, meatusq; bilis ramis implicatur.
        - *Sanguinem* elaborat, vniuersoq; corpori per venas demandat, & ab eo excrementa tenuiora biliosaq; segregat.
      - *Liē*, qd' minus, sed compactum magis est. & Tab. 40, fi. 8.
        - *Carne* nigriore constat: venæ portæ ramis tantùm, non cauæ, vt hepar, consitum, sed interea arteriæ magnæ quoq; ramis admodum interreatum.
        - *Sanguinem*, sine dubio, tam venarum quam arteriarum nōnihil immutat, cum magnam cum hepate & in substantia & situ affinitatē habeat, neque tantum venas, vt illud, sed & arterias copiosas admodum contineat. Vnde non tantum melancholicū sanguini expurgando dicatum, cum nullam priuatam pro eo capacitatem possideat, nec meatus bilis atræ, sicuti hepar bilis flauæ, habeat præter venæ portæ ramos, fæculentum sanguinem ad mesenterij venas, atque per hæmorrhoides nonnunquam expurgantes.
    - *Medio* Vnū, carnē magis exprimēs, sed laxā & fungosam Estq; *Pulmo*, qui Ta. 44, fi. 12,
      - *Carne* minus rubra perficitur, & arteriæ asperæ, venæ arteriosæ, & arteriæ venosæ infinitis ramis intextatur.
      - *Sanguinem* spirituosum ex aere, & sanguine spumoso, quibus totus abūdat, cordi præparat, atq; excrementa illic genita, pituitosa ferè & aquea, rursum per eosdem asperæ arteriæ ductus expurgat.
  - *Cauitates* seu ventriculos obtinēt Tria, in singulis ventribus vnū genus. E quibus
    - *Rubra*, sanguinea, in ventre
      - *Inferiore* duo, sanguinem concretum quoq; referentia. Suntq; *Renes*, qui Ta. 41, fi. 4, ch. 1, 2.
        - *Carnem* eandem ferè cum hepate habēt, quæ tamen non vt in illo vasis implicatur, sed meatibus duntaxat excauatur, in quos venæ & arteriæ emulgentes sanguinem profundunt.
        - *Sanguinem* quoque aliquo modo adhuc alterant, eumq; à sero quo redundat separant.
      - *Medio* vnum, carnē magis exprimens sed duram & fibrosam. Estq; *Cor*, quod Ta. 43, fi. 4 C D E.
        - *Carne* cōstat nonnihil ad pulmonum quoque substantiā, nisi quod longè magis compacta est, accedente, quæ cauitates in se geminas continet.
        - *Sanguinem* spirituosum: quem à pulmonibus haurit, elaborat, eumq; per arterias vniuerso corpori distribuit. Vix excremēta aliqua alia, nisi forte fuliginosa proferēs.
    - *Album*, spermaticum, in ventre superiore vnum, semen vel lac concretū, sed duriusculum quodammodo exprimēs. Estque *Cerebrum*, quod Ta. 45, fi. 4 A a.
      - *Carne* efficitur alba, medullosa, cauitate admodū varia nonnihil excauata.
      - *Sanguinem* spirituosum quo abundat, in animalē spiritum transmutat, eumq; vnà cum propria substantia per neruos toto corpori communicat, excrementaque illic genita per varias vias repurgat.
- *Neruosa*, Vide NERVOSA.


NERVEA Viscera sunt, quorum substantia durior magisque adhuc compacta quam carnosorum viscerũ existit, alba ferè, nonunquã & subrubra. Horum alia

- *Caua*, quæ cauitates seu ventres efficiunt, in quibus materia aliqua cõtinetur. Tunicis priuatis inuestita, & vasa tum priuata tum communia, quæ ipsis inseruiũt, possidentia. Talia in Ventre
  - *Inferiore* existunt, quæ crassiorem & ampliorẽ materiam continere debuerũt, quam vel immutant, vel saltem ad temp⁹ reseruabãt: vt
    - *Vesica* membraneę aliquę, quas admodum distendi atque extenuari membranarum instar, rursumque cõstringi, corrugari & incrassari oportuit. Vt
      - *Ventriculus*, duplicibus tergoribus constitutus, cibum & potum suscipiens & immutãs, cum continuatis illi intestinis & stomacho, quæ ad viscera quoq; propter amplitudinẽ, licet ductus sint, nonnunquam referuntur. Ta. 40. fi. 3.
      - *Vesicæ* duæ excrementis destinatæ: vt in quas colligitur
        - *Vrina*, quæ ampla admõdum est. Ta. 41. fi. 4 V.
        - *Bilis* flaua, quæ angusta existit. Ta. 40. fi. 2.
    - *Vterus* nerueus admodum & subruber, adeò, vt carnosus esse videatur, Ta. 42. fi. 4 c. Exiguam in se habens cauitatem, qua semen suscipit: quod dum in fœtũ transmutat, ita ampliatur, atque vna cum fœtu increscit, vt vesicam tunc verius, crassam tamen adhuc permanentem referat. Ta. 42 fi. 6.
  - *Medio* seu thorace nulla inueniuntur, vti neque in superiore seu capite intrinsecus, cùm tantum illis locis spiritus cum sanguine tenuiore elaborentur. Extrinsecus tamen in capite Oculi duo occurrunt, quorum globus seu ambitus nerueus, crassus, humores oculorum continet, distentque. Ta. 49 fi. 4.
- *Fungosa* seu rara, in quib⁹ tanquã in spõgia humores imbibuntur. Eiusmodi sunt
  - *Corporea* Penis duo, cum glande illa præfixa. Sanguine atro spirituoso referta, quo copiosius in ipsum irruente, distendit & riget, glansque admodum rubescit. Ta 41. fi. 4 s r. Cui papillarum in mamillis substantia affinis quoque existit, quæ & ipsa corrugari rursumque relaxari similiter potest.
  - *Glandulæ*, quæ admodum variæ tunicis priuatis inuestitæ, hinc inde vasorum diuisionibus, a quib⁹ & ramulos accipiunt, adiacent: quarũ aliæ
    - *Præstantiores*, propriè magis ad viscera referuntur, quæ humorem aliquem vtilem ex sanguine transmutare & vel in ipsis vasis quibus accumbunt, vel in propria ipsorum substantia, cum ramulos ab iis accipiant, gignere creduntur: veluti
      - *Testes* semen, cum vasa seminaria ipsis in vtroque sexu adnascantur. Ta. 41 Z.
      - *Mamillarum* glandulas lac in mulieribus, cum venæ copiosæ illis distribuantur. Ta. 42 D.
    - *Ignobiliores*, quæ nihil generant, sed venarum & arteriarum diuisionibus, præsertim vbi plures sunt, & longius porriguntur, vel suspenduntur, adiacent: illa munientes, dum spatia, quæ in vasorum diuaricationum angulis occurrunt adimplent, & sic ne facilè findantur impediunt: atq; ipsorum duritie res iocum bentes vasis, ne illa comprimant, sustentant. Præter quos vsus simul etiam humore quem continent (maiores glandulæ præsertim) vasa, vicinasque partes, ne facilè arescant, vti pinguedo illinit, sic illæ humectant. Tales plurimæ in corpore passim reperiuntur: veluti in
      - *Fœtus* inuolucro exteriore Carnea amplitudo existit, vasa nuda & suspensa illic implicans, muniens, atque humectans. Ta. 41 t.
      - *Hominis nati*
        - *Ventre*
          - *Inferiore* & medio, in omento, mesenterio & intersepientibus, plurimę sunt Glandulæ, vasorum illic suspensorũ diuisionibus interpositę. Quarum pręcipuę vbi vasa maiora sunt inueniuntur, sicuti in omento sub vẽtriculo pancreas, Ta 40 fi. t. a1. in mesenterio iuxta centrũ Glans, Ta. 39 fi 5 a. & in intersepientib⁹ in iugulo glandes, Ta. 41 F. Quæ præter alium vsum etiam partes illas humectant.
          - *Superiore*, in
            - *Cerebri* ventriculis
              - *Anterioribus*, Substantia quędam rubra plexum choroidem, tenuis membranæ portione suspensum intexit. Ta. 46 fi. 5 O.
              - *Medio* glans est pineiformis, quæ vasa ad quartum ventriculum delata, ne à cerebro comprimantur, defendit. Ta. 47. fi. 8 t.
            - *Caluaria* sino interno sub dura matre Glandula occurrit, arteriis illic soporalibus pręfixa, quam pituitam cerebri excipere putant. Ta. 48 A.
        - *Corporis* habitu, reliquo, glandulæ molles vasis adiacent maioribus: tum vbi
          - *Humectatione* magna opus erat. Sic glandulæ in faucibus saliuam, quia os ad deglutitionẽ & vocem edẽdam continuo madere debuit procreant, quamuis & vasorum præsint distributionibus, Ta. 19 ?. Huc & caruncũlam in oculi sedis angulo positam quæ oculum humectat referre possumus. Ta 49 fi. 3 b.
          - *Magni* fiunt motus, in articulorũ flexuris, ne vasa periclitentur. Vt in
            - *Colli* superiori sede sub maxilla inferiore ad aures vsque, & inferiori loco ad iugulum.
            - *Artuum* flexoris sub axillis & inguinibus, & articulo cubiti & poplitis.

O

VASA humanum corpus perreptantia, Ductus omnes vocamus oblongos: Suntque vel

- *Generalia*, quæ plurimas partes perreptant, atque vniuerso corpori inseruiunt. Quorum alia, quo ad sensus iudicat sunt
  - *Excauata*, materiam aliquam continentia, & sanguinem cum spiritu ad nutritionem & vitam deducentia: vti corpori communis
    - VENA.
    - ARTERIA.
  - *Integra*, nullam materiam in se continentia, sed spiritum tantum cum propria ipsorum substantiam partibus communicantia. NERVI.
- *Particularia*, quæ priuatas corporis partes duntaxat peruadunt, quibus & tantùm inseruiunt. Excauata omnia, nunc venam, nunc arteriam nunc mixtum quid, nunc neruum cauum, vel meatum alium aliquem representantia, vnde nomen illis peculiare attribui vix potest: vocabimus itaque peculiaria VASA.



VENA communis generatim corpori inseruiẽs duplex est, vena Portæ & Caua dicta. Quarum descriptio notatur in

- *Genere*
  - *Situs* seu ductus: quo vel visceri intextæ, vel membranis suspensę, aut glãdulis suffultæ, adipeque circumdatæ: vena
    - *Porta*
      - *Intrinsecus* in vẽtre inferiore latens
        - *Prodit* ex caua iecoris sede, è qua veluti enasci videtur.
        - *Distribuitur* partibus naturalibus in ventre inferiore contentis, non omnibus, sed iis tantum, quæ chyli & sanguinis generationi peritinæ præficiuntur: vt
          - *Iecori* & Lieni, illi dextrum truncum huic sinistrum transmittens, & per ipsa distribuens.
          - *Ventriculo*, Intestinis, & bilis Vesiculę, ad illa per mesenterium & omẽtum varie admodum excurrens.
      - *Extrinsecus* ad cutem nullibi peruenit, vnde neque secari potest, nisi quatenus fortè ramulis ad anum, & ceruicem vterim mulieribus pertingit.
    - *Caua*, cui nulla certa designatur origo, cũ sit generalis vena vniuersũ corpus peruadens: quæ
      - *In Ventre* inferiore medioque secundum dorsi longitudinem deorsum ad os sacrum, & sursum ad caluariam vsq. incedẽs, interioribus partibus ramos
        - *Impartit*, plerisque: plures ampliores que iis, quę copiosiori alimento egeruut.
        - *Non* impartit quibusdã, iis scilicet, quæ vel à
          - *Porta* vena ramos acceperunt: veluti iam enumeratæ partes.
          - *Priuatis* vasis sanguinem copiosissimum hauriunt. vt in
            - *Thorace* Pulmones.
            - *Capite* Cerebrum: cuius tamen substantiã vasa minimè subeunt.
      - *Extra* ventres delata
        - *Musculis*, membranis, neruorumque tunicis quoque ramos, maiores copiosioresq; prout opus erat, transmittit, ipsis que interdum ossibus, si maiora sint, surculos communicat, aliis verò, vt sanguine quoque illius fruantur proprius attenditur.
        - *Cutem* multis ramis accedit. Qui sub ipsa deducti, cum frequentibus surculis variè inuicem permixtis, vt vno amputato vel impedito alij illius vices subirẽt implicant. Cutaneæ dictæ venæ, quæ secari possunt, & copiosiores maioresq; in artubus, cum propter continuos motus multum alimenti illic absumatur, multique illic sint musculi, videntur.
  - *Conformatio*. Vide CONFORMATIO.
  - *Vsus*. Vide VSVS.
- *Spetie*. Venæ
  - *Porta* in Vena PORTAE.
  - *Caua* in Vena CAVA.

CONFOR-

CONFORMATIO Venarum consyderatur in

- *Substantia ipsorum, quam*
  - *Constituit* corpus membranæ simplicis, quæ propriè ipsius dicitur tunica: idque vt commodè extendi & rursum subsidere possit: nullis aliis fibris manifestioribus, vti hactenus voluerunt, intricatum.
  - *Ambit,*
    - *Caro* visceris aut musculi, cui venæ infixa hæret: qua abunde satis munitur, nec alio integumento, ne sanguinis transudatio in ipsa impediretur, opus habuit.
    - *Tunica* communis illi cum partibus vicinis, à quibus illam mutuatur, quæ vna cum adhærente adipe vt tutior esset inuoluitur, vel
      - *Ex parte*: quando in superficie visceris alicuius posita, pars illius exterior tantum eminens tunica visceris super inducta tegitur, & adipe venarum ductum ferè sequente obducitur: vt in renibus, corde aliisque in locis accedit.
      - *Omnino*: quando ossi duriori inserte, vt tutior esset, tunicam suam seruet, aut membranas, ac si dilatatę viam illi facerent, perforat, & ab illis vtrinque tegitur: vel extra viscus progressa aliquousque fertur, tunc tunicâ à vicinis membranis desumens, adipeque ferè obuoluta, & glandulis, vbi diuaricatur, firmata, tuta sic incedit.
- *Figura*, qua fistulā teretem albam, vel canalem refert: Estque
  - *Amplissima* iuxta exortus, vbi caudices & trunci sunt, inde in ramos & propagines abit minores, hinc in soboles & surculos desinit.
  - *Crassissima*, cum ramus aliquis veluti à caudice deducitur: tunc in ramorum orificiis introrsum, vt robustiores illic essent, protuberat, quam crassitiem, alij membranas, multi ossa vel cartilagines venarum esse putarunt: vti reuera in cordis orificiis nonnunquā in cartilaginem quandam illa protuberantia in medio abit.

VSVS Venarum alius est

- *Communis* omnibus: vt sanguinem, quem & fortè exactius elaborant, singulis corporis partibus ad enutritionem deferrent. Cum crassior sanguis in distantiores & compactiores partes, nisi ductibus hisce deriuaretur, & sero insuper diluerctur, fluere minime posset. Hoc præstant rami venæ
  - *Caua*, per totum corpus propagati.
  - *Portæ* naturalibus partibus, cum aliunde sanguinem haurire minimè potuerint.
- *Priuatus* quibusdam &
  - *Proprius* venæ portæ ramis ad ventriculum & intestina tenuia propagatis: vt chylum inde exuctum, ad hepar, vbi in sanguinem transmutari debuit, deducerent, à quibus rami ad lienem quoque pertingunt.
  - *Accidentarius* quibusdam venæ portæ & cauæ ramis, vt per eos excrementa quoque, quæ in corpore, maxime verò in venis redundāt, expurgaret: vt
    - *Sanguinem*, siue is quātitate aut qualitate peccet, aut impurior sit: vt fit
      - *Ordinariè* per venas quæ desinunt ad
        - *Vterum*, in mēstruis purgationibus mulierum, ætate conuenienti erumpentibus.
        - *Anum*, in hæmorrhoidibus in quibusdam naturis, præsertim in viris.
      - *Nullo* ordine, per venas ad cauitates corporis desinentes, narium, oris: interdum & per eas quæ sub cute sunt, quod in equis frequenter, in homine rarius fit.
    - *Serum* ordinariè, per emulgentes venas in renes, atque interdum inordinatè per cutaneas, in sudore. Cum quibus multa quoque corporis excrementa natura propellit.

PORTAE Vena, ex ramis illius breuibus & amplis, e cauæ venæ in substantia hepatis transmissi (vt volunt) & sensim in cauo hepatis collectis Caudice insigni incipit. Qui ra 30 fi. 2 A A A A.

- *Integer* adhuc, Propagines anteriore sua sede educit: Vt fi. 2 a.
  - *Elatiore*, exiguas duas: in Vesiculæ bilis ceruicem primum, postea vndique per ipsam dispersas. fi. 2 c c.
  - *Humiliore* aliquantulum, & magis versus dextrum latus vnam: ad Ventriculi nnheij dextri posteriorem sedem. fi. 2 o.
- *Diuiditur*, obliquè a liquo- usq. sinistrorsum deseedēs, in Truncos duos, quorum fi. 2 E.
  - *Dexter* gracilior & humilior, in fi. 2 G.
    - *Exortu* statim (licet & à caudice elatius nō nunquam prodeat) Propagines duas insignes è dextro latere profert, Omento superiore suffultas. Quarum
      - *Elatior* (quæ etiam à sinistro trunco nonnunquam prodit) sub dextra ventriculi sede ad medium ipsius fundi pertingēs, spargit in progressu pari ferè ordine, sursumque deorsumque ramos in
        - *Ventriculi* fundum dextrū, sursum anteriore & posteriore ipsius sede repētes. fi. 2 H.
        - *Omenti* dextram sedem deorsum. fi. 2, *vena*, H *rami*.
      - *Humilior* ad
        - *Intestinorum* initium aliquousque distribuitur. fi. 2 I.
        - *Omentum* superius & Glandulosum corpus inferiore sua sede soboles transmittit. fi. 2, *vena* I *rami*.
    - *Progressu*, obliquè deorsum ad dorsum tendens, vbi mesenterij est centrum, in Ramos tres præcipuos secatur. Qui inter duas mesenterij membranas semper vecti, & in infinitos ramos dispersi, implicant fi. 2 b b b.
      - *Mesenterium* vndique, ipsius Glandulis quoque venas inferentes.
      - *Intestinorum* omnium posteriorem sedem minimis surculis, tum
        - *Tenuium*, ad quę & copiosiores venę feruntur.
        - *Crassiorum*. Vti
          - *Colon*, tum dextro tum sinistro latere. fi. 2 c c. & *supra*.
          - *Rectum* intestinum: ad quod insignis quoque vena à colo descendens in sinistro latere pertingit, ad extremum ani pertingens, quę Hæmorrhoidalis dicit. fi. 2 d d e e.
  - *Sinister* gracilior & elatior, trāsuersim in sinistrū latus ad lienē vergēs, Omento inferiore implexus, & Glandoso corpore, cui surculos impartit, suffultus, fi. 2 F.
    - *Integer* adhuc existēs in progressu Propagines educit, sede
      - *Superiore* duas: quarū altera
        - *Gracilior*, non procul a trunci prodiens exortu, in Ventriculi gibbi dextram regionem dorsum spectantem paucis ramulis abit fi. 2 K.
        - *Insignis* admodum, orta ferè vbi in ramos scinditur truncus: quę sub ventriculo, vbi dorsum spectat, obliquè ad sinistrum ipsius orificium ascendens, in Ventriculum dispergitur, tum in ipsius fi. 2 N.
          - *Posteriora* ramis duobus, qui in progressu ipsius vtrinque emergunt. fi. 2 O O.
          - *Elatiorem* sedem: quo cū pertingit, in duos ramos diuisus, altero Orificiū
            - *Dextrum* coronæ instar ambit, & recta deorsum tendentes ramos toto ipsius ambitu dispergit. fi. 2 P Q.
            - *Sinistrum* accedit: per elatiorē ventriculi regionem ramos dispergens. fi. 2 R.
      - *Inferiore* duas, è directo aliorū ramorum exortas, quarum
        - *Gracilior* in Omenti inferioris dextram sedem, & Colon illi adnexum disseminatur. fi. 2 L.
        - *Insignior* duos ramos profert, statim ab inuicem admodum recedentes, & in Colon Omentumq; inferius illi appensum, vbi intestinis incumbit distributos. fi. 2 S.
    - *Diuiditur* in medio itinere ad lienem in ramos duos, & hi statim in alios, qui omnes ad lienē progressi fi. 2 T.
      - *Promunt*, antequā lienē attingunt, ramos desinentes in
        - *Omenti* inferioris sinistram interdum sedem: vnum, ab infimo ipsius ramo productum, exilem, qui plerumq; abest. fi. 2 V.
        - *Ventriculum*: vti in sinistra sede Plurimos, è singulis ferè ramis dextrorsum ad ipsum tendentes. E quibus duo sunt insigniores, altero producto à ramo ferè
          - *Supremo*, & in Sinistrum ventriculi latus disperso fi. 2 X Y.
          - *Infimo*: qui Fundum sinistrum ventriculi ad medium vsque ipsius pertreptans, eadem ratione qua dextri trunci propago elatior, sursum ramos in ventriculi anteriora & posteriora mittit, & deorsum in Omentum illic sinistrum quoque dispergitur fi. 2 Z.
      - *Desinunt* in Lienis cauam sedem, recta linea, & per ipsius substantiam innumera sobole exeuntes fi. 2 a a a a.

VENA Caua, seu magna, amplissima in medio corporis existit, vbi primum diuiditur in partem ipsius mediã, quę est Ta.31.

- *Infra Septum* à a deorsum
  - *Supra os sacrum.* Quo ductu nõ bipartitur, sed caudex ipsius non minus amplus, quam is qui supra septum ad cor vsq; ascẽdit, existit. Et parte ipsius à B ad o.
    - *Superiore*, à septo rectà deorsum per iecoris posteriorem sedem dorsi dextro lateri proximam protenditur, anteriore tantum sua sede, non posteriore, hepatis substantiæ breuissimo ductu connata. Atque illic transmittit ad Hepar à a ad ζ.
      - *Insignes* ramos plerunque duos: qui hepatis substantiæ immersi, per vniuersam ipsius substantiam, tam gibbę quam cauę sedis, innumeris ramis excurrunt, atq; cum ramis a vena portæ hepar quoq; permeãtibus iunguntur. Ta.31 A a.
      - *Exiguas* soboles aliquot, sub dictis in hepar quoque dispersas. Ta.31 a.
    - *Inferiore* sub iecore, lõgiore ductu ad os sacrũ vsque fert, & media ipsius parte à ζ ad o.
      - *Elatiore*, vbi iecori nõ amplius cõnascit, nõnihil obliquè a dextris introrsũ ad mediũ dorsi tendit. Depromens interim è latere à ζ versus M.
        - *Sinistro* ferè tantùm propaginem mediocrem, in tunicam pinguem Renis sinistri, cum ren dexter humilior sit, digestam. Quamuis hæc aliquando, sed raro, comitem habeat, & aliam in dextro latere venam, quæ rarissimè sola inuenitur. Ta.31 κ sinistrum.
        - *Vtroque* amplissimas venas, Emulgentes dictas: quę serosum sanguinem renibus deferunt. Hę iuxta medium vertebratum a vena caua progrediũtur, non æqualiter, sed pro renũ situ, dexter ramus paulo elatius, sinister nõnihil humilius. Atq; inde ramus
          - *Vterque* in Renum concauam sedem sui lateris transuersim delatus, in duos ramos partitur, qui per renum substantiam excurrunt. Ta.31 θ.ι.
          - *Sinister* (rarius enĩ dexter) iuxta ductus ipsius ferè medium duos pfert ramos, quorum
            - *Elatior* in Renis destri tunicam pinguem, eoſ terminosque ipsi Peritonæi sedes dissemi-natur. Ta.31 κ dextram.
            - *Humilior*, Vas seminale sinistrũ est, quod deorsum delatum, Ta.31 λ λ. & Peritonæo in progressu surculos impartiens, Ta.33 fi.5 b.
              - *Viris* è peritonæi cauitate elabitur, & ad Testem sinistrum defertur, in cuius tunicam surculos dispergit. Ta.31.v.
              - *Mulieribus* bipartitur & portione vna Testes, vteri venis, altera vteri latera accedit, & per ipsius mẽbranas pingues digeritur. Ta.41 fi.4 c.
      - *Humiliore*, ad sacri ossis summũ, vbi lumborum vertebris & magnæ arteriæ colligatur, quæ illi ad sinistrum latus subiicitur, producit sede ipsius à M versus o.
        - *Anteriore*, extuberante origine, Vas seminale dextrum, aliquando & sinistrum, quod cum alia sinistra seminali vena ab emulgente descẽdente mox in descensu coit. vti & dextrum vas seminale cum dextra vena ab emulgente quoque interdum profecta miscetur, frequentius tamen solum descendens, eadem ratione, qua sinistrum ad sui lateris Testem distribuitur. Ta.31 μ μ.
        - *Posteriores* Venas geniculatim vtrinque. Quarum
          - *Pleraque* per foramina lũborum vertebrarũ ad Dorsalem medullam pertingunt, inde ramos spargentes ad Musculos vertebris adnatos, à quibus rursum aliæ soboles ad Abdominis musculos perueniunt. Ta.31 ξ.
          - *Infima* exteris insignior, in ipsa partitione venæ cauæ prodit, & transuersim lumborum carnibus instrata, ramos distribuit Peritonæo & Musculis illic sitis, & postea etiam Abdominis musculis. Ta.31 π.
  - *Infra* os sacrum. Vide OS SACRUM.
- *Supra* Septum Vide SUPRA SEPTUM.

INFRA os sacrum, duobus truncis æqualis magnitudinis Vena caua descēdit, iuxta quartam lūborum vertebrā prius bipartita, Ta.31,o. Qui arteriæ magnæ se substernentes, sensimq. ab inuicem extrorsum recedentes descendentesq;, tam dextri quam sinister, postquā minutas soboles in sacri ossis foramina distribuit, Ta.31 ⊕. deinceps sede

- *Interna* educit ramū insignem. Qui statim diuisus, parte sua alia
  - *Transuersim* ad latus exteriorum ducitur, inter sacrū os & coxēdicis, cum neruo maximo cruris, atque vbi spatium hoc egressus ad coxendicis acetabulum peruenit Ta.31 ɀ.
    - *Educit* venam Penis: quæ circumducta ad inferiora coxendicis, ascendit ad pubis ossium iuncturam, & per bifurcatam penis originem penetrans, in vtroque latere vena in vnam coit, quæ per medium dorsum penis ad glandem vsque excurrit. Ta.33 ⊕.
    - *Fine* suo dispensatur in Ta.31 *post* ɀ.
      - *Musculos* ab ilium osse & inferiore coxendicis ossis sede pronatos, deorsumque aliquousque in Crura fertur.
      - *Cutem* clunium.
  - *Rectà* deorsum ducitur, interius (auctus ramo quodam à candice, Ta.33 *h*) ad pubis ossis foramē, quod vna cum arteria & neruo comitibus, in sinu peculiari illic vectus penetrat. Ta.31 *w*. atque in crus ad mediū vsque femoris descendit. Hoc ductu profert propagines aliquot (exceptis iis quos peritonæo & membranæ os pubis obducenti mandat) vt in
    - *Ventre* adhuc existēs Ta.31 √.
      - *Soboles* exiguas primum: quarum Ta.31 ⊕.
        - *Minores* Sacri ossis foraminibus dispensat.
        - *Maiores* digerit in
          - *Musculos* recti intestini
          - *Cutem* ani.
      - *Ramum* insignē, qui in Ta.33 *f*.
        - *Viris*, vesicæ dextrum latus amplectitur, atque in Vesicæ ceruicem & Penem ramos insigniores mittit.
        - *Mulieribus* grandior, pingui membrana suffultus, adit
          - *Vesicam* quibusdam surculis.
          - *Vterum* Ta.33 *d*.
            - *Fundi* inferiorem sedem, frequētioribus ramis.
            - *Ceruicem* quoque.
    - *Crus* delatus, coxendicis primum acetabulo, cui ramum proprio sinu confert. Inde dispensatur Ta.33 *i*.
      - *Musculis*
        - *Tibiæ* secundo, in elatiorē ipsius sedem.
        - *Femoris* nono & decimo: Item quinto præcipuum mittit ramum, qui commiscetur propagini alterius vicinę venæ. Ta.31 °χ & Ta.33 *k*.
      - *Cuti* femoris internæ in inguinum regione, & ad Penem fortè nonnullis ramis pertingit. Ta.31 *v*.
- *Externa*, Caudex ipse ducitur obliquè deorsum, & peritonæum permeans, per superiora coxendicis ad internum latus sexti & septimi femoris musculorum in inguina fertur, vbi extra subit. Atque in Ta.31 6
  - *Ventre* adhuc existens educit ramū, alterum sede
    - *Exteriore*, qui sursum aliquousque rectà delatus, Peritonæo connexus, cui soboles mutuat, illudq; permeans, sub Musculo recto abdominis sursum ad medium ipsius vsque delatus dispergitur, suo termino ramulos venæ sub pectoris osse deorsum repentis respiciens. Ab hoc ramo, & vicinis partibus, & Cutis ventris venæ propagantur. Ta.31 & 33 *l*.
    - *Interiore*, postquam peritonæum iam perforauit: qui ad ossium pubis connexum delatus, digeritur numerosa serie in Ta.31 A.
      - *Viris*, in
        - *Penis* inuolucrum.
        - *Scortum*.
      - *Mulieribus*, in pudendi
        - *Colliculos*
        - *Carunculas*.
  - *Crura* delatus. Vide CRVRA.

CRVRA petēs Caudex venæ cauæ, in regione

- *Femoris*
  - *Iuxta* inguina adhuc existēs, cauitatē illic, quā à musculo tibiæ primo & femoris octauo paratā, vna cum commite neruo & arteria oppletā, glandulis frequentibus adiectis. Atq; illic nōdum musculis occultata, Cutaneos ramos sub cutē tātum ferè procrepētes profert. Valuti latere
    - *Externo* Breuem extrorsum transuersim in coxendicis articuli Cutem, & illos Musculos digestum Ta.31 n.
    - *Interno* Cutaneā 1. insignem venam & longissimam, per interiora cruris ad digitos pedis vsque delatā, neruo toto ductu anteriore eptius sedi attēso. Quæ in regione Ta.31 O, 33 m m.
      - *Femoris, in*
        - *Inguinum* sede adhuc, vtrinque ramos ad interiora Peritonæi & exteriora mittit. Ta.31 A.
        - *Progressu* deorsum interiore sede hinc inde ad Cutem ramos dispensat Ta.31 X. & vnum tibiæ Musculo primo. Ta.31 n.
      - *Tibiæ, in*
        - *Genu* vtrinq; quoq; ramos ad sedem patellæ & flexum poplitis mittit. Ta.31 Z.
        - *Ductum* reliquum antrorsum retrorsumq; ramos mittit, qui coeunt cum alijs venis cutaneæ quartæ sibi proximis. Ta.31 φ.
      - *Pedis*, ad interioris malleoli anteriora contorta, per pedis superiora ramis innata venę externę quartę, ad oēs ferè digitos pedis excurrit. Ta.31. +.
  - *Post* Inguina, immergit se statim musculis penitus, & fertur ad os femoris versus posteriora contortus, illi ad caputum illius ferè medium vsq; accūbit. Hoc progressu, in sede Femoris
    - *Superiore*, statim post cōmemoratos ramos, rursū binos vtrinq; sibi correspondentes aducit, ad Musculos femur amplexantes eductos. Quorum
      - *Exterior*, musculis tibiæ septimo & nono propagatur, à quo etiam tenues surculi io cutem pertinguot. Ta.31, ch. 1.
      - *Interior* magis in profundum delatus, in femoris quintū musculum, octauum tibiæ, & reliquos femoris os ambientes vniuersos ferè, anteriore tamen sede maximè ad genu articulum vsq; propagat, Ta.31, ch. 2, & in progressu ramis augetur. * χ.
    - *Media*, qua sensim ad femur cōtorquetur, præter exiles surculos in membranas neruorū magnorum digestos, venam Cutaneam 3. profert, quæ tamen ad posteriores femoris quoq; musculos pertingit. Hæc
      - *Duplex* crebrius occurrit, Ta.31 ch. 3, 4. sed inde cōmixtis ramis vna fit vena, quę sub cute tantum repens, rectà deorsū per poplitis flexū ch. 6. ad calcem vsque vel ad pedis externū latus quoque descendit. ch. 7 spargens interim ramos, in
        - *Exortu* sursum in posteriora femoris. Ta.31, ch. 5.
        - *Progressu* numerosos in Suram, inæqualiter permixtos, & coeuntes cum venæ cutaneę quartę ramis.
      - *Simplex* nonnunquam, & interdum sobolem à vena in quintum femoris musculum ducta assumens, in posteriorem femoris cutem excurrit, surculos etiam sursum ad cutem deriuans.
    - *Inferiore* vbi femoris capitibus ferè accumbit, exiguam sobolem vtrinq; diffundit io exortus musculorum trium primorum pedem mouentium, qui illic prodeunt. Ta.31, ch. 8.
  - *Poplitis* discinditur, vbi in femoris capitū medio ferè existit, in duos Truncos impares. Quorū
    - *Exterior* Amplior (ch. 9) postquā extrorsum in cutem genu ramulum emisit (ch. 10) mox illic sub genu externo latere in duas portiones rursum secatur. Quarum
      - *Amplior*, Interna sede iuxta fibulam ducta, immergitur Musculis pedis septimo & octauo in quorum carnem dispergitur. Ta.31, ch. 11.
      - *Tenuior* Cutanea 5. vena est. Quæ externa sede toto ductu sub cute secūdum tibiam & malleolum externum & pedis superiora extrorsum fert, In Sura & Pede ramulos, qui venis illic cutaneæ secundæ miscentur, dispergens. Ta.31 ch. 12, 13.
    - *Interior* Gracilior. Ta.31. ch. 14.
      - *Tibia* posteriora rectà deorsum peruadit, toto incessu in alto musculorum latitans, & depromit tum ad
        - *Cutem* venam vnam, quę Cutaneam 6. existit, ex alto statim sub poplite prodeuntem, & sub cute toto ductu per internam tibiæ sedem, versus posteriora tamen magis, pedisque internum latus, à calce ad pollicem vsque prorepentem, atque illic ramis cutaneę venæ secundæ permixtam. Ta.31, ch. 15, 16.
        - *Musculos*, quibus occultatur toto ductu, ramos binos insignes, paulò sub dicto exortos. Quorum alter
          - *Posterior*, exporrigitur secundum posteriorem quarti pedis musculi sedem, ad finem vsq; ipsius diffundens surculos. Ta.31. ch. 17.
          - *Anterior*, ligamentum membraneum fibulam tibiæ cōnectens, permeans, secundum tibiæ longitudinem intrat musculos anteriorem tibiæ sedem occupantes prorepit, præcipuè attensus musculis digitos extendentibus, quibus & surculos exhibet, & per transuersum ligamentum ductus, in superiore pedis sede in musculosam ipsius substantiam in gibbo distribuitur. Ta.31 ch. 18.
      - *Pedis* humiliora per interiorem malleolum cum musculorum tendinibus petens, inter musculum pedis primum repens, in digitos omnes pedis absumitur. Ta.31. ch. 19.

SVPRA septum Vena caua existēs, Cùm *Ta.31 à a sursum.*

- *Infra* Iugulū adhuc in thorace est, parte illic ipsius media *a a, ad H*
  - *Inferiore* à septo ad cordis basim vsque, non minus ampla ac sub septo ad sacrum os vsque existit. Atq; *à a, ad z.*
    - *Septum* in dextro latere & cordis inuolucrum vnà pmeans, propagines duas profert, per Septum vniuersum distributas, & Cordis inuolucro, & Membranis interſepientibus ſurculos quoque offerentes. Ta.31 C.
    - *Cordis* basis dextrum latus accedit, obliquè nonnihil a dextro septi latere ſurſum deducta, & in ſiniſtro ipſius latere
      - *Orificio* amplo, ſeu foramine in cordis dextrum ventriculū apertur, atq; cordi, vti in Corde dictum eſt, continuatur. Ta.31 D.
      - *Venam* profert Coronariam dictam, ad orificij dicti posteriorem ſedem (nonnunquam & aliam ſed minorem anteriore ſede) quę Cordis baſin coronę inſtar ambit, & per ipſius ſubſtantiam deorſum ramos ad mucronem ipſius, præcipuo tamen vbi craſſior ipſius eſt ſubſtantia, diſpēſans. Ta.31 E.
  - *Superiore* à cordis basi adiugulū vſq., multō gracilior q̃ ſub corde. Atq. *ab z, ad H.*
    - *Cordis* inuolucrum rurſum pmeās, mox à dextro ipſius latere tātū (ſiniſtro occupato magna arteria) venam profert. Sine pari ἄζυγον dictam, partib⁹ illic poſteriorib⁹, cū ſ caua lōgi⁹ diſtarēt trāſmiſſam. Nā contorquet hæc ab exortu ad quartā vertebram vſque, atq. inde T.31 F F, & 33 O.
      - *Deorſum* ſecundum vertebrarum dextrū latus, ad lumbos vſq. quoq., infra ſeptum deferter vel ſimplex, vel nonnunquam in medio ipſios ductu aliam pferens venam, quæ tranſuerſim ad ſiniſtrum latus delata, deorſum vt in dextro, & ſurſum aliquouſq; quandoq. defertur. Hæc ſiue ſimplex ſiue diuiſa
        - *Coſtarum* nouem inferiorū radices perreptans, ramos toto ductu geniculatim ex poſteriore ipſius ſede, qui coſtarum interualla vtrinq. perreptant, diffundit: a quibus rurſum ſoboles in Mēbranas interſepientes, & Vertebrarum corpora & medullam, Muſculosq. vicinos deriuantur. Ta.31 G G.
        - *Lumbos* accedēs, continuatur in dextro latere ramo quodam ipſius cum emulgente Renis vena, in ſiniſtro verò cum cruralibus (ſicuti obſeruatum fuit) Atq. tranſitus ille materiarū ex pectore per vrinas, & nonnunquam in pedes, per haſce vias, pulchra obſeruatione, ſic inuentus. Ta.31, iuxta I.
      - *Surſum* aliquando ex hoc loco quoq. ramum mittit qui ſuperiorem illic trium Coſtarum interualla perreptans, ad Succingentem membranam quoq. pertingit.
    - *Iugulū* accedit, poſtquā à cordis inuolucri baſi ſorſum verſus anteriora ad thoracis mediū proceſſit: quo ducto incumbit arteriæ magnæ, & aſperæ arteriæ: atq; antequā oſſis pectoris ſummum tranſcendit, glandulis ſuffulta, in duos truncos diſcindit. Quorum vterq; ſtatim in ipſa diuiſione profert
      - *Exilem* venam ad Coſtarum trium ſuperiorum interualla. Cuius vices ſæpe gerit venæ ſine pari ramus ſuperior, vel alius à radice axillaris ſæpe prodiens. Ta.31 K.
      - *Inſignes* venas duas anteriore ſede. Alterā ad
        - *Pectoris* os antrorſum ductā, & ſub ipſo ad abdomē vſq; prepētem. Quæ interdum nō vtrinq;, ſed in medio ſimplex vt vena azygos prodit, ſed mox bipartitur, aliàs quoq; ab axillaribos pdit. Hæc vtrinq. ad Ta.31 L. & 33 P q.
          - *Pectoris* oſſis latera deſcendēs, in progreſſu Coſtarū ſex ſuperiorū interuallis ſoboles tranſmittit, eouſq;, quouſq. rami venæ azygos pertingere minimè potuerunt. A quibus rurſum ramuli Mēbranis interſepientibus, & Cordis inuolucro, item Muſculis pectori inſtratis & Mamillis communicātur, vicinisq; venis commiſcentur.
          - *Rectum* abdominis delata muſculum, ſub ipſu ad mediam ipſius ſedem fertur, vbi ramis venæ à crure huc aſcendentis cōtinuatur, ramulosq; ad Cutem abdominis tranſmittit.
        - *Membranas* interſeplentes interdum, notatu dignam, quæ cum neruis ſepti per ipſorum lōgitudinem ad Cordis inuolucrum quoque feruntur. Ta.43, fi.1 Q.
- *Supra* Iugulum peruenit, Vide SVPRA IVGVLVM.

SVPRA Iugulum Vena caua perueniens, bipartitur rursum statim à prima diuisione vtrinque in duas Venas insignes, quarum Ta.31 H.

- *Superior*, à media iuguli sede, cui prius innitebatur, modice recedens, sursum extra thoracem protenditur, & simul atque pectoris ossis summum, claui culámq. superauit, in duas impares Venas scinditur. Quarum alia est
  - *Interna* Iugularis, gracilior. Quæ cum sui lateris soporali arteria secundum asperæ arteriæ latus versus cerebrũ ascendit. Hæc Ta.31 S.
    - *Collum* pertreptans & fauces, Asperæ arteriæ, & Membranis ipsi conterminis, & Neruorum sexti & septimi paris truncis, surculos distribuit.
    - *Caluariæ* basim attingens, diuiditur rursum in duas venas, quarum
      - *Amplior*, cum arterię soporalis ramo minore, obliquè retrorsum secundum caluariæ basim ducta, postquã Musculis sub stomacho ceruicē obsidentibus propaginem transmisit, caluariam, per foramen occipitij ossis primum, sexto neruorum pari paratum, subit, & in sinum crassæ membranæ cerebri inseritur, estque Cerebri vena. II. Ta.30 C.
      - *Gracilior*, soporali arteria relicta, postquã ad Auditus organum sobolem, per foramen ossis temporũ quartũ, trãsmisit, Ta. 30 n, caluariam, per foramē ossis cuneiformis septimum in basi ipsius exteriore sede posterius obuium, pertransiens, per crassæ membranæ latera & basim, Ta. 30 r, retrorsum sursumque dispergitur. Estque Cerebri vena III. Ta.30 s.
  - *Externa* Iugularis, grandior. Quæ sub cute colli, vbi vociferantib. maximè tumet, sursum ad fauces porrigitur. Plerumque vnica in suo latere, aliquando in medio per collũ ductu, aut statim ad clauiculas diuisa, atque altero ramo sub septimo musculo capitis recondita, postea vbi ad fauces peruenerit rursum coiens, vtcumque, sit in progressu ramulos dispargēs, sub aurium regione diuiditur in duas portiones: quarum
    - *Interior* subit Ta.31 X.
      - *Ora* interiora primum, vbi stipatus glandulis, faucium omnibus sedibus ramos distribuit: veluti Musculis, Tunicis, Glandulis, Laryngi, Linguæ, sub qua insignis ramus sese offert & per linguam dispergitur.
      - *Caluariam* postquã ab ore recessit, illic intrans vbi exporrigitur
        - *Faucibus*, iuxta ossis temporum mamillarem processum, per foramen temporis ossis primum, in sinum crassæ membranæ exhauritur. Estque Cerebri vena IIII. Ta.30 h.
        - *Palato* & narium tunicæ duobus ramis, quorum alter ex
          - *Oculi sede*, per foramen cuneiformis ossis secundum, neruorum secundo pari exsculptum, in crassam membranã cerebri dispergitur. Estq. Cerebri venarum. V. Ta.30 G.
          - *Narium* amplitudine per foramen ossis cribrosi anterius in crassam membranam propagatur. Estq. Cerebri vena VI. Ta.30 H.
    - *Exterior* Cutem vniuersam capitis & Musculos peruadit, diuisa primum sub auribus, glandulis suffulta, in duos ramos: altero propagato magis ad Faciei Ta.31 Y.
      - *Anteriora* in Nasum & Buccas, Ta. 31 z, & Frontem. Ta. 31 ch, 9.
      - *Latera*, Qui rursum diuisus, dispergitur in
        - *Tempora* Ta. 31 a.
        - *Occipitis* cutem Ta. 31 Y
      - Hi rami variè inuicem permiscẽtur in facie & in vertice, ramuloa quoque in caluariæ suturas & foramiuula mittunt.
- *Inferior*, Vide INFERIOR.

INFERIOR Venæ cauæ supra ingulũ vena, primæ thoracis costæ immixta, sub clauicula transuersim in axillã prorepit. Atque

- *Intra* Thoracem adhuc existẽs, Vanas duas profert, alteram ad
  - *Ceruicis* transuersos processus procedentem, & per foramina ipsorum sursum conscendentem: quę postquam Musculis illic & Dorsali medullę geniculatim sobules distribuit, Occipitis os pertransiens, per foramen tertium priuatim illi paratum, vel eo absante secundum, septimo pari facto. In sinum cerebri vtrinq; desinit. Estque Vena Cerebri I. Ta.31 N & 30 D.
  - *Musculos* ceruicis humiliores, & thoracis elatiores, qui caput, dorsum & thoracem mouent.
- *Extra* Thoracem dalata, inter thoracis costam & clauiculam musculum perfurãs, dorsi secũdum, Bipartitur mox in duas venas, axillam prorepentas ad brachium Quarum
  - *Gracilior*, superior, Humararia dicit. Quæ veluti ab axillaris medio ductu pendire videtur. Hæc Ta.31 a.
    - *Axillam* transuersim perreptans, mittit ramos Ta.31. ab a ad a.
      - *Sursum* primum, ad ceruicis posterioris sedis musculos, & Cutem Ta.31 b.
      - *Deorsum* mox ad
        - *Scapulæ* gibbam sedam. Ta.31 c.
        - *Humeri* summi cutem, Ta. 31 d. A quo rami in Mamillarum cutem interdum descendunt, qui in mamillis mulierum lactantium maximè, conspicui sunt & liuent. Ta. 42. fi. 2 A.
    - *Brachium* accedẽs, sub summo humero contorta, in elatiorem brachij sedem, inter musculũ brachij secundum & tendinem musculi brachij primi elabitur, & tunc vena Extatint cubiti & Capbalica nominaf. Quæ in fade Ta.31. ab infimo a deorsum
      - *Humeri* sub Cute latens, per anteriorem ipsius sadẽ versus superiora vergens, ad cubitum fertur. Quo ductu in cutem proximam, & musculum cubiti primum (quem comitatur) surculos variè diffusos, & cum axillaris dicendæ vanæ ramis permixtos, profert. Ta.31 eee.
      - *Cubiti* articuli clarissima, iuxta exterius humeri tuber (vbi interdũ ramulum in altum mittit in Musculos ab externo tubere pronatos aliquousque dispersũ, qui & sæpe abest, Ta. 35 g.) Diuidit in duas Vẽas Cutaneas Quarum altera Ta.31 f.
        - *Anterior*, Introrsum obliquè sub cute ad medium cubiti fertur, & iuxta ipsius flexum, vel subtus paulò nonnunquam, cum axillaris venæ ramo coit, Communemq; cum ipsa venam efficit, quę (vt in axillari vena explicabitur) deorsum ducitur. Ta.31 f.
        - *Posterior*, Extrorsum obliquè ducta, & sub cute per posteriora descendens (quo ductu ramos vicinis partibus dispensat, Ta. 31 k, postquam ad vlnæ appendicem peruanit, sub paruo digito, ramo venæ axillaris interiori commiscetur, Ta. 31. Atque inde manus sedem inferioram externam perrudens, per digitum minimum & annullarem excurrit. Ta.31 ii.
  - *Crassior* inferior Axillaris dicitur, quæ Ta.31 s.
    - *Axillam* declitiis peruadẽs, Glandulis illic positis, surculos distribuens, propagines mittis duas, alteram in Thoracis Ta.31 ab t ad m.
      - *Anteriora*, in Musculos brachij illic sitos, & Mamillas, Ta.31 p. à quibus & insignis vena deorsum per thoracis latus in musculum brachij quartum perfertur. Ta.31 R.
      - *Posteriora*, in Musculos scapulæ internam sedem & vicina loca occupanses.
    - *Brachium* accedens. Vide BRACHIUM.

BRACHIVM accedẽs obliquè ſub humeri articulo Axillaris vena, Interior cubiti & Hepatica vena appellatur. Quæ in *Ta.31, inter m & n.*

- *Principio* occultata muſculis, præcipuè inter muſculos cubiti anteriorem & poſteriorem ſedem occupantes dehiſceſcẽs, ſtatim ad illius loci muſculos propagines profert. Nimirum
  - *Graciles* duas: alteram elanus in Muſculos cubitum extendentes, *Ta.31 κ* alteram paulò demiſsius in eoſdem pertinentem, à qua & ſobolas in Cutem externam brachij peruenttunt. *Ta.31 o.*
  - *Inſignem*: ab externo ipſius latere obliquè deorſum ſub muſculis ad externũ humeri tuber vſque delatam, & in Muſculos cubitum amplexantes illic prodeuntes, cum Neruo quarto brachij, diſpenſatam. *Ta.31 p.*
- *Progreſſu*, non procul à principio, in duas pares ferè venas diſcendit, quarum altera toto ferè ductu
  - *Altum* tenet, muſculis occultata, attenſa Arteriæ & Neruo quarto. Et deorſum inter duos cubitum flectentes muſculos, per cubiti articulum fertur, atq; inter muſculos digitorum illic latens, in duas venas dirimitur: quarum illa iuxta radium, altera iuxta vlnam deſcẽdens, ſub tranſuerſo ligamento manum adit, ramulos in progreſſu muſculis tranſmittens. Et in manus *Ta.31 φ φ.*
    - *Vola*, ſub latefcente tendine, Muſculis quoq; illic ſitis venam diſtribuit.
    - *Digitorũ* interna ſede, ſoboles binas ſingulis digitis, à vicina cuilibet digito vena offert, medio verò digito, ab vtraque venula ſui lateris vtrinque venam communicat.
  - *Cutem* perreptat, in media primum humeri longitudine anterioris ſadis apparẽs, et poſtquam ſobolem ad cutem illic tranſmeſit, *Ta.31 ſ.* verſus inferius humeri tuber deſcendens: vbi in æquales venas partitur. Quarum altera *Ta.31 r.*
    - *Interior*, ſtatim iterũ in duas venas, quę cubiti ſedem ad manum uſque perreptant, diuiditur. E quibus alia maximè per cubiti lõgitudinis ſedem *Ta.31 y.*
      - *Humiliorem* incedit, ad poſteriora tamen magis declinans. Quę ſtatim ab exortu ramum retroſum ad cubiti articuli cutem poſteriorem tranſmittens, *Ta.31, y.* & poſtea ad brachiale deſcendens, variè vicinis venis commiſta, cum humerariæ vena in cubito poſteriore coit, atque ad manus internam ſedem abit.
      - *Mediam*, ad interiora tamen magis progreditur, quæ variæ diſperſa, vario implexu, vtrinque venis vicinis commiſcetur: vt ſede humiliori, humilioris iam dictæ venæ ramis: elatiore verò, cum venæ communis dicendæ propaginibus, quæ poſtea internã manus autẽ variè perreptant. *Ta.31 ζ. humilium.*
    - *Anterior* obliquè introrſũ ad mediũ cubiti pertingit, atque *Ta.31 t.*
      - *Emittit* è medio ipſius ductu interdum venam, deſcendentem quoque, atque vicinis venis hinc inde permixtam. *Ta.31 ζ elatum*
      - *Coit* in flexu cubiti, vel paulò humilius in aliis, cum humerariæ ramo anteriore, fitq; Communis vena Media, vel Mediana appellata, *Ta.31 s.* quæ in deſcenſu obliquè ſurſum delata, radiũq; cõſcendẽs ramos plures, quorum aliqui cum vicinis venis quoque confunduntur, profert, &
        - *Elatior*, mittit portiũculam ad Manus cutem
          - *Internam*, verſus Pollicis monticulum, vbi Inferioris venę internis ramis miſcetur. *Ta.31 ψ δ.*
          - *Externã*, ſurſum inter Pollicem & Indicem repentem, variaq; illic vicinis venis permixtam diſperſamque. *Ta.31 ẏ.*
        - *Inferior*, Indicis, & Medij, & Annularis digitorum aliquouſque ſedem petit, vbi ramum illum qui inter indicem & minimum repit Saluatellam vocãt. *Ta.31 n.*

ARTERIA Communis, generatim corpori inseruiens, vna est, Arteria magna dicta. Cuius descriptio notatur in

- *Genere*
  - *Situs* seu Ductus: quo ex sinistro cordis ventriculo enata vel producta, sursum deorsumque in corpus vndique distribuitur, propaginibus tamen minus frequentibus quam vena, cum ipsarum ductu arteria non semper sequatur: Nam
    - *Comitatur* venam magnam ex parte, & cum sit, propter eximium ipsius vsum, nobilior quam vena, maiusque ex ipsius læsione periculi homini impendeat, ob eam causam, vt tutius in profundo corporis lateret, venæ substrata plerumque est, & sub ipsa ducta reconditur: Nisi vbi loci incommoditas id impedit, sicuti iuxta os sacrum fit, quo perueniens arteria, ne ab osse excarni illic læderetur, venam, sub qua prius latebat, conscendit, & rursum postquam os superauit, sub vena occultatur.
    - *Non Comitatur* eam vel
      - *Ortus* diuersus id non sinit, arteriaque alio è loco quam vena depromitur, tunc in principio disiuncta, in progressu primum conueniunt, mutuoque iunguntur: Veluti, vbi arteria à corde exorta deorsum prolabitur, aliisque in locis, accidit.
      - *Materia* quā defert, sanguis scilicet spirituosus, vt aliquo feratur, arteriam vel
        - *Non* exigit: Cum enim ipsorum sanguis multo sit tenuior venarum sanguine, ab extremis arteriarū elapsus, multo que adhuc magis ipsorū spūs per cæcas vias in distantiora etiā loca pōt euadere, nullo arteriæ indigēt adminiculo: vt ad
          - *Carnis* musculorum vsque substantiam. cum sæpe musculorum superficiei tantum attendantur arteriæ, non autem in ipsorum substantiā cum venis disseminētur.
          - *Cutem* vsque: cum nullibi portio earum, in cutem conspicuè emittatur, quemadmodum à venis passim fit. Licet sub cute nonnunquam proximè quoque, in locis præsertim excarnibus, vt articulorum flexuis, in carpo, manibus & pedibus arteriæ incedant, ipsarumq́. pulsus manifestè sentiatur & tangatur.
        - *Solam* exigit, priuati vsus gratia: Sicuti in quarta arteria cerebri, quæ plexum choroidē efformat accidit.
  - *Conformatio*, Quæ venę vndiquaque conuenit, nisi quod crassior, vnde & magis albicat. Nā ipsius substantiam
    - *Constituit* Corpus quoq; membraneū seu neruεum, vt sic attolli & subsidere rursum, qđ ipsis magis quā venis propter motū necesse fuit, possent. Hoc tamē non vt in venis simplex est, sed Tunicis duabus efformatum, quarum
      - *Exterior*, crassitie venarum corpori respondet.
      - *Interior* quintuplo crassior exteriore tunica, idque vt crassitie sua spiritum tenuem impetuque ruentem, melius continerent, vt pulsum illum continuum, quo, homine viuente nunquā pulsare cessant, melius perferre possent.
    - *Ambit* & inuestit Tunica, vti venas. Quā quoq;, vt & vena, à partibus vicinis hinc inde mutuatur, quæ arteriæ circumtensa, ipsam partibus adnectit, suspendit, & firmat. Præter hanc in grandioribus arteriis, circa originem maximè, tenuissima adhuc quædam interior tunica apparere videtur, quæ si adest, fortè à cordis tunica producitur.
  - *Vsu*: Vt sanguinem tenuiorem magisq; elaboratum, ad partium quarundam internarū nutritionem, sanguinem tenuiorem exigentium, deferret, maximè verò, vt spiritum vitalem, quem simul continent, ad vitam omnium partium conferrent, quo cum ne tantisper partes carere possint, vt eum indesinenter impartirent, arteria mouetur & pulsat. Sic enim dum
    - *Contrahitur* in sistole, spiritū vitalem validius in omne corpus propellit. Neque enim vt fuliginosa tātùm excrementa, quæ imaginatione potius quadam comprehenduntur, expellerentur, tam insigni arteriarum contractione opus fuit.
    - *Dilatatur* in diastole, nouam à corde rapit materiam quam in systole partibus singulis communicat. Qui verior dilatationis arteriarum vsus, potior quā quod aerem tātùm per poros ab exterioribus sic allicerent, existit.
- *Specie*. Vide ARTERIA MAGNA.

ARTERIA magna, amplissima & crassissima est in thorace, ubi cordis basis centro, in ventriculi ipsius sinistri elatiore sede, continuatur, Ta.32 A. orificiumque cordis sinistrum, cui perficiuntur membranulæ, efficit. A quorum tergo, in orificij huius se de dextra & posteriore, Coronales profert duas arterias, per cordis substantiã cum vena coronali dispersas, Ta.32 a b. Inde sursum delata, sub venæ arterialis caudice cordis inuolucrum permeãs, illico bipartitur in duas portiones, quarum alia fertur Ta.32 C.

- *Deorsum*, quæ & maior est, Et Tab 32 I.
  - *Supra* septum adhuc in thorace existẽs, ad quintam, thoracis vertebrarum, ab exortu à corde detorquetur, & deorsum secundum vertebrarum sinistrum latus procedens, septum transuersum permeat. Quo ductu venas vtrinque distribuit, sum
    - *Costarum* octo intervallis. Quæ à posteriore ipsius sede ordine progressæ, Ta.32 α. atque in costarum spatia protensæ, cum venæ sine pari ramis ad Dorsalem vsque medullam excurrunt, Musculisq; dorso thoracique adnatis ramulos distribuunt. Ta.32 kkk.
    - *Septo*, vbi ipsum pertransit, à quibus & ad Cordis inuolucrum rami pertingunt: Ta.32 l.
  - *Infra* septũ, in ventris imum descendens
    - *Supra* os sacrum adhuc existens, toto ductu vertebris innitens, venæq; cauæ sinistro lateri succũbens, ramos profert, Tũ qui venę
      - *Porta* ramis vndiq; attẽdunt, Quatuor: è quibus toto ductu fulti
        - *Omento*, elatiores duo: qui ex anteriore arteriæ sede vna quasi radice emergunt, & venæ portę subvẽtriculi posteriore sede in glandoso corpore primũ adnectũt. Horum alter petit latus Ta.32 m.
          - *Dextrum*: qui sursum in Iecoris cauũ ductus, Ta.32 t. aliquousque tantum dispergitur, emittẽs hoc progressu aliquot soboles: vt sede Ta.32 n.
            - *Elatiore*, in
              - *Ventriculi* orificij dextri posteriorem sedem vnam, quæ è medio huius dextri ductus prodit. Ta.32 p.
              - *Bilis* vesiculam duas exiles, vbi hepati vicina est. Ta.32 f.
            - *Humiliore*,
              - *Minores* duas, alteram ad
                - *Omenti* inferioris dextram sedem, & colon illi adnexum Ta.32 o.
                - *Intestinorum* initium aliquo usque pertingentem. Ta.32 q.
              - *Insignem*, Ventriculi fundi dextram sedem, perreptantem, & Omento dextro surculos mittentem. Ta.32 r.
          - *Sinistrum*, qui paulò maior est, vnà cũ venæ portæ sinistro rũco sinistrorsum ad Lienis cauum pertingit, & per ipsius substantiam dispergitur, Ta.32 d.x. Promẽs quoq. vt portæ vena ramos, pari ratione cum ipsi' ramis distributos, Ventrem est Ta.32 a.
            - *Integer* adhuc, duas: alteram è sede ipsius
              - *Superiore*, per Ventriculi posteriorem sedem, cui ramulos exhibet, ad ipsius elatius orificium progrediẽtem, quod coronę instar ambit, & sinistro quoque orificio ramum communicat. Ta.32 x y z α.
              - *Inferiore*, in Omentum inferius & colon illi adneaũ deductam. Ta.32 β γ.
            - *Diuisus*, Plurimos ramos educit, qui Ventriculi sinistrum latus petunt: è quibus duæ manifestiores deorsum progressæ, altera Omento inferiori offertur, altera fundum Ventriculi sinistrum perreptat. Ta.32 & ι.
        - *Mesenterio* duo: qui sub enarratis ab anteriore quoque arteriæ sede prodeunt. Quorum
          - *Elatior*, statim sub dictis arterijs exortus, per Mesenterij superiorem sedem vsque ad Intestina tenuia, & coli dextram sedem, numerosa sobole propagatur. Ta.32 ſ.
          - *Humilior*, magis demissiori loco sub seminalibus arterijs primũ emergens, per Mesenterij humiliorẽ sedem, ad Coli sinistram sedem, & Rectum intestinum producitur. Ta.32 λ.
      - *Caua* ramos sequuntur, pertinaces intexti. E quibus, emergunt se de
        - *Elatiore*, statim sub mesenterij elatiore arteria, vtrinque Emulgentes arteriæ amplissimæ, in dextra elatius quam in sinistra exortæ, quę in Renum substantiam cum venis absumuntur. Ta.32 φ θ.
        - *Humiliore*, in lumborum regione, ab arterię sede
          - *Anteriore*, contiguis principiis, paulò sub vena seminali, Seminales arteriæ duæ: quarum singulæ sui lateris seminalibus venis attensæ (dextra arteria venam cauã transcendente) vnà cum illis in Testes, & mulieribus quoque in Vteri fundum feruntur Ta.32 ι ι ν ν.
          - *Posteriore*, arteriæ Geniculatim cum venis prodeuntes, & cum ipsis pari serie ad Dorsalem medullam, Musculosque vicinos & abdominis distributas, quam infima quoque cæteris crassior, vt illius loci vena, existit. Ta.32 μ μ μ.
    - *Infra* os sacrum. Vide INFRA.
- *Sursum*. Vide SVRSVM. Ta.32 V.

INFRA os sacrū pertingēs Arteria magna, diuiditur statim in ipsius ossis principio, vt vena caua, in duos Truncos. Quorum vterque oblique deorsum ductus, venam cauā conscendens, ne ab osse excarne illic lædereue, eadem ratione cum vena distribuitur. Nam postquam in os sacrum soboles trāsmisit, sede Ta.32 γγ.

- *Interna* ramum profert, qui cum sua vena statim rursum diuisus, parte alia Ta.32 *f*.
  - *Transuersim* in exteriora, inter sacrum & coxēdicis os, in Musculos iliam os amplexantes, & Coxendicis acetabulum fertur, ramum proferens, sub bifurcata penis origine, per dorsum Penis, ad glandem vsque delatum. Ta.32 ο.
  - *Rectà* deorsum delatus, caudicisq; ramo adauctus, postquam Vesicæ, & Podici, & Peni quoq; in viris, Vteroq; in mulieribus ramulos transmisit, pubis os erumpens, Musculis illic ramos impartiens, & ad medium cruris vsque descendens, cum caudicis ramo tandem committitur. Ta.32 π ρ.
- *Externa*, Caudex ipse deorsum delatus cum sua vena, in Ta.32 γ.
  - *Ventre* adhuc existens, per inguina obliquè incedens, ab exteriore ipsius sede, ramum extra cauitatem ventris, sursum ad Abdominis rectum musculum medium transmittit, qui in progressu quoque conterminis sedibus soboles offert, atque ab interiore quoque sede exilem duntaxat ramum in pubis commissuram, vbi os hoc perforatum, mittit, nec vlterius cum vena propagatur. Ta.32 ο.
  - *Crura* delatus, & è ventris cauitate procedens, in regione Tab.32 φ.
    - *Femoru*, ab anteriore Inguinum sede secundum femoris os conuolutus, & ad duo inferiora femoris capita delatus, hoc ductu, ramos ad Musculos femur amplexantes, nullibi tamen ad cutem pertingentes, profert: vt sede
      - *Superiore* binos, tum ad Anteriores, tum Interiores, & quintum femoris musculos, Ta.32 χ ψ. atque ad genu viq; descendens, cum ramo interno rectà descendente com. Ta.32 ω.
      - *Media* propaginem, ad Posteriores musculos repentem, & cum vena poplitis aliquousque deductam. Ta.32 Γ.
      - *Inferiore* in poplite, ad Genu articulum, & Musculos illic exortos soboles mittit. Ta.32 Δ Λ.
    - *Poplitis* necul tatus, cum vena interiore,
      - *Tibiæ* posteriora peruadit, musculisque immersus, ramos tres in elatiore tibiæ sede producit: Videlicet Ta.32 ω.
        - *Exteriore* latere ipsius vnum, qui exterioris venæ ampliorem ramum, secundum fibulam in musculos pedis descendentem, comitetur. Ta.33 Λ.
        - *Posteriore* sede duos, qui venæ interioris ramos duos ad musculos delatos committantur, nimirum arteria
          - *Elatior*, venam Posteriorem, ad quartum pedis musculūviq;. Ta.33 Ξ Σ.
          - *Humilior*, venam Anteriorem, cum qua ad anteriora tibiæ, per membraneum ligamentorum, ad Pedis superiora, vbi pulsum sensibilē edit, propagatur. Ta.33 Π.
      - *Pedem* tandem, cum tendinibus musculorum, iuxta internum malleolum, subit, & postquam ad musculum Pollicis ramulum illic, ad superiora pedis aliquousque delatum, transmisit, in humiliore pedis sede, ad Digitorum inferiorem sedem dispergitur, binos qui singulos digitis offert surculos. Ta.33 Ψ Ω.

SVRSVM à corde delata Arteria magna minor est. Atq; inter membranas intersepientes venæ cauæ substrata, asperæ arteriæ inniteus, in thorace adhuc quatuor emittit ramos: Nimirū arterias Ta.33 Χ Ζ.

- *Soporales* duas, carotides, in quas arteria iuxta elatiorem pectoris ossis sedē (vbi glandulæ ipsis substernunt) veluti finditur. Hæ vtrinque secundum asperæ arteriæ latus obliquè sursum per ceruicē cū interiore iugulari vena ad fauces ascendunt, vbi quælibet rursū discinditur in duos ramos, quorum Ta.32 ε.
  - *Interior* amplior, in fauces delatus, vbi Laryngi & Linguæ soboles deriuauit, Ta.32 c. ad caluariæ basim rursum duas impares profert propagines, quarum Ta.32 d. Ta.30 Β.
    - *Minor*, cū interne iugularis vena ampliore ad posteriora caluariç educta, postquā musculis illic ceruicis interiora occupantibus ramulū trāsmisit, occipitis foramē primū subiens, cum vena in sinum crassæ cerebri membranæ pertinet. Estque Cerebri Arteria II. Ta.30 S.
    - *Maior*, relicta vena statim caluariā per ossis temporis for. secūdum obliquum subit, atque in ipso ingressu diuisa, mittit Ta.30 q.
      - *Extrorsum* ramum, per foramen cuneiformis ossis octauum, in Narium cauitatem, ad nasi cartilagines vsq; vbi pulsus sentitur, desinentem. Ta.30 ∫ s.
      - *Introrsum* in caluariam ramos duos, quorū Ta.30 υ υ.
        - *Gracilior*, in Crassam membranam cum vena distribuitur. Estque Cerebri Arteria III. Ta.30 r.
        - *Crassior* caluariæ instratus, antrorsum prorepit: quo incessu, nunc simplex, interdum gemin⁹, sed statim rursum coiens, Ta.30 α. & postquā ramum per for. cuneiformis ossis secundum, ad Oculum & Temporalem musculū extrà caluariā trāsmisit, Ta.30 π. reliqua parte crassam membranam perforās, partim in Tenuem membranam, Ta.30 β. partim in Ventriculos cerebri, Ta.30 γ. defertur. Estque Cerebri Arteria IIII.
  - *Coalitus* ferè omnis, maximè in iunioribus Cōglutinantur, ipsorumque superficies, sicuti ligna glutine, cartilagine illinita continuantur, proinde & naturam glutinis hæc cartilago habet, sicuti & collam ex cartilagine arte fieri videmus. Interponiturque his cōmissuris, vel
    - *Copiosior*, in coalitu illius loci, vbi ossa vehementius impelluntur, vt sic, ne percutientur, nōnihil tunc cedere possit. Veluti in coalitu laxo coxæ cum osse sacro & pubis ossium inuicem, propter magnos illius loci motus: veluti in saltu, præsertim vero in partu mulierum, quæ & copiosiorem adhuc quam viri cartilaginem illius loci nactæ sunt, accidit. Ta.11.fi.2, A B C & fi.6 7.
    - *Parcior*, quando ne tantillum quidē moueri eas oportuit, sed tātùm diuersitatis ossium causa distincta fuēre, veluti in vnione
      - *Appendicum* cum suis ossibus, cartilago alba, copiosior in iuuenibus, quæ in senibus ferè deperditur, in vniuerso corpore passim inuenitur. Qua coctione emollita (sicuti glutine humectato) appendices à suis ossibus, vel diuelluntur, vel sponte quoque decidunt. Ta.18.fi.7.ch.15.
      - *Ossium* inter se, vt occipitij & cuneiformis, aliorumque, de quibus in ossibus dictum fuit. Ta.6.fi.3. iuxta n n.
- *Ligamentis* duntaxat orbicularibus in quibusdā Articulis, cuius vel
  - *Internalla*, inter duo ipsius ossa interdum occurrentia, replent, maximè illis in locis, vbi magni motus fiunt. In quibus cartilago interposita, dum nonnihil cedere potest, melius eos quā os perferre potest. Ita articulum intercedit
    - *Interdum*, Vertebræ primæ cum secunda: quæ magnum illum motum sustinet, & inæqualitatē illius articuli simul adimplet. Ta.4.fi.6 supra c d.
    - *Semper*,
      - *Maxillæ* inferioris ad tempora, cartilago, magnos illius motus quoque exoluens. Ta.6 fi.5 iuxta a.
      - *Clauiculæ* cum osse pectoris, & scapulæ processu, cartilagines, quæ, ne clauicula in ualido brachij motu contundatur impediunt. Ta.9.fi.4
      - *Vlnæ* cum brachiali, cartilago, vehementem manus motum quoq; exoluens. Quæ licet radio vicino adnata sit, inter tamen vlnam & radium libera existit. Ta.9.fi.7,8,9,10,13,14,r.
  - *Sinus* adaugent, in quorum ambitu collocantur, ne promptè articulus luxetur, licet & ad impetum ossis sustinendum quoque iuuet. Talis occurrit cartilago
    - *Semper* in articulo tibiæ cum femore. Quæ crassa est in extremitatibus duraque, versus mediū vero, ne sinus illic impediret, attenuatur, mucosaque fit, Lunarem figuram exprimēs. Ta.12.fi.8.
    - *Aliquando* in articulo humeri ad scapulam, similis superadictæ in tibiæ articulo cartilagini. Ta.8.fi.12.

LIGAMENTUM, Vinculum, corpus medium quoddam est inter cartilaginem & membranam, vnde tenacissimũ & robustissimum extitit. Nonnunquam verò magis ad cartilaginis naturam accedens, cartilagineum est dicitq;: aliàs verò membranæ naturam participans, membraneum fit & appellat. Cæterum cum multa sint ligamenta, cõsiderantur ea tum in

- *Genere simul*, quorum alia
  - *Colligant* seu connectunt ossa vel cartilaginum articulos, duobus semper vel pluribus ossibus pertinacissimè, ne facilè dimoueantur, adnata. Hæc simul quoque quæ colligãt per accidens continent. Ex his quædam sunt
    - *Communia* Articulis omnib⁹, & nexibus laxis, atq; vnioni quoque omnium ossium & cartilaginũ: quæ ea, ne facilè luxetur, aut abscedant inuicem, simul cõnectunt, & in articulo motũ interea minime impediũt. Hæc
      - *Membranea* & ampla existũt. Suntq; vel
        - *Crassiora* seu robustiora, vbi
          - *Vnus* articul⁹
            - *Magnos* motus sustinere debuit, vt eos melius perferret: veluti in diarthrosi accidit.
            - *Inualidus* est, vbi profundum sinum non habet, vnde ne facilè excideret, valido ligamento opus habuit: sicuti in articulo humeri cum scapula.
          - *Plures* articuli simul nectuntur, id quod, cum multæ sunt arthrodiæ, accidit.
        - *Tenuiora*, vbi articulo per se prospectum est, sicuti in ginglimo fit.
      - *Foris* articulum ambiũt, vel
        - *Vniuersum*, eumque obuoluũt, ita vt in nullã partem facilè luxetur. Suntque adnata vel
          - *In* articulo (vt firmior esset)
            - *Ossib⁹*, articulũ cõstituentibus, sicuti in
              - *Cotyle*, Capitum circũferentiis, & sinuum superciliis.
              - *Glyne*, Tuberum vtriusque ambitui.
            - *Cartilagini*, quæ articulum intercedit, ipsiusque sinum auget, quã vt in motu subsistat nectit, & quasi inclusam seruat: vt in Tibiæ superiori articulo.
          - *Sub* articulo, iuxta illius radicẽ, cũ liberius in omnia loca articulum moueri oportuit: veluti in femoris capite, quod acetabulum subit, euenit.
        - *Ex parte* tantum, si
          - *Occupentur* aliis: vt in articulo genu, cuius partem patella possedit.
          - *Plures* conueniant articuli, tum extrinsecus tantùm pluribus simul ligamentum obducitur, vt in dorso & brachiali fit.
    - *Priuata* quibusdam tantum articulis, quos validi⁹ adhuc necti oportuit vnde quoque præter communia ligamenta alia insuper obtinuerunt, quę vel
      - *Foris* quoque, tamen sub communibus ligamentis, reposita, in diarthrosi maximè, occurrunt, in ea articuli parte, in quam facilius, nisi ligamentis coercerẽ, articulus declinaret. Hæc
        - *Ducuntur* ab vno osse in aliud, nunc rectà, vt in dente secundæ vertebræ, nunc obliquè, nunc transuersim: veluti humeri superioris articuli priuata ligamenta.
        - *Crassa* admodum sunt, nunc teretia, nunc lata, prout situs loci requirebat, vt in humeri dicto articulo.
      - *Intercedunt* ipsum, suntque crassa cartilaginea ligamenta, Neurochondrode dicta, vt in motu assurgere & subsidere rursum possent. Hæc sunt vel
        - *Lata*,
          - *Omnino*, & fibrosa, vt quæ vertebrarum corpora intercedunt.
          - *Ex parte*, qua obducuntur commissuris, reliqua verò vbi se iis inserunt, vt ea validius simul nectant, angusta. Sic opplentur spatia quædam commissurarum, quando
            - *Inæqualiter* plana ossa inuicem iũcta sunt, vti brachialis & tarsi,
            - *Dehiscant* nõnihil, veluti in ossis sacri cum coxa interuallo.
        - *Teretia*, & à capite vnius ossis in sinum alterius feruntur.
  - *Continent*. Vide CONTINENT.
- *Specie*, separatim singula, tum quæ sunt in corporis
  - *Trunco*. Vide ligamenta TRVNCI.
  - *Artubus*. Vide ligamenta ARTVVM.

CONTIneut, Ligamẽta quędã, partes aliquas in sua sede, ne facilè dimouerentur, sed ità commodius subsisterẽt. Licet & quædã ex his dũ partes coonnẽt, aliat per accidens quoque, vt dicetur, colligent. Connectunt autem vel

- *Partes* motui destitutas: vel ossi
  - *Ossium* capita, in ipsorum quibus voluuntur sinibus, & tamen capitibus (sicuti ac ea quæ articulos colligant ligamenta) minimè adnata sunt, sed cunnascuntur tantum vel
    - *Sinibus* illius articuli, eius adaugent
      - *Profunditatem*: Suntque cartilaginea ligamenta, supercilii sinuum in ambitu adnata: vt in acetabulo coxæ & scapulæ.
      - *Rotunditatem*: veluti teres ligamentum secundę vertebrę, quod sinum omnino rotundum, annuli instar, in quo dens continetur, efficit.
    - *Processibus* vicinis articulo illi cuius caput retinere debent, quibus extensa, articuli luxationem, ea parte, qua illi opposita sunt, impediunt: vt in quarto ligamento humeri accidit.
  - *Musculorum*
    - *Fines* in sua sede, ne ab ea, propter partis situm præcipitẽ vel reflexum, in motu declinarent. Hæc ossibus tantum, non partibus quas continẽt connexa, vel
      - *Ambiunt* tendines orbiculatim, eos maximè, qui ad manus vel pedes feruntur. Quot retinent vt in
        - *Parte* aliqua ne cum attrahuntur assurgant, vel à sua sede declinent, & simul stricti molle corpus efficiunt. Quæ usum vel præstãt
          - *Non* tantùm, sed & mutuò ossa colligãt, si duobus vel pluribus sint adnata: vt quæ sedem possident
            - *Internam*
              - *Digitorum*, oblonga ligamenta, digitorum ossibus simul affixa.
              - *Brachialis*, transuersum ligamentum armillę instar vtrique ossibus adnatum.
            - *Externam* Brachialis, annulare, vlnæ cum radio affixum, ligamentum.
          - *Tantùm*, quæ vni ossi tantùm adhærent: vt quę in externe brachialis sede occurrunt ligamenta quinque, annularia dicta, radio tantum & vlnæ connexa.
        - *Vniuersum*, quibus tunicæ ritu circumdata, toto ductu per manum, vt rectius procederent, & minus vagarentur, ipsos membranarum modò, circa connexum tamen inuoluunt. Suntque Mucosæ membranæ, ex quibus aliquę musculis quoq; paruulis in manu exortum præbent.
      - *Subiiciuntur* finibus musculorum & tendinibus, tunc cum per sinus aliquos, qui illa torulæ modò ne declinarent retinent, feruntur. Quos sinus ne duritie partes quæ per eos ducuntur offenderent, eiusmodi ligamenta succingunt, molliores que redduut & lubricos, vnde & crassa lubricaq; sunt. Fitque hoc, tum propter
        - *Locum* præcipitem, à quo facilè tendines delaberentur: vt in femoris musculi sexti & septimi tendine, per os pubis descendente.
        - *Reflexam* tendinem, in quo, veluti trochlea ad quam circumduceretur, opus habuerunt: vt in femoris decimi musculi hoc euenit.
    - *Corpora* quib9 etiam connexa sũt: vt quæ
      - *Plures* musculos simul
        - *Sustinent*, illis locis, vbi ossibus, quibus innitenentur, musculi destituti, ligamentis adhærent, à quibus etiam sæpè exoriuntur, qui verus horum ligamentorum, meo iuditio, vsus est. Hęc
          - *Membranea* sunt plerumque & lata, nonnunquam tamẽ & teretia, fibrisque obliquis nbsita.
          - *Opplent* ossium distantias vel interualla, quorum quoque vices gerunt, eaq; vel
            - *Connectunt* quoque simul, si duobus ossibus affixa sint. veluti ligamenta
              - *Longa*, quę cubiti & tibiæ ossa longa intercedunt.
              - *Angustiora*, inter processus vertebrarum & coxẽdicis ossis cum osse sacro, velidẽ hæc simul quoque cõnectẽtia.
            - *Non* connectunt, si vnius ossis foramen oppleant: vt ossis pubis foraminis ligamentum.
        - *Obducunt* & simul constringũt, ne in motu quoque assurgant, vel mutuò implicentur. Hæc
          - *Membranea* quoque sunt, & robustiora priuatis musculorum membranis.
          - *Musculorum* tantùm corporibus connectuntur, nullis ossibus adnexa: sicuti ubi plures existunt musculi, in artubus maximè, accidit.
      - *Vnum* musculum retinent, ne vltrà quam necesse erat efferatur: Veluti ligamentum membraneum, linguam ne nimium exeratur retinens.
- *Viscera*, quæ suspendunt, ne pondere ipsorum decidant, præsertim illis locis, vbi vasis quibus etiam firmantur maximè destituuntur: vt ligamentũ hepatis, vesicæ, quo & vrachus, vènaque vmbilicalis iam exiccata pertinẽt.


TRUNCI corporis ligamenta varia sunt. Quorum alia (situ ossium sequuti) referuntur ad

- *Dorsi vertebras*, cum
  - *Primam* & secundam. In quibus ligamentum aliud
    - *Colligat* has vertebras, veluti ligamentum
      - *Commune*, ambiens totū articulū, quod nectit cū
        - *Capiti* primam vertebrā vtrinq. in occipitio. Ta.28.fi.6 x x x.
        - *Inuicem* corpora duarum istarum vertebrarum. Ta.28.fi.6 y y.
      - *Priuatum*, quod Dentem siue secundæ vertebræ processum capiti affirmat, processusq; illius eminentiam adauget, à cuius vertice, occipitio, ad anteriorem dorsalis medullæ foraminis sedem, inseritur. Ta.28.fi.6 t.
    - *Continet* vertebræ secundæ dentem in sinu primæ vertebræ, ne facilè ab eo deuiaret, vel retrocedens dorsalē medullam comprimeret. Hoc
      - *Teres* est, cartilagineū, robustissimumq., ne in valido capitis circumactu periclitaretur.
      - *Ambit* posteriorem dentis sedem, vtrioque primæ vertebræ lateribus validissimè implantatum. Ta.28.fi.6 a.
  - *Reliquas*, à secunda ad vltimam vsq.. Quarum ligamenta propria (aliis quę illas vicinis partibus iungunt, ad illas partes relegatis) alia
    - *Colligant* deorsum semper vertebratim
      - *Corporum* nexum, anteriori maximè sede & in lateribus, vt quæ corpora ipsorū
        - *Interueniunt* vbi inuicem coniunguntur, validissimè ea connectentia, quæ Ta.28.fi.7 ab.3.
          - *Cartilaginea*, fibrosa, admodumq. mucosa sunt, crassaque sunt in ambitu exteriore, versusq. mediū attenuata.
          - *Lunarem* figuram, vti bases corporum referunt, illorumque amplitudini respondent.
        - *Ambiunt*, communia ligamenta valida, & mucosa, per totam illius longitudinem dorsum validissimè vincientia, ne dum curuatur, periclitetur, vel vti sæpe fit, gibbum contrahat.
      - *Processuum* articulos, quos ascendentes processus cum descendētibus efficiunt. Suntque communia membranea ligamenta.
    - *Continent* musculos seu sustentant, qui ipsis extrinsecus adnascuntur. Talia sunt quæ
      - *Inserta* sunt distantiis seu interuallis vertebrarum processuum
        - *Transuersorum*, suntque membranea.
        - *Posteriorum*, inter ipsorum
          - *Spinas*, quæ in ipsarum apicibus adeò crassescunt, vt dum se mutuò cōtingunt, veluti vnum ligamentum longum, per spinarum longitudinem illic deductum, foc ment.
          - *Radices*, ad latera ascendentium & descendentium processuum: quæ subflaua sunt.
      - *Sustinent* musculos illis adnatos, qui aliàs, si spatia hæc inania fuissent, incōmodè solis ossibus distantibus, hic hæsissent. Quamuis & simul processus hos validè cōnectant. Cuius rei gratia bestiæ, quæ in dorso onera ferre debuerunt, vt firmiorem dorsum haberent, præter dicta ligamenta, aliud vnum per crassissimum, per apices spinarum secūdum totam dorsi longitudinem deductum, quod Germ. Walbenwags vocant, obtinuerunt.
- *Capitis*
  - *Articulum*, veluti maxillæ inferioris cum ossibus temporum: ligamentum commune membraneum, articulum hunc obuoluens.
  - *Linguam*: ligamentum sub ea situm tenuissimum, eam faucibus colligans. Ta.29.fi.3 t t.
- *Thoracem*, cuius
  - *Articuli* omnes communibus membraneis vinculis illos ambientibus conuinciunt, vti nexus
    - *Cartilaginum* Laryngis inuicem, præter tunicam oris, qua oblinitæ cartilagines melius cohærent, ligamentis obducuntur.
    - *Ossium*
      - *Costarum* cum
        - *Vertebris*: validis, & ferè cartilagineis ligamentis, maximè in prima et secunda costis, cum hæ maximum onus sustineant, vti & duodecima, cum hæc transuerso processu non sustentata validius necti debuerit, colligantur.
        - *Pectoris* osse, cui cartilagines costarum, ligamentis quoque connectuntur.
      - *Pectoris* ossis supremi cum clauiculis: qui &, præter commune ligamentorum, priuato quoque, ab humiliori clauiculæ sede in pectoris osse illic inserto, nectūtur.
  - *Nexus* ossium pectoris fit interueniente cartilagine fenul, sed pertinacissima, duplicis; periostio, simul ipsis obducto. Ta.8.fi.6 r.

ARTV.


ARTVum Ligamenta, alia pertinent ad

- *Brachij*
  - *Fulcta:* vt Scapulæ ad humerũ articulum, qui cum laxus sit, neque profundo huic acetabulo, ne promptè luxetur, processibus circumque illi imminentibus munitur, musculisque, illi affixis cum illiusq. & ligamentis pluribus nectit. E quibus
    - *Colligant* illa simul, ĩ verisq. adnexa sũt li gamenta: veluti
      - *Commune*, ambiens totum articulum, adnatum scapulæ superciliis, & humeri capitis radici.
      - *Priuata*, quæ
        - *Expansa* huic articulo atque à scapula producta, exterioræ sedi humeri simul innascuntur, idque
          - *Anteriori* duo, teretia, mutuò cõnata, & neruum cubiti musculi caput trãsmittentia, quorum
            - *Inferius* minus, ex scapulæ interiori processu prodit. Ta 18 d.
            - *Superius* crassius, ex scapulæ acetabuli superiori parte enascitur. Ta.18 Q.
          - *Posteriori* vnum amplum, ea eadem scapulæ sede procedens, obliqueque descendens. Ta 16 v.
        - *Suspensum* ad scapulam humerum validius nectunt, ne deorsum sua grauitate vergens, vti nihilominus sæpe fit, aut externum, facilè luxaretur.
    - *Continet* humerum in sinu, ligamentum latum, quod scapulæ tantum adnatum,
      - *Ducitur* à scapulæ processu interiori ad superiorem obliquè, anteriori sede. Ta.18 c.
      - *Cauet* ne humerus sursum luxetur, sinumque insuper scapulæ adauget. Quam illius actionem, neruum caput musculi primi cubiti, illic tensum, egregiè adiuuat.
  - *Partes*, Quæ vel
    - *Colligant* ossa illæ simul: vt in
      - *Manu*, communia tantum ligamenta, quæ nectunt
        - *Digitorum* internodia, quæ ambiunt simul.
        - *Postbrachiali* ossa
          - *Brachiali*, & per exteriora ipsius ducuntur.
          - *Inuicem*, iuxta extremitates, quas & ambiunt, atque illic se nonnihil insinuant, cartilaginosaque existunt.
        - *Brachialis* ossa mutuò, quibus vndique obducuntur, atque ea quoque alicubi, vti maximè in ordine anteriori, intercedunt, cartilagineaque fiunt. Ta.25 l.
      - *Cubito*, Radium vlnamque connectunt
        - *Brachiali*, tum commune ipsius, tum priuatim duo teretia ligamenta, quorum aliud illic nectit
          Ta.21 T, V.
          - *Vlnam*, quod à processu styloide ipsius in os quartum brachialis ducitur.
          - *Radium*, insigne, ex apice radij huc deductum.
        - *Inuicem*, tum commune suprà infraque, tum priuatum ligamentum, quod per totam longitudinem, qua inuicem dehiscunt, ductum, acutiori vlnæ lineæ & radij, qua se inuicem spectant, est adnatum. Hoc
          Ta.20 v. 25 b, 26 k.
          - *Membraneum* validumque est, & fibris obliquis contextum.
          - *Colligat* ea ossa, musculos vtriusque lateris dirimit & exortum quibusdam præbet.
        - *Humero*, communia tantum ligamenta, quæ radium externi humeri tuberi & vlnam quoque humero connectunt, quæ, cum per se satis tutus hic sit articulus, sufficiebant. Ta 13 g.
    - *Continent* sua sede
      - *Tendines* ad manũ prerepantes, transuersa ligaméta, tendinibus, extra cõnexum tamen, obuoluta: E quibus alia illos
        - *Retinent*, ne in attractiõe assurgãt. Huiusmodi ne currunt in sede manus
          - *Interna*, tum
            - *Digitorum* singulorum vnum, in ambitu tendinum flectentium digitos, quæ Ta.17. vide manum.
              - *Ductu* secundum digitorum longitudinem, internæ ossium sedi adnectuntur.
              - *Longa* sunt, & canalem aliquem referunt.
            - *Brachiali* vnum, omnes tendines simul constringens, & nonnunquam latum tẽdinẽ ad vnlã manus producẽs, quod Ta.17 b.
              - *Succingit* totam brachialis sinus amplitudinem.
              - *Latum* & forte admodum, instar armillæ illic situm.
          - *Externa*, qua brachiale cubito articulatur, vnum transuersim per totam illius latitudinem expansum, plures annulos siue sea vincula, tendinibus digitos extendentibus illic obducta, producens: quarum alia adnexa Ta.14. 15. ch. 1, 2, 3, 4, 5, 6.
            - *Vlnæ*
              - *Cum Radio*, t, vinculum, infimũ, quod tendinẽ parui digiti vehit, & simul hæc ossa nectit.
              - *Tantũ*, tt, huic vicinũ, tẽdini brachialis paratũ.
            - *Radio* tantũ, quatuor reliqua ordine sequentia, quorum
              - *Inferiora* duo, ttt. & tttt, aliud tẽdinem vehit.
                - *Digitorum* triũ.
                - *Indicis* & medij.
              - *Superiora* duo, v, & vt. tendinibus destinata sunt (nisi priuatis, vt sæpe fit, ducantur
                - *Bicornis* & pollicis.
                - *Brachialis* & pollicis.
        - *Inuoluunt* membranarum modò, vt tutius procederent & nihilominus exortum præberent aliquando musculis. Atque
          - *Obducuntur* toto ductu tendinibus ad manum & digitos perreptantibus. Ta.17 vide manum.
          - *Mucosa* sunt membranę, rubicundiores tamen cæteris tendinum membranis.
      - *Musculos* complures, simul partem aliquam occupantes, vt in cubito maximè accidit, in quo, musculi eum occupantes, membraneis simul constringuntur membranis.
- *Crura.* Vide CRVRIS.



CRVRIS Ligaméta, alia pertinent ad ipsius

- *Fulcra*, Coxã scilicet quæ vel
  - *Colligant* ossa: qđ faciunt ligamenta
    - *Communia* membranea, quæ nexus illius, siue coalitus laxos, quos cartilago cupiotior hic interecedit, ambientia, arctius stringunt. Ex quo sane quoque conijcere licet, nexum hunc validius impulsum nonnihil cedere posse, atque ob eam causam quoque, sicuti alij nexus mobiles, ne distorquerentur nimium ligamentis opus habuisse. Talia sunt, quę ossa
      - *Ilij* cum osse sacro iuncta ambiunt: quæ portione quoque aliqua illorum cartilaginea, nonnihil ossium nexui se inserunt. Ta.11.fi.5 iuxta A B C D.
      - *Pubis*, copiosa cartilagine interposita, amplius adhuc connectitur, ne ea in situ aut aliis magnis femoris motibus, sicut tantum ossa fuissent, tangerentur, aut si ligamentis caruissent, loco nonnihil mouerentur. Ta.11.fi.1 iuxta u.
    - *Priuata* duo, teretia, illic, vbi sacrum os à coxa dehiscit, apposita: quæ
      - *Torriguntur* ea ossis sacri infimi latere, in acutum coxendicis processum. Ta.22 y, 24 e, 25 f, 26, p.
      - *Coxendicem*, in infimo illic loco, ossi sacro validius stringunt, præsertim tamen rectum intestinum & musculos ipsius, hic nullo osse quo hæreantur ipsis subiecto, sustinent. Ta.25 d.
  - *Continent*
    - *Musculorum*
      - *Fines*, quibus subiciuntur, sinus que illic, tunicæ crassæ instar, vt tutius tendines illic veheren tur & reflecterentur, succingunt: Veluti ligaméta obducta sinui in osse
        - *Pubis*, cui sextus & septimus musculus femoris cum tendinibus incumbunt, in illoque tutò vehuntur. Ta.11.fi.1, 2, 3 T.
        - *Coxendicis*, ad quem decimus femoris musculus commodè sic reflectitur. Ta.11 fi.1, 2, 3 k.
      - *Corpora*: membraneum ligamentum, ossis pubis foramen occupans, quod, cum leuitatis causa pars ipsius ossis exempta esse debuerit, illius loco musculos sustentans, vices eius subit. Ta.17 bb.
    - *Os* femoris: cartilagineum ligamentum, acetabuli supercilio adnatum, quod cum profunditatem pixidis huius adaugeat, atque impetum ossis sustinere melius possit, quam si acuties illa ossea fuisset, tutiorem sic facit articulum. Ta.11.fi.1, 3, 9.
- *Partis*, vt
  - *Femur*, quod colligant coxendicis acetabulo: vt ligamentum
    - *Commune* membraneum, vniuersum articulum ambiēs, quod priuatim *ἰσχίον* dictum. Ta.28.fi.5 P.
      - *Crassitie* omnia ligamenta, cum articulus iste totum corpus sustinere, validissimosque motus perficere debuerit, exuperat.
      - *Expansum* toto articulo & femoris quoq. ceruici, illi tamē nusquam, vti neque in capite femoris, nec acetabuli supercilio, nisi ad magni femoris processus radicem orbiculatim circumnatum, quod vt in omnes formas articulus hic moueri posset, necesse fuit.
    - *Priuatum*, teres, in ipso acetabulo situ, ex cuius humillima sede (vbi adeps inuenitur, quo continuo hic articulus inunctus manet) in femoris capitis medium definit, illudq. ne à sinu suo facilè excidat, retinet. Ta.28.fi.5 o.
  - *Tibiam*, vt quæ
    - *Colligant* ipsam
      - *Femori*, in genu articulo: qđ præstant ligamenta, tum
        - *Commune* membraneum, totum articulum, ea parte excepta, quam patella cum tendinibus illi aduexis occupans, per se satis constringit atque retinet, ambiens. Ta.18 s s.
        - *Priuata*, vt validius ille articulus, qui totum quoque corpus sustinet, necteretur. Vnde in
          - *Ambitu*, vbi interius expositus erat
            - *Magis*, crassiora obtinuit ligamenta: vt
              - *Posteriori* sede vnum, ea tibiæ ossis processu in femur recta, illic vbi maximè capita ipsius dehiscunt, insertum.
              - *Externo* latere aliud, à femore in fibulæ tibiæque ossa delatum. Ta.28 fi. 5 T.
            - *Minus*, gracilius nanciscitur ligamentum, in interno latere scilicet, quod obliquè à femore in tibiæ priora defertur. Ta.28 fi.5 T.
          - *Medio*, ab vno osse in aliud progressa, duo habuit ligamenta, quorum
            - *Insignius*, cartilaginosum, à tibiæ sede, inter sinus ipsius, prominentiore, ad femoris posteriora, in capitum ipsius distantiá, deducit. Ta.28 fi.5 X.
            - *Gracilius* mucosum, in medio est illius articuli.
      - *Inuicem*, duo nimirum illius ossa tibiam fibulamque. Quod præstant suprà infraque communia ligamenta. Ta.28 fi.5 T Z.
    - *Continent*
      - *Tendines*: transuersum ligamentum, in anteriori pedis sede obuiam, quod tamen inferiorem horum ossium connexum quoque adiuuat. Ta.28.fi.5 bo.
      - *Musculos*: membraneum ligamētum, inter fibulam & tibiam, toto spatio quo inuicem dehiscunt, expansū, qđ musculos sustinet. & simul hæc duo ossa validè simul nectit. Ta 20, 28.fi.1 T. & fi.5 a.
- *Pedem*, Vide Ligamenta PEDIS.



- **PEDIS Ligamēta, alia**
  - *Connectūnt ipsius ossa: vt*
    - *Talum*
      - *Tibiæ* ossibus, vel
        - *Ambobus*: quod fit communi quoque membraneo ligamento, vniuersum articulum amplectente.
        - *Vni* tantùm. Suntque cartilaginosa ligamenta: quorum aliud connectit talum tibiæ ossi
          - *Interiori*, quod ab internis partibus tali, quibus interno malleolo excipitur, productum, tibiæ ossis parti quæ talum recipit, innascitur. Ta.28 fi.5 f.
          - *Exteriori*, fibulæ, atque interiori respondet. Ta.28 fi.5 g.
      - *Pedis* ossibus: veluti
        - *Calci*, duobus ligamentis, quorum alterum connexui horum ossium
          - *Obducitur* omni ex parte, estque commune membraneum ligamentum.
          - *Adnatum* vtrinque existit, vt talo, inferiori sui iuxta ipsius ceruicem sede, & calci, inter duas ipsius cum talo commissuras.
        - *Nauiformi* ossi, ligamento cartilagineo, totum articulum exterius ambiente, quod ex tali ceruicis termino in nauiforme os progreditur.
    - *Tarsi* ossa. Suntque cartilaginea ligamenta, vt in brachiali, quæ omnia connexum quoque ferè tarsi ossium subeunt. Sic committuntur tarsi ossa
      - *Vicinis* ossibus, cum sede
        - *Posteriori*: vbi ipsius
          - *Quartum* os Cubiforme, connectitur.
            - *Tali* ceruici, valido ligamento, ipsorū connexui innato.
            - *Calci*, Robusto ligamento, articulum amplectente.
          - *Tria* reliqua ossa, Nauicolari ossi, ligamento quoq; ipsis innato, copulantur.
        - *Anteriori*, Pedij ossibus, eadem ratione qua in brachiali ligamentis simul coniuncta.
      - *Inuicem*, in parte pedis
        - *Gibba*, eodem quoque modo vt in brachiali.
        - *Caua* seu inferiori, peculiari quasi vinculo valido, externa ossium vinciente, ossium quoque media, quibus se inserit, inuicem constringente.
    - *Pedium* & Digitos simul. Quorum ligamenta, eandem penitus conformationem, vt illa quæ in manu sunt obtinuerunt, eundemque ductum seruant.
  - *Continent*
    - *Tendines* ad pedem perrepentes. Quę (exceptis musculis mēbranis hic quoque obuiis) trāsuersa quoq. perinde ac in manu existunt, similemque vsum præstāt: Vt quę occurrūt in
      - *Digitorum* pedis regione inferiore, eodem pacto penitus vt in manu se habentia.
      - *Pede* reliquo, quæ & ossa, quibus adnectuntur, simul committunt: vt ligamentum in pedis
        - *Sede* Anteriori, quod ad tibiæ os & fibulam refertur, vnumque tantum existit, tendines interim plurimos transmittens. Ta.14 A t 5 A.
        - *Latere*
          - *Interno*, ab interno malleolo in calcis os insertum. Hoc tres annulos seu tria ligamenta efformat, quæ priuatim ad suos spectāt sinus, tenim tendinum nomine (vt & ipsi tres sunt) exsculptos. E quib⁹ annulus & ūnus Ta.14 v 15.5 58 fi.5 d.
            - *Calci* proximus, Pollicis secundum articulum flectentis
            - *Medius*, Quattuor digitorum articulum tertium flectentis
            - *Interni* malleoli posteriorem sedem, occupās Pedis primi.
            - musculi tendinem transmittit.
          - *Externo*, a fibula in calcem delatum, quod duobus sinibus obductum, tendines septimi & octaui musculi pedis transmittit. Ta.15 Σ 28 fi.5 e.
    - *Musculos* quibus obnascuntur, tum in
      - *Crure*, Membrana lata, plures illius loci musculos simul complicans.
      - *Pedis* planta, priuatum ligamētum, lati tendinis in manu positi hic vicem gerens: quod validum admodum, à calcis infima sede progressum, omnibus illius loci musculis adnatum obducitur, & quinque digitorum inferiori sedi, diuisum quoq, in quinq. partes, obnascitur. Ta.26 π.27 f.

MEMbranæ aliæ propnè sunt

- *Innolucra*, veluti omnes membranæ ioternates, q̃ corpnris partes inoestiūt, atque à vicinis partibus distermināt. E quibus plereque quoq., insuper vasa sub ipsis, vel in ipsis deducta, veluti venas, arterias, & neruos (q̃ adipe simul adhærente illic muoiunt) securè deducunt. Horum aliæ
  - *Generales* sunt, in
    - *Fœtu*: Vniuersum ipsum, cote tamen prius intectum, citra connexum, nisi vasorum beneficio, ambientes. Suntq; Inunloera fœtus duo: quæ ipsum illis inclusum afferuant, vataq; ad ipsum intrò deducuot, atque insuper vrinam ipsius excipiunt, & ad partum vique, taoquam in vesica inclusam, contineot.
    - *Homine* nato seoabsoluto: q̃ pluribos & diuersis partib. priuatis tamen prios tunicis inuestitis, obducuntur & adhæresc ūt, pertinacitee. Suntque Membranæ tit. E quibus
      - *Corpus* vniuersum ambit Membrana generalis dicta, inter quam & cutem veoæ turò eū nernis passim feruntur, adipe intercedēte copiosissimn. Hęc
        - *Sub* Cute ducta, vndique illi vasorum beneficin fibrisque tantum cohæret, quibus & musculnsā substrans membranis, & periostius nectitur.
        - *Membrana* naturam refert, nisi quatenus in facię & cnllo, tusaneniom musculorum latorum adhęsione, carnnia musculosaque fieri credebatur, vnde & Carnnsum panoiculum vncabant.
      - *Ventres* duos amplos ventris iusetmris & thoracis succingunt Membranæ Doæ: Quę rursum alias membranas easq; duplicatas ferè, vt sie vasa (quibus copiosº adeps bic adhæret) inter ipsa tutios incederent, pnferūt, Tunicasq; partibus in cauitanbus bsice contentis, atque extra has qnnque collocaus impartiuor: Vtin ventre
        - *Inferiore*, Peritonæum, musculos abdominis, lumborum, & septi bumiliorem sedem, vertebrasq; succingens, pnfert
          - *Membranas* duas insignes, duplicatas, Omentum & Mesenterū, quibus intestina suspendit, vasaq; securè deducit, & iouestit.
          - *Tunicas* Viscerum & Vasnrum omnium in ventre inferiore pnsitnrum, atq; extra hunc Testibus in viris tunicā quoq; transmittit.
        - *Medio*, Soccingens thoracis cauitatem (musculis, & costis, & septi elatiore sede constitutam) membrana, educit
          - *Membranam* Interscpientem duplicatam, in cuius medio venę, arterię & nerui tutò feruntur: itemque Cordis capsulam eoe amplectentem pnfert.
          - *Tunicas* Pulmonum, Cordis, & Vasorum illic collncatntum.
  - *Peculiares* certis partibus: Quę membranas possidēt Vel
    - *Duplices*, veluti ex
      - *Visceribus*, nobilissima, præter interiorem tunicam, qua ipsorum substātia ambitur, vt tutiora essent, exteriore quoq; membrana, citra connexū tamē, ipsis obuoluta, veluti in capsula suspendnntur: Vti in Veotre
        - *Superiore*, Cerebrum, Tenoi membraoa, cerebri vasa deducente, vndique pnximè inuestitum, Crassa membrana sinus cerebri insculptos babente, insuper suspeoditur, à qua & Membranæ aliæ, seu ipsius portinnes, cerebri diuisionibus se ioserunt: idque vt vasa cerebro sic vndique proximiora essent.
        - *Medio*, Cor, tunica, io qua venæ & arteriæ ipsius ducunt coronales intectum, Capsula insuper, quæ a vasorum inunlucris nascitur, suspensum cootinetur.
        - *Inferiore* (excepto hepate & liene, quæ ligamentis & vasis membraneis sūt suspensa)
          - *Intra* hunc, Renes, præter tunicam teouem qoa inuestiunt, à peritooæo aliam desumunt, quę ipsos tanquam in camera inclusos corpori affirmat, veonlamq; eò propagatam educit.
          - *Extra* hunc, Testes, præter tunicam tenuem vasa contineotem, processu quoque peritonæi eò deducto, suspenduntur.
      - *Vasis*
        - *Nerui*: Quorum substaotia duabus membranis obduci videtor: quarum Interior teouis, à tenui cerebri membrana pnfecta, medullam ipsius constringit, & sensum tactus, vt vult Fernel. neruo impartit: Exterior verò crassior, à crassa cerebri membraoa deducta, magis adhuc illā muoit. Hęc autem io progressu nerui, sensu onn satis diiudicantur, sicuti verò circa originem, maoifestè dissoctę apparent, vbi & cum nerui nptici ad Oculum delatæ, doas illiº membranas, quibus nculi humnres contioentur constituoot, corneam scilicet & vuaam, à qua tur sum tunica vitrei & crystallioi bumoris producitur.
        - *Arteriæ*: Qnorum corpos crassum, aliod insuper vas venæ iostar ambit, & qua extra viscus fertur, tunica alia adhuc, à conterminis generalibus membranis deprompta, inuestitur, sub qua maiores arteriæ adhuc tenuissimā forte iomuntur.
    - *Simplices*. Vide SIMPLICIA.
- *Non* innolucra. Vide NON INVOLVCRA.

- **SIMPLICES Membranæ, peculiares certis partib⁹, tenues sunt, Tunicæq; dicuntur. quę tunicas vel**
  - *Aliunde* mutuantur: Partes illę omnes, quæ corporis cauitatib⁹ inclusę sunt, à conterminis generalibus ventrium duorum membranis, vbi illis adnectuntur, in ventre nimirum inferiore à peritonæo, in medio a succingente, tunicas desumentes: Veluti accidit
    - *Frequentius in*
      - *Visceribus*, cum tam carnea quam membranea omnia, veluti pulmo, iecur, lien, ventriculus, vesica, glandulęque, tunicis eiusmodi inuestiantur.
      - *Vasis*, cum illis quæ ventribus
        - *Peculiaria* sunt, vt aspera arteria, stomachus, intestinis, vreteribus, vasis spermaticis, quæ omnia continuas cum visceribus, quibus cohærent, tunicas habent.
        - *Communia* sunt, vt venis, quæ vbi extra viscus vel musculum feruntur, vicinis membranarum, quibus vel deducuntur, vel suspenduntur, integuntur tunicis.
    - *Rarius* in Musculis. Cum solum septum transuersum & lingua, secus ac reliqui musculi, in corporis cauitatibus quoque posita, illud ventrem distinguens, tum à succingente, tum peritonæo, hoc, a peculiari quadam tunica vs succingente, sicuti dicetur, tunicas sortiantur.
  - *Non aliunde* mutuantur, sed veluti proprias possident: Partes illæ, quę extra corporis cauitates positæ, corporis habitum constituunt (nisi fortè à generali mēbrana corpus ambiente continuatione quadam hęc procedant) Sic
    - *Musculi* singuli propria, ab adiacente musculo, distinguntur tunica.
    - *Ossa*
      - *Extrinsecus quoque tunica inuoluuntur, Quæ vel*
        - *Peculiaris* nonnihil, à cæteris existit: sicuti ea quæ caluariam extrinsecus obducit, & ob id priuato quoque nomine Pericranium dicitur. Quæ fibris certis caluariam subiens, crassę membranæ quoque cerebri portus connectitur, quā quod ab ea educatur, atque oculi adhęrentem, & palpebrarum profert tunicas.
        - *Communis* est reliquis omnibus ossibus, & cartilaginibus quoque omnium vices subeuntibus, diciturque Periostium. Quod vndique illa ambit, illis locis exemptis, vbi
          - *Impetum* sustinere debuerunt, ne atterentur, vt in
            - *Articulis*, qui non tunica inuestiti, sed cartilagine incrustari debuerunt.
            - *Prominentibus* extra corporis superficiem, cum ossibus: veluti in dentibus qui è gingiuis exeunt, tum cartilaginibus: sicuti vnguibus vbi nudi è corpore prodeunt.
          - *Adnatum* habet proximius aliquid aliud, siue ligamentum, vel tendo, vel alia aliqua membrana, vt in interna caluariæ sede, existat.
      - *Intrinsecus*, In quibusdam foraminibus, & antris caluariæ, tunica succinguntur, ijs dempsis cauitatibus, quas medulla, occupauit: quæ tamen quoque tenuissima membranula collecta retinetur.

- **NON INuolucra sunt Membranę aliquæ, quæ alium vsum pręstant, & referuntur vel ad**
  - *Membranas* nihilominus, cum potius illis quam alijs partibus conformatione respondeat: Vt
    - *Generalis* multis partibus Tunica crassa, neruosa, interdumque carnosa. Succingens vnines amoris & narium cauitatem, linguamque obducens: et simul stomachi, ventriculi, intestinorum, asperæq; arteriæ (quibus interior) internam tunicam, seu proprium illorum corpus efficiens. Quæ præter exquisitissimum sensum tactus, quem hisce partibus impartit, gustum quoque in ore, aliquantique ad ventriculum vsque per ipsam diffusum, confert.
    - *Particulares* membranæ, aliquibus tantum partibus, quibus pręficiuntur. Veluti
      - *Orificiis* vasorum: laxę membranulæ, regurgitationem materierũ impedientes: quales in corde meatibus & venis maioribus existunt.
      - *Cauitati* aurium membrana tympani, ob singularem vsum, & sinui vteri obductũ hymen, hasce vias, dum patere debebāt occludens.
  - *Partes* alias, quibus licet quoque corpora membranea sint, nunc conformatione, nunc vsu, nunc vtrisque tamē magis accedūt. Huiusmodi in corpore existunt, vel
    - *Integræ partes*, vt
      - *Ligamenta mēbranea lata*, tum quæ
        - *Colligant*, ossium articulos, foris q; illos ambiunt, & quæ musculorum fines tendinesue continent: mucosæ membranæ. Et quæ corporibus musculosum multis simul obducuntur.
        - *Suspendunt* partes, in ventris cauitatibus contentas, quæ propriis capsulis nō sunt inclusæ: vt hepatis & linguæ ligamenta, a generalibus quoque membranis progressa.
      - *Viscera* vasaque caua, membranea, quæ licet tunicis priuatis inuestiantur, corporibus tamen membraneis constituuntur: vt ventriculus cum adhærente stomacho & intestinis, vesicæ geminæ, vasaque cætera omnia, tam generalia quam particularia.
    - *Fines seu Implantationes quorundam*
      - *Tendinum*, adeò latescentes, vt membranā latā, subiectis partibus pertinaciter hærentem & obductam potius, quam tendines referāt: veluti in oculorum, abdominis, & tibiæ certi musculorum aponeurosi videre licet.
      - *Neruorum*, in membranas dilatatæ: sicuti retiformis, tunica mucosa, ex neruo optico, aliæque latæ neruorum insertiones, existunt

DE CVTE.

CVTIS est, quę vniuersum corpus extrinsecus ambit. Membranę generali, fibrarū & vasorū tantum beneficio, intermedio adipis, illis in locis vbi ab illa excoriari pôt, cohærens: cui tamen quibusdam in locis, vbi mucosa fit, veluti in facie, & cū adipi quasi confunditur, vt in manus & pedis interna sede, penitus quoque connascitur, vt ægrè quæ ab illa separari possit. Huius notatur

- *Vsus*, idem ferè cum cæteris membranis. Nam præterquam quod corpus vniuersum æquale & venustum reddit, simul illud ab externis occurrentibus iniuriis arcet: tū quia
  - *Inuestit* illud indumenti instar, vnde sic tutius sub ipsa vasa feruntur, & musculi visceraq; collocant, quorū & calorē conseruat, & transpiratione minimè impedit.
  - *Sensu* tactus exquisito prædita, dum externas iniurias statim persentit, nos, ad eas declinandas, antequam interius partibus obsint, subitò admonet. Cuius rei gratia vndique exactè sensit, adeò, vt vel sola titillatione, præsertim iis in locis, quæ contactum ferre non consueuerunt, molestetur.
- *Structura*: illius
  - *Substantiam*
    - *Constituit* Corium, corio porcino admodum simile, seu mēbrana neruea, crassa, porosa, venarū & neruorū finibus intertexta, & colore (nisi vel sole adusta adassataq; fusca fiat, aut subiectis humorum vitiis inquinetur) naturaliter albicat, plus minusùe, pro ratione substratorum
      - *Humorum*, sanguinis nimirum, quo nutritur. Qui illam, certis præsertim in locis, vbi redundat, rubore nōnihil tingit, maximè, si calore, vel animi motu, ea verecundia, ira, concitatus, copiosius in illam irruat, vbi etiam, si frigore condensetur, liuidam cutem facit.
      - *Corporum*, veluti
        - *Adipis*, qui, si inter cutem & carnem interpositus sit, non tantùm ea ratione, eam albam seruat, sed & copia sua eam distendendo, vti æqualem sic albam reddit: sicuti verò absumptus, cum & cutē, carni proximam, & rugosam simul sinat, & carnis causa, & quod crassior tunc euadat, rugisq; adumbrata sit, nigriorem seu fuscam cutem relinquit, sicuti &, vbi venæ magis patentes sub ipsa feruntur, liuet.
        - *Carnis*, cui si adhæreat, eaque rubra, veluti musculorum caro, existat, tunc & illa, sicuti in malis & manuū lineamentis, citius rubet: si verò liuida, veluti glandularum, caro sit, tunc, vt in papillis, pallet. Sicuti & vbi venę manifestiores sub ipsa feruntur, earum ratione illic liuet.
    - *Inuoluit* Cuticula, Epidermis dicta. Quę illi in vniuersū obducitur, ab eaq; fricatione atque vstione separari potest. Hęc
      - *Vsu*, defendit veram cutem ab externis iniuriis, eoque maximè, cum deperdita renascatur, & cum sensu tactus destituta sit, exactissimum sensum tactus cutis (qui alias in cute nuda contactum rerum ferre non posset, sicuti in excoriatis locis fieri videmus) nonnihil, vt illum perferat, retundit: non tamen quo minus cutis per illā sentiat, nisi fortè callosior euadat, impedit.
      - *Conformatione*
        - *Tenuissima* est & pellucida, nisi vbi vsu laboreque continuò attrita, vt ferè in manuum & pedum interna sede, propter nutrimenti affluentis copiam, noua quasi semper succedente cute, seu excrescens, crassior durior que euadit.
        - *Poris* seu foraminulis vndiq; puncta. In quibus omnibus PILI, mucosis albisque radicibus infixi, firmiter hærent, illis locis exceptis, vbi cōtinuò, vt in manuum vola & pedum planta, & clunibus atteruntur. Quorum notatur
          - *Substantia*, Quæ, cum sint duri, flexibiles & sicci læuesque, vnguium substantię, proinde & cartilaginum, affinis existit, in eo tantum, quod hic in tenuissima filamenta scissa sit, vnde & humidum aerem, vel aquam minus promptè concipit, & quod colore, nunc nigro, fuluo, flauo albove tincti sint, ab aliis cartilaginibus differens, Non alia ratione, quam plumas pennarum a calamo eatundem, quæ tamen eiusdem naturæ, simul connata sunt, forma tantum differre videmus
          - *Conformatio* & vsus. Sūtque rotūdi, longi & simul tecti, vel cuini crispiuè, pro porosi varietate, & cutis siccitate. E quibus
            - *Communes* hinc inde in corpore pili, ità in quibusdam naturis & locis tenues sunt, vt ferè visum effugiant, in aliis verò pilosis, nempe in pectore, pedibus & brachiis maximè, plus minusùe, excrescunt: Hi præter quam quod poros apertos retinent, corpus quoque robustius, ad iniurias perferendas, reddunt.
            - *Priuati* certis partibus pili manifesti vel
              - *Mox ortu statim sunt*, &
                - *Augentur* continuò: Capilli capitis, qui cerebrum frigidum, pinguedine destitutū, fouent, vnde tantum eam capitis partem, qua cerebrum continetur, comprehendunt.
                - *Non augentur*, Cilia & Supercilia palpebrarum, sed æqualem ab ortu & longitudinem & rectitudinē & ordinem seruant. Quæ oculis apertis, sudores defluentes ab illis detinent, puluerumque illapsum impediunt, iisque clausis, palpebras, vt melius cohæreant, dum nonnihil intricantur, & sæpe humore conglutinantur, retinent.
              - *Post* ortū primū hunt atque
                - *Augentur*, vt Barba in viris tantùm, quæ non venustatis causa, cum mulieres ea destituantur, sed inquam virilitatis & maturitatis ad procreationem indicium, eo tempore ferè cum iam ad procreandum mas maturus est, à vi generatrice protrudit, vnde in illis quibus hæc facultas per castrationem adempta est, minimè erumpit.
                - *Non* augentur, sed ferè eūdem terminum seruant, vt qui erumpunt
                  - *Primum* in Obscænis, & Axillis: Qui interpositi locis illis humidioribus & abstrusioribus, ne facilè in motu atterāt, aut excorientur, mollitie ipsarum præcauent
                  - *Mox* in Naribus, q. ne corporea, attractione spiritus, illis incidant, sustinent, aerem tamen interea minimè impediunt.
- *Figura*. Vide FIGVRA.

FIGVRA Cutis varia est, nā in trūco corporis amplissima, indutio veluti assimulatur, & in manibus & pedibus chirotecas ocreasq́, referens, per cætera

- *Aequalis* est, vbi partes tentūm inuestit, nec alterius vsus causa aliter formari debuit, præsertim verò in pinguibus & iunioribus, nam in macilentis flaccescit, in senibus rugosa fit. Lætus quoque, mollis & tractabilis, nisi ætate aut labore arida callosaque fiat, vel frigore pons contractis & exuberantibus, veluti in ansere deplumato, exasperetur, aut pilis quoque crassioribus, veluti setis, cutis horreat.
- *Inæqualis* hictum vbi
  - *Prominet*, seu processus profert, quibus partes è corpore aliquousque productas comprehendit. Sic in facie nasi & aurium causa educitur, in thorace mamillarum & papillarum occasione protuberat, in ventre canalem longum, penis obductum, & saccum dependentem testes que continentem, emittit.
  - *Imprimitur*, quando
    - *Complicatur* motus gratia, nam tunc contracta Rogas efficit, & quia complicatur, Lineamenta obtinet, ad quæ cutis cum modius flectitur, quæ etiam cute rursum deducta nihilominus remanent. Hæc obid vndiq;, vbicunque cutis in motu plicatur, apparent. Si ue moueatur motu
      - *Propriò*, vt in ambitu foraminum ipsius quæ reserari debuerunt, veluti mēis; pudicis, oculorumque circa palpebras & frontem, vbi cutis corrugata, lineas, nunc rectas, nunc obliquas, nunc transuersas, ostendit.
      - *Accidētario*, motum partium subiectarum sequuta: vt cum illæ motu
        - *Naturali* Distenduntur, cutis quoque distenditur, quando subsident, cutis rugosa & plicata manet. Veluti in Penis cute & scroto testium insignes eiusmodi corrugationes apparent, atque ventriculi regio post crapulam longam, vterq, sedes, post partum in mulieribus, rugosa sæpe remanent.
        - *Voluntario* Flectuntur, cutis plicatur, & cum rursum extenduntur, tunc illic corrugatur vbi prius erat distenta. Vnde lineamenta variè deducta in illis locis apparent. Sicuti in articulorum totius corporis flexuris, maximè verò in manus interna sede, ob multa illius loci ossa variumque motum, frequentiores & insigniores Lineas cernimus, quæ nunc obliquè ad pollicis motum, nunc transuersim ad quatuor digitorum flexionem, nunc in longum diuersimodè, vt in caua vola formanda melius cutis colligeretur, deductæ sunt. Quē huoc ipsorum vsum, cum multi non obseruatent, ne frustra conditas fateri cogerentur, eas præsagas futurorum euentuum statuerunt.
    - *Perforatur* foraminib⁹, quibus pcipuè naturaliter aliquid vel
      - *Extromittit*: è quibus alia sunt
        - *Occulta*, veluti quæ
          - *Pilos* infinitos habent: Pori cutis dicti, adeo minuti, vt visum quoquè effugiant, per quos transpiratio fit corporis, sudoresque erumpunt.
          - *Humores* vtiles profesūt: foramine Papillarum in mulieribus, per quę infans lac ex matris vberibus sugit.
        - *Manifesta* & ampla, quæ vel
          - *Occlusa* sunt infixis Vnguibus, quibus viam aperiunt: qualie in anteriore digitorum omnium sede locum habent.
          - *Detegunt* partem corporis, vt
            - *Glandem* penis in viro, quē omnino certis de causis, & ea parte, cum semen vel vrina emittuntur, denudari oportuit.
            - *Oculos*, visionis causa: Palpebrarum foramina trāsuersa.
      - *Intromittit* (licet per singula rursum aliquid emittat) veluti
        - *Materiā* aliquā ad
          - *Nutritionem* & vitam, vt in
            - *Fœtu*, Vmbilici foramen, sanguinum ed ipsum cum vasis vmbilicalibus admittens, atque vrinam fœtus per vrachon emittens. Hoc corrugatū & occlusum in homine nato fit inutile.
            - *Homine*, Os amplum, cibum & potum admittens, & vomitu nunnunquam eadem reiiciens, & simul ea quæ in ore sunt posita, & colli parte superiore, linguā, dētes, gargareonē deregēs.
          - *Procreationem* Rime mulieris, per quam tamen simul vrinam reddit, suoq́; tempore menstrua profundit.
        - *Aerem*, cui semper patent foramina
          - *Narium* rotunda, respirationis causa & odoris, per quæ tamen cerebri excrementa etiam defluunt.
          - *Aurium* anfractuosa, auditus causa: per q̄ & auriū sordes exeūt.

PINGVEDO, ex pinguiore sanguinis parte è venis exsudante, nunc olei congelati instar substantia, nunc butyri modo magis albicans, nunc subrubra nonnihil, interdum mollior aliàs durior, fibrosaq., variis partibus adhærens, eas illinit & inungit, ne exiccatæ arescentes atque induratæ facilè disrumpantur. Hoc præstantrum quæ

- *Communiter* Membranis inclusa, vel adhærens, vasorum ductum per vniuersum corpus, quo extra viscera aliquod feruntur, comitatur. Vasa, per membranas deducta, non tantum inungens, sed & ea ambiendo, molli sua substantia muniens, tutoque deducens, quæ alioquin nuda periclitarentur facileq. abrumperentur. Hoc præstat pinguedo tum quæ
  - *Generalibus* multis partibus exsistit, et generalibus membranis adnata est: vt quæ
    - *Corpus* ambit, magna copia inter cutem & generalem membranam collecta: venas cutaneas & neruos, tendines illius loci subiectosq. musculos, visceraq. muniens, eorumque distantias spatiaq. vacua adimplens, corpus sic æquale, planum, molle, albû & venustum efficiens, simulq. calefaciens & defendens. Ob quam illius vtilitatem, vniuersum penè corpus ambiens,
      - *Abest* tantum illis in locis, vbi vel
        - *Necessaria* non erat, cum nulla vel pauca vasa illic sint: vt sub Capitis cute capillis circumsepta.
        - *Impedimento* fuisset, quo minus cutis complicari & distendi commodè posset. vt in
          - *Cute* Frontis, Palpebrarum Penis & Testium.
          - *Articulorum* flexuris in artubus, & dorsi spina, nisi in extremè obesis, deest pinguedo.
      - *Adest* in reliquis sedibus, Estque vel
        - *Durior*, neruosus, albus, & glandulosus quasi Adeps, fibris venulisque intertextus, qui vix absumitur. Talis in manus vola & pedis planta, digitorumque internis sedibus & lateribus inuenitur, tendines, neruos, vasaque illic quamplurima inuestiens, atq. distantias horum infarciendo, æqualitatem manus, ad apprehensionem, & pedis ad standum commodiorem, maximè in calce, cui cum innitamur, copiosissimus adeps durus subiectus est, efficiens.
        - *Mollior*, subflaua Pinguedo, in reliqua corporis sede, copiosissima in pinguibus, in macilentis & inedia consumptis parcior. Copiosior quoq. illic, vbi plures vsus præstare debet. Vt præter dictos
          - *Calore* suo iuuare in Mamillis lactis procreationem, & in Abdomine viscerum concoctionem.
          - *Puluinum* molle efficere, in quo pars, cui pinguedo adhæret, suauiter quiescat. Sic clunibus, ad aptius sedendum, aliisque partibus ad rectius eas collocandas, multa pinguedo, tanquam molle stratum, substernitur.
    - *Ventres* occupat, Membranis generalibus, illic vbi vasa ipsorum præcipua feruntur, adnata, ipsorumq. ductum sequuta. Sic in
      - *Peritonæi*, tantum, suprà infraq. vbi venæ & arteriæ meantq. aliqui per ipsum ducunt, pinguedo aliqua adnascitur. Copiosissima verò in Omento & Mesenterio, vasorum ductum pulchrè sequitur, & calore suo viscerum concoctionem adiuuat.
      - *Succingente* thoracis membrana, tantum iuxta vertebras, & in intersepienti externo latere, venarum & neruorum maiorum progressum solummodo comitatur.
  - *Peculiaris* quibusdam partibus est, quorum tunicis pinguedo vel
    - *Nulla* accrescit, vbi nulla vasa manifestiora exstant. Veluti in ossium Periostiis, Cordis capsula, Pulmonumque & Hepatis tunicis, quibus & in motu continuo, magnoque impedimentu quoque fuisset.
    - *Accrescit* illic tantum vbi vasa maiora per ipsas incedunt. Vt in
      - *Musculis*, inter tunicas ipsorum & carnem. Quæ simul illos, vt facilius moueantur inungit, copiosius, vbi continuo mouentur, veluti in Oculis, atq. vbi minimè expositi, sicuti sub Cute, defensione opus habuerunt.
      - *Visceribus*
        - *Membraneis*, quæ dilatari & constringi oportuit, veluti Ventriculo & Vesica, pauca admodum pinguedo, ne motum impediret, in interna tantum illorum sede accrescit.
        - *Carnosis*
          - *Renes* pinguissima tunica, cum multa vasa illos subeant, obducuntur. Quæ tamen ipsorum actionem priuatim fortè quoque adiuuat.
          - *Cor* illic solum pinguedine abundat, vbi vasa per ipsum descendunt, quorum ductum tantum comitatur, neque omnino cor, veluti renes, ne motum illius impediret, obducit.
- *Priuatim* reperitur
  - *Extrinsecus* in
    - *Ossium* maiorum articulis, & Ligamentorum quorundam externa sede articulum, vt facilius moueatur, veluti oleo inungens.
    - *Cartilaginum* extremitatibus, vt minus arescerent.
  - *Extrinsecus* in ipsis
    - *Musculorum* maiorum quorundam fibris in obesis præsertim, vt cum crassi sint, interius quoque illiniti, facilius moueantur: sicuti in musculis clunes efformantibus reperitur.
    - *Ossium* præsertim longorum & cauorum finibus, estque ipsorum MEDVLLA, quæ quoque ossa illa solidiora sicciorāq; magis quam fungosa ossa existentia, vnctuosa seruans, quo minus marcescant præcauet. Hæc circa horum ossium appendices, vbi primum propter raritatem è venis in ossa transudat, cruore priuata, veluti in aliis fungosis ossibus, adhuc rubet, in medio verò horum ossium iam secreta à sanguine vera est pinguedo, membranula quadam tenuissima coercita, flauescens.

LIBER SECVNDVS.

Corporis humani partium compositarum structura & vsus.



OMPOSITAS *corporis partes eas, quæ ex simplicibus, primo libro expositis, construuntur, Secundus liber profert, vt quo pacto primaria corporis organa, ad functiones præcipuas, nutritionem scilicet, procreationem, vitam, sensum motumq; edendas, ex simplicibus inuicem cócinnatis conformentur, cognoscatur. Quæ cum primo libro sparsim tantùm in singulis partibus ostenderius: hîc, sectionis ordinem sequuti (cui liber iste secundus præsertim accommodatur) exteriores primum, communesq; ex ijs toto corpori partes (veluti cutem, membranas, musculos, ossa) generatim tantùm, quatenus illic locum obtinuerunt, atque huic instrumento quoq; subseruiút, explicabimus. Quæ verò ex interioribus huic organo peculiaria sunt (veluti membranæ certæ, viscera, vasaq;) ea speciatim hoc libro, quatenus actionem illius præcipuè, dum mutuas operas præstant, edunt, & quam illius rei causa conformationem acceperint, singillatim examinabimus.*

DISPOSITIO LIBRI SECVNDI.

PARTES humani corporis compositæ ex simplicibus, instrumenta siue organa sunt, ex quibus totum corpus, animæ organum, componitur. Cuius corporis partes compositas consideramus, tum

- *Superficietenus* tantùm, quatenus citra dissectionem, illarum sedes extrinsecus apparent, discernantur, atque appellantur. Vide CORPORIS EXTERNAE SEDES.
- *Penitius*, quatenus in sectione partes ipsæ obuiæ sunt, & commodius examinantur. E quibus duæ præcipuè sunt, in quas corpus humanum primú secatur. Veluti
  - *Corpus* propriè dictú, quod cóponit
    - *Truncus*, maior corporis moles, quæ abscisso capite abtruncari dicitur. In quo duæ amplæ capacitates (quas Ventres vocát) pro sanguinis, ad nutritionem, procreationem vitamq; necessarij, elaboratione & distributione fabricata sunt. Huius trunci pars media
      - *Inferior*, quæ Culinam corporis pro nutritione, & Cameram pro generatione continet, dicitur VENTER.
      - *Superior* cum adnato collo, quæ Officinam pro vitæ conseruatione extructam possidet, appellatur THORAX.
    - *Caput*, eminentissima corporis pars. In qua angusta cauitas (quam Ventrem superiorem appellát) pro spiritus, ad sensum & motum requisiti, generatione, vniuersoq; corpori communicandi, tanquam Musęum aliquod corporis, extructa est, vocatur CAPVT.
  - *Artus* corporis, ipsius veluti rami, vel potius remigia, si carinæ corpus (vt non ineptè, cum loco moueatur, fieri potest) comparetur. In quibus nulli sunt ventres, cum nihil in ipsis pro toto corpore generetur, sed res corpori, vel ipsum corpus rebus tantùm admoueant. Sunt autem ex his sede
    - *Superiore*, duo BRACHIA.
    - *Inferiore*, duo CRVRA.

SVPERFICIES corporis humani, in varias sedes distinguitur. Quarum duae primariae sunt, nimirum

- *Corpus*, seu tota moles inuicem continuata. Quae diuiditur rursum in partem ipsius
  - *Graciliorem*, superpositam, continentem
    - *Caput*, κεφαλὴ, elatissimam corporis partem. Cuius sedes
      - *Capillis* seu crinibus circumscripta est. Quorum ambitus περίφερειον, ὑπὸ τῶν περιφερῶν dicitur. Linea verò, qua per mediũ, maximè in mulieribus secernũtur, Area dici potest: Germ. Scheitel. Huius partis sedes
        - *Elatior*, Tectum seu Conuexum capitis est: Cuius pars alia dicitur
          - *Sinciput*, βρέγμα, à fronte ad medium vsque capitis sedes.
          - *Vertex*, κορυφὴ, μεσόκρανον: à medio ad posteriora vsque illius sedes, siue eminentissima capitis pars, & velut centrũ circuli cranij.
        - *Humilior*, diuiditur in
          - *Occiput*, ἰνίον: posterior ad collum vsque capitis pars.
          - *Tempora*, κρόταφοι, κόρσαι, Schlaff Germ. vtrinque in lateribus frontis sedes.
      - *Glabra*, Facies, πρόσωπον. In qua varia occurrũt, veluti sede
        - *Elatiore*
          - *Anteriore magis*,
            - *Frons*, μέτωπον: à fine capillorum ad oculos vsq. pertingens lata sedes, nunc angustior, si pili procul in ipsam descendant, nunc amplior (quae pulchrior habetur) si minus capilli in ipsam excrescant, vel dependeant. In hac apparent,
              - *Rugae*, in senibus & iratis magis contractae, ῥυτίδες.
              - *Lineae* transuersim ductae, περιμετώπιδιον.
            - *Oculi*, ὀφθαλμοὶ vtrinq; sub frõte mox collocati. In quorũ
              - *Ambitu*,
                - *Elatiore sede*,
                  - *Prominentia* vtrinque suprà oculos posita, γείσωμα. Grunda, & à pilis quibus cingitur, (quos τύλας vocant) Supercilium, ὀφρὺς dicitur, illiusq. pars
                    - *Dextra* naribus proxima, ὀφρύων κεφαλή.
                    - *Sinistra* ad tẽpora, ὀφρύων οὐρά.
                  - *Impressio* inter haec media supra nares, depilis ferè, interdum quoque pilosa, Glabella, μεσόφρυον dicitur.
                - *Integumentum* Palpebra est, βλέφαρον, per mediũ secta, & in Superiorẽ & Inferiorem diuisa. Quarũ
                  - *Extremitates*, Tarsi, Calli dicũtur, in quibus pili erecti ordinatim infixi, Cilia βλεφαρίδες existunt.
                  - *Anguli* κανθοὶ sunt, horumque alter dicitur & est
                    - *Maior*, ad nasum vergens.
                    - *Minor*, tempora respiciẽs in quo Carũcula ἐγκανθὶς posita est.
              - *Globo apparet*
                - *Album*: Albugo, λευκὸν, κυκλίσκιον, σφενδόνη nominatur.
                - *Fuscum*, in duos Circulos diuisum. Quorum
                  - *Amplior* minorem ambiens, Iris & Corona, nunc fusco nunc caesio colore micans, appellatur.
                  - *Minor*, Pupilla, κόρη est, Stern Ger. in qua infantis imago elucet.
          - *In Lateribus* AVRES.
        - *Media* exactè. NASVS.
        - *Inferiore*. MAXILLAE.
    - *Collum*, humiliorem capitis substratam partem. Vide COLLVM.
  - *Crassiorem*, quae graciliorem sustinet. Vide TRVNCVS.
- *Artus*, è corporis mole enatrata extrorsum educti. Vide ARTVS.

AVRES, ὦτα, in faciei lateribus, è regione oculorum, tempora vtrinque occupant. Quorum
- *Vannum* extrinsecus, alarum instar è temporibus eductum, & ab iis plus minusue recedens, πτέρυγωμα dicitur. in hoc occurrit
  - *Cauitas* anfractuosa conchæ instar, quam Concham ob id vocamus. cuius partes
    - *Expansa*, Pinnę Gazæ vocantur, πτερυγώματα. In quibus circuli duo, ἕλικες καὶ ἀνθέλικες nominant.
    - *Inflexa*, sunt κυβοειδῆ ἕλικες.
  - *Pars* humilior
    - *Pendula*, Auricula, λοβίς, seu Fibra λοβὸς dicta.
    - *Aspera*, auriculæ imposita, ἀντιλόβιον.
- *Foramen* angustum, Porus auditorius appellatur, in quo sordes biliosæ, amarissimæ, subflauę, κυψέλη dictæ, nonnunquam adhærent.

NASVS, ῥίν, veluti centrum faciei, in medio situs exactè, plus minusúe, producitur, oculosque interiacet. Cuius
- *Ambitus*
  - *Superficies* elatior. Dorsum nasi dicitur.
  - *Latera* tria sunt, quorum
    - *Externa* duo, Alæ πτερύγια
    - *Internum* nares, distinguēs, Septum narium, διάφραγμα

    dicuntur, & in apicem nasi, seu Pinnam desinunt.
- *Foramina* duo, Nares, μυκτῆρες sunt, nunc aqueo humore madēdes, nūc muco, βλέννα, obstructę.

MAXILLAE duæ, superior & inferior, ἄνω γένυς καὶ κάτω γένυς, inferiorem faciei sedem efficiunt. In quibus in
- *Medio*, foramen Os, στόμα incisum est, quod
  - *Extern.*, Labiis τὰ χείλη circumscribitur, quorum
    - *Elatius*, ἄνω χεῖλος.
    - *Humilius* κάτω χεῖλος.

    vocatur. Horum commissionis terminos, siue angulos, Frenum appellat. Fall.
  - *Interius* hians, ostendit Palatum & Fauces, Dentes cum gingiuis, Linguam, Columellam & Amygdalas: de quibus suo loco.
- *Circuitu* oris, in
  - *Lateribus*, sunt
    - *Mala*, Genæ, μῆλα, partes prominulæ ad latera nasi, rubentes interdum, inter quas & nasum, Concaua, κοῖλα occurrunt.
    - *Bucca* γνάθος, sub malis, oris folles quos inflamus.
  - *Sede* ipsius
    - *Elatiore* inter nasum & labrum superius. Mystax est. In quo apparent
      - *Sulculus* in medio, à nasi interstitio descendens. φίλτρον.
      - *Pili* barbæ in viris, Mustax.
    - *Humiliore* Mentum, γένειον existit in quo quoque videtur.
      - Fouea in medio τύπος.
      - *Pili* barbæ in viris, Mustax.

COLLVM, τράχηλος, angustissima corporis pars est, inter thoracem & caput posita, cuius sedes
- *Anterior*, Guttur dicitur: in cuius
  - *Medio*, Larynx, Pomum Adami, plus in viris præsertim macilentis, minus in mulieribus & obæsis, protuberat.
  - *Lateribus*
    - *Musculi* obliqui duo, capitis par septimum, maximè cum caput ad latus inclinatur, prominet.
    - *Venæ* iugulares, admodum distentæ in vociferantibus, tument.
- *Posterior* Ceruix, αὐχὴν appellatur, in cuius
  - *Lateribus*, Musculi vtrinque extuberantes Tendines dicuntur.
  - *Medio* Fouea relinquitur.

TRVNCVS, crassior est corporis pars, cui collum cum capite impositum est, artusq; adhærent. In hoc sunt

- *Thorax*, superiore illius loco, qui Costis, πλευραῖς, est circumseptus, maximam laterum sedem esse fatetur. Vnde & laterū nomine interdū appellatur. In huius
  - *Anteriore* parte Pectus στῆθος est, in cuius sede
    - *Elatissima* ad radicem colli (maximè in macilentis)
      - *Clauicula* transuersim protuberat, magis adhuc in viris quàm mulieribus: vnde & cauitas illa profundior quoque occurrit
      - *Iugulum*, σφαγή, seu Fouea in medio vbi claniculę conueniunt, impressam habet.
    - *Media* vtrinq;, Mamillę, μαζοί, locum habent, quę in mulieribus excrescunt, & venis luxescentibus nonnunquā, etiā, vndo ductu, notatę sunt. Harum
      - *Centrum*, Papylla, θηλή, dicitur, foramine interdum, lactātibus mulierib⁹, peruia.
      - *Circulus* fuscus papillam ambiens, ἅλως appellatur.
  - *Posteriore* sede, Dorsum, νῶτον, Tergum existit, protuberans sede
    - *Elatiore* Scapulis, Alis dictis, vtrinque: inter quas pars media, μετάφρενον nominatur.
    - *Humiliore* ad infimas costas: estq; ἄκανθα, quo nomine alij dorsi prominentiam seu spinam, maximè in bestiis, appellant.
- *Venter*, κοιλία, inferiore loco. In cuius medio Vmbilic⁹, ὀμφαλός, centrum corporis existit, quem circulus ambiens, Anus, κρίκος dicitur. Ad huius centri
  - *Superiora*, Hypochondria seu Præcordia vtrinq;, dextrum & sinistrum latus efficiunt. In quorum medio, anteriori sede, Ventriculus distentus, sinistro præsertim in latere promouet, & reliquo ductu, Colon rugitum murmurque interdum edit.
  - *Inferiora*, in sede
    - *Anteriore*, quā Abdomen, ὑπογάστριον vocant,
      - *Spatiū* supra pudenda varie diuiditur. Nam in
        - *Medio* statim sub vmbilico Sumen, ἦτρον existit, post quod Aqualiculus ἐφήβαιον, inde Pecten supra pudenda, κτείς, ἥβη, seu Pubes ἐπίσειον pilis decorata succedunt.
        - *Lateribus* vtrinque Inania sunt, ad latera vmbilici, atque sub costis molles partes, κενεῶνες, λαγόνες vocant. Inde carnosum prominent Ilia ἰσχύες magis tamen in mulieribus, sub quibus in femorum flexu, Inguina, βουβῶνες tanguntur.
      - *Pudenda* Naturalia αἰδοῖα, infimam sedem occupantia
        - *Viro* sunt
          - *Penis*, Colis, Virga, καυλός pars illi⁹ è corpore educta, reliqua enim illius pars, circa anū, sub testib⁹ exuberās, ταῦρος dicit. Huius
            - *Glans* βάλανος, ipsius summitas est foramine peruia quam Præputium πόσθη, inuestit.
            - *Linea* fusca, à præputio ad anum vsq. ducta, Sutura, ῥαφή, appellatur.
          - *Testes*, δίδυμοι, quos
            - *Saccus*, Scortum, Scrotum, ὄσχεον, inclusos suspendit.
            - *Impressio* humilior, inter duos testes, ad anum vsque pertingens, inter fæmineū, Perinæum dictū, omnino nihil secernit.
        - *Fæmina*, γυναικεῖα sunt
          - *Rima*, Fissura, sinus, κλεῖσμα, σχίσμα, κτείς, in cuius summo eminet Nympha, μύρτον, ἐπιδερμίς, κλειτορίς.
          - *Colles* vtrinq;, Monticuli prominētes, Alæ, πτερυγώματα dictę
    - *Posteriore* sunt
      - *Lumbi*, ὀσφύς, à dorsi flexu ad nates vsque pertingentes.
      - *Nates*, γλουτοί, sede infima, in quibus
        - *Clunes* vtrinque, Puluinaria duo globosa prominent, in quorum medio Coccyx, alijs magis, quos Caudatos vocant, alijs minus, educitur.
        - *Anus*, δακτύλιος, in valle clunium abstrusus latet, eumque Sphincter ambit, Annulus, Strictor.

ARTVS

ARTVS, Trunco corporis, veluti tam adnascuntur: Nempa

- *Brachia* superius, βραχίονα, ab eminentissimis vtrinque trunci lateribus producta; diuisaq. in
  - *Humerum*, partem ipsius à trunco corporis ad vlnā vsq.. Huius regio, vbi prodit à trunco,
    - *Protuberans* sursum, *Axilla* dicitur, μασχάλη. Summus humerus.
    - *Cauitatem* subtus obtinet pilosam, quæ *Subaxilla* dicitur.
  - *Vlnam*, ὠλένην, partem illius ab humero ad manum vsq. productam. Cuius prominentia, cui in flexura innitimur. *Cubitus* πῆχυς, vel Gibberus dicitur.
  - *Manum*, χεῖρα. Cuius pars
    - *Integra*, diuiditur in
      - *Carpum*, partem illius, vlnæ vicinam, vbi pulsus tangitur.
      - *Palmam*, inter digitos & carpum expansam. Cuius interior sedes vola, θέναρ vocatur. In qua apparent
        - *Monticuli* protubarantes, Veneris & Lunæ Chyromanticis dicti: atque priuatim vnus, qui inter cauam manum & digitos attollitur, θέναρ χειρὸς Medicis nominatur.
        - *Lineæ* vitæ, cordis, aliæq. diuersimodè ductæ, & à Chyromanticis obseruatæ, appellatæq..
    - *Diuisa*, *Digitos* quinq., δακτύλους efficit: quorū primus Pollex, ἀντίχειρ, magnus: secundus Index, λιχανός: tertius Medius μέσος: quartus Medicus, Annularis, ἰατρικός, παράμεσος: quintus Minimus, Auricularis, μικρὸς dicuntur. Hi sede
      - *Interiore*,
        - *Acies* habent tres, singuli quatuor digiti, pollex duas, lineis distinctas. φάλαγγες, συνταξίδες. Internodia, κόνδυλοι.
        - *Extremitates* in summo obtinēt rotundas, quæ ῥᾶγες & κορυφαὶ dicuntur. Der bal.
      - *Exteriore*. Rugas habēt in articulis, atq. Vngues in extremitatibus, ὄνυχες: in quibus maculæ albæ, crescentibus ferè, nonnunquam conspicuæ sunt.
- *Crura* inferius, à trunci basi vtrinque educta, diuisaq. in
  - *Femur*, μηρὸν, partem illorum, à trunco corporis ad tibiam vsque. Cuius superior pars, mox iuxta nates in lateribus protubarans, Coxendix dicitur.
  - *Tibiam*, κνήμην, partem illam à femore ad pedem vsq.. Cuius
    - *Longitudo*
      - *Anterior*, Ossea, aspera & acuta, in quam facilè impingimus, ἀντικνήμιον vocatur.
      - *Posterior*, Carnea rotunda, Sura, γαστροκνήμιον, waden Germ. appellatur.
    - *Extremitas*
      - *Superiori* seda
        - *Anteriore*, Genu, γόνυ efficit.
        - *Posteriore*, in flexura, Poples, ἰγνύα existit.
      - *Inferior* vtrinque extuberascens ossea, Malleoli, σφυρά, interioris & exterioris, nomen sortitur.
  - *Pedem*, πόδα, cuius pars
    - *Integra*, vbi retrorsum prominet, Calx, πτέρνα, Calcar dicitur, illius que latus
      - *Superius*, Pectinem, πεδίον appellatur.
      - *Inferius* Planta, Vestigiū, ἴχνος nuncupatur. Cuius denuo
        - *Cauum* in medio, κοῖλον.
        - *Carnosa* protuberantia ad digitos, στῆθος ποδὸς quibusdam vocatur.
    - *Diuisa*, Digitos quoque quinque, vt in manu, profert: quorum primus pollex, secundus pollici proximus, tertius medius, quartus minimo proximus, quintus minimus, denominatur, reliqua ferè communia cum manu possidentes.

T

VENTER, media trunci corporis pars inferior, Cauitatem omniũ continet amplissimam, à thorace septo obliquè distinctam, in qua ad Nutritionem, sanguis ex cibo & potu, & ad Procreationem, semen ex sanguine elaboratur. Huius partes aliæ sunt

- *Continentes*, quæ ventrem hunc efformāt. Suntq; vel
  - *Comunes* etiā reli quo cor pori, qđ simul cũ ventre
    - *Inuestiũt*, veluti *Corium*, quod in hoc ventre com ponit
      - *Exterius*, Cutis cum cuticula, quæ in pube pilis decorata,
        - *Foramina* habet, ad nutritionẽ vel generationẽ aliquid confetẽtia: vt sede
          - *Anteriore*
            - *Media*, Vmbilicũ, in fœtu tantùm patentem, cum per eum sanguinẽ & spiritum admittat, serosaq; excrementa emittat: In adulto verò corrugatũ, & cum officio suo iam defunctus sit, occlusum. Ta.38.fi.1.F.
            - *Inferiore*, Penis foramẽ, glandem detegens. Ta.38.fi.2. per se conspicuum.
          - *Inferiore*, in longo sinu inter clunes impresso,
            - *Communiter* in vtroq; sexu, Podicem, stercus emittentem.
            - *Priuatim* in muliere, Rimam pudendi, coli admittendo, fœtui excludẽdo, excremẽtis eijciendis, paratã. Tab.42.fi.2. apparet.
        - *Processus* emittit in viris, quibus Testes, & Penem suspendit. Ta.38.fi.2. per se manifesta sunt.
      - *Interius*, Mẽbrana genetalis, inter quam & cutẽ,
        - *Pinguedo* copiosissima, maximè in abdomine, vbi viscera subsunt, vt illa muniat, atq; vbi clunibus puluinum ad sessionem cõmodum efficit, inuenitur.
        - *Venæ* Cutaneæ insignes occurrũt, tũ sede
          - *Elatiore* supra vmbilicum, quæ à vena, infra iugulũ sub osse pectoris descendente, huc vsq; pertingunt. Ta.30.h. Ta.38.fi.1.a. Ta.31.L.
          - *Humiliore*
            - *Anteriore*, circa inguina, vbi & Glandulæ tanguntur, & iuxta coxendicem maximè: qui à ramo externo, infra os sacrum ad crura delato, & nonnunquam ab interno, qui penis cutem accedit, procepunt Ta.50.s. Ta.38.fi.1.L. Ta.31.P.a. Hic magno cum periculo, in sectione in inguine herniæ causa facta, sæpe venæ illæ vulnerantur.
            - *Posteriore* in Ta.50.kk.
              - *Lumbis*, sobales, à venis geniculatim à lumbis prodeuntib⁹. Ta.38.fi.1.L. Ta.31.f.π. Hic scarificatio nonnunquam fit, & quibusdam in locis cõsuetum est venã hic quoq; secare.
              - *Clunibus*, à ramo interno, infra os sacrum bipartitionis, transuersim maximè, & a recto, in cutem aut distributo, productæ. Ta.31.r.p.
  - *Constituunt*, sicut
    - *Musculi* qui ventrem ipsum cõprimũt, & continuatum illi thoracem & dorsum, vicinasque illis partes, humerũ femurq; mouent. Hi maiorisua parte vẽtris sedẽ occupant
      - *Anteriorem*, seu abdomen, ventri & thoraci subseruiẽtes. Sũtq; Abdominis musculi, qui ipsorum tenuitatibus vniuersum ventrem cõprehendunt. Ex his
        - *Elatiores*, Obliqui duo descendentes, statim sub corio occurrunt. Ta.16.o. & ch.5.6.7.8.R.X.
        - *Medij*, Obliqui duo ascendentes, inter elatiores & profundiores mediũ locũ tenẽt. Ta.17.n.o.π p q.
        - *Profundiores*
          - *Recti* duo, transuersorum tenositatibus instrati. Ta.18.a.o p q r f t u. Sub his venæ insignes, sub osse pectoris descendentes, & ab inguinibus ascendentes altæ occurrũt. Ta.19.f.e. Atq; horũ origini circa os pubis, parui alij musculi adiacent, ad abdomen quoq; relati. Ta.18 u.
          - *Transuersi* duo, peritonæo incumbentes. Ta.18.y.19.Δ.b.e.
      - *Posteriorem* seu lumbos, qui vicinas partes mouere debeant. E quib⁹, alij lumborũ sedem occupant
        - *Externã*, versus dorsũ,
          - *Elatiorem*: Brachij quartum par, totã regionem à coxa ad scapulas vsq; occupans. Ta.22.O.23.Θ.
          - *Mediam*: Thoracis quartum par, sedem superiorem lumborum tantùm nonnihil contingens. Ta.25.a Δ. ad K.
          - *Profundiorẽ*, sede
            - *Exteriore*: Thoracis par quintum. Ta.24.Δ.
            - *Interiore*: Dorsi par
              - *Sextum*, Ta.25.N.
              - *Septimũ*, totũ ferè in lumbis. Ta.27. X.Y.
            - (Exteriore & Sextum:) quorum pars media longitudine ipsorũ in lumbis existit.
        - *Internã*, ventris cauitatẽ respiciẽtes. Suntq; Psoæ dicti musculi, quos in pecudibus in delicijs habẽt, & priuatim ad vsum eximere & parare ferè solent. Germ. Lummel, à lumbis fortè vocãt. Hos efficiunt
          - *Dorsi* quintũ par, illic tota sua amplitudine existens. Ta.21.X.
          - *Femoris* sextũ par. Cuius media pars longitudinis, ventrẽ hũc quoq; peruadit. Ta.21.Θ.a.b.
    - *Ossa*. vide OSSA.
  - *Priuata* vide PRIVATAE.
- *Contenta*. vide CONTENTAE.

OSSA, nō vndiq. hunc ventrem inferiorem, vt cæteros ambiūt. Est enim hic venter, partim

- *Carneus*, vti sede Anteriore ferè tota, & in Laterum medio, illic vbi inania dicta ventris occurrunt. Idq. vt partibus quas ampliari, alimētorum, excrementorum & fœtus causa oportuit, cedere, & rursum illis collectis, subsidere posset. Sic superius, ventriculi fundo, inferius, fundo vesicæ & vteri, media inter hæc sede tota, intestinis, suo tempore turgētibus, ne angustentur, dilatatus, locum relinquit.
  Ta. 17. totum spacium, o p q, in vno latere, circumscribitur.
- *Osseus*, nimirum
  Tab. 20. ablata carnosa ventris parte, osseam illius regionem ostendit.
  - Parte
    - *Superiore*, vbi Costarum nothatum cartilaginibus aliquousq., maximè in lateribus cingitur, sub quibus & viscera, quæ naturaliter minimè dilatantur, tutius locatur: veluti hepar in dextro, lien in sinistro latere, sub quo & ventriculi pars reposita est, cum tamen distento, vt & hepati, & lieni, admodum nonnunquam præter naturam excrescentibus, vt in hydropicis fieri videmus, cartilagines hæ molles spuriarum costarum, faciléq; ab illis impulsæ, cedere quoq. nonnihil possunt.
    - *Inferiore*, vbi ossa Coxę inuicem iuncta, cauitatem, peluim dictam, efficiunt; intestina, & fœtum in grauidis mulieribus (quibus & eo nomine amplior extitit) sustinentem. Quam & ductus recti intestini, vesicæ item, vterique, peruadunt.
  - *Sede Posteriore*, vbi Dorsi spina, cum osse sacro, & coccyge, per ventris longitudine descendit: ad quam, partes, quas non admodum dilatari oportuit, veluti renes, & quæ in tuto loco collocari debuerunt, vt vena caua, & arteria magna, penitius abstruduntur, tutoq. reconduntur.

PRIVATAE partes, quæ colligant ea quæ in ventre hoc continentur, sunt **MEMBRANAE.**

CONTENTAE partes in Ventre, sunt Organa Naturalia, et

- *Nutritionis*: Ventris eam cauitatem occupantia, quam generationis organa (in mulieribus præsertim) sibi non vendicant. Talia destinata sunt
  - *Alimento* conficiendo, & ab excrementis repurgando. vt pro
    - *Chylo*, VISCERA MEMBRANEA.
    - *Sanguine*, VISCERA CARNOSA.
  - *Humori* excipiendo, bilis VESICAE.
- *Generationis*. Quæ ratione sexus in situ variant. Cum enim in procreatione, congressus debeat fieri viri cum muliere, & partium mutua quædam commixtio, Instrumentum præcipuum generationis in
  - *Viro*, Extra ventris cauitatem educitur, estq; PENIS.
  - *Muliere*, Intra ventris cauitatem repositū est, nimirum VTERVS.

MEMBRANA, Ventris inferioris contenta [sic] fastiteos, ambiés, & mutuò colligans, licet continua ea sit & vna, diuiditur tamen in

- *Generalem* membranam, quę ventrē succingit, & PERITONAEVM dicit, à qua reliquę membranę prodeūt. Hoc viscera vasaq; continet, & coostringit, ne cum musculis cōfundantur, vel sub cute procidant, vt in ruptura ipsius accidit: nihilominus tamen eum dilatari possit, vētriculo, intestina, vesicę, vtero, quando distenduntur, sufficienter cedit. Huius notantur
  - *Situs* & Connexus. Hoc vniuersam inferioris ventris cauitatem succingens, adhæresit fibris peritonæi iter dorsi ligamentis (à quibus exortum sumere existimant) atq; inde sede superiori septi transuersi latere ventrem respicienti expansum, reliquo ductu, musculis abdominis, & ijs qui circa lumbos sunt, obducitur. Ta.38.fi.1. A B C D.
  - *Conformatio.*
    - *Amplissima* est omnium membranarum ventres succingentium, vti & cauitas huius ventris cæteris maior est. Tenuis insuper, sed valida admodū est sit. Crassior tamen fit, cum vbi
      - *Adnectitur* iuxta dorsum illius loci ligamentis, illic enim onus ventris gestando magis patitur, & dolores dorsi, ob hanc illius continuationem, internorum variorum affectuum causa, sæpe sequuntur.
      - *Distendi* magis debuit, vt
        - *Viris* iuxta ventriculum, maximè in crapulosis.
        - *Mulieribus* circa vterum, vt fętu crescente extendi posset in grauidis.
    - *Figura*, sphærā oblōgam refert, vel vesicam quandā, foris fibrosā, intus læuem & madidam. Quæ
      - *Perforatur*
        - *Communiter*
          - *Superius*, vnà cum septo, tribus foraminibus, quibus stomachum, venam cauam & arteriam magnam transmittit. Ta.20.r.f.q.
          - *Inferius*, Podicis causa. Ta 41.fi.1.e, & vasorum trium, illic à vena caua per peritonæum distributorum, occasione. Ta.31.6.r.a. tria vasa ostendunt.
        - *Priuatim* sede,
          - *Humiliori*, in
            - *Viris* ob
              - *Vasa* seminaria erumpētia: quo foramine dilatato, intestina, omentum, aliáve in scrotum herniosis delabunt. Ta.41.fi.2.y.
              - *Vesica* ceruicem hîc descendentem. Ta.41. iuxta p.
            - *Mulieribus*, causa vteri
              - *Ceruicis* exeuntis. Ta.42.fi.2.x.
              - *Vasi* suspensorij descendentis: quo foramine quoq; ampliato, hernia etiam fit in mulieribus. Ta.42.fi.4.ee.
          - *Media*, In Fœtu, Vmbilici foramine, quod, in adultis occlusum, si patefiat, [illegible] herniæ speciem facit. Ta.38.fi.2.p.
      - *Adipem* certis in locis quoq;, sed paucum, venas que tantùm comitantem, maximè iuxta ventriculum & lumbos, obtinuit.
  - *Vasa*, Venæ nimirum, Arteriæ, Nerui. Quæ simul commissa, perq; ipsam distributa, à vicinis vasis accipit: veluti sede Elatiori à septi, Ta.20. iuxta q. Posteriori, à lumborum vasis: Anteriori verò loco, à vasis quæ sub rectis abdominis musculis feruntur, vbi & præcipui Nerui peritonæo conferuntur, ramos mutuatur. Ta.38.fi.1.1 a.
- *Particulares* Membranas, quas interna sede peritonæum educit. Quibus omnia quæ amplectitur viscera & vasa, sibi adnectit, mutuoq; copulat, & tunicis inuestit, & per ea, vasa huc pertinentia, securè deducit. Ex his aliæ
  - *Simplices*, sed validę, vt quę ab ipso educuntur sede
    - *Superiori* iuxta septū, nempe
      - *Ligamentum* Hepatis validissimum, tunicaq; ab eo secum obducta. Ta.41.A.
      - *Tunica* ventriculi crassissima, & Renum pinguis.
    - *Inferiori* in lateribus, in viris, Processus duo, extra ventris cauitatem in scrotum descendentes, testesq; cum vasis spermaticis suspendentes & inuestientes. Quibus diruptis, vel relaxatis herniæ fiunt, ijsq; que (sectione prius in inguine per cutem facta) vinculis interceptis, herniæ quidem rursum sanantur, sed interim testem (cum vasa seminaria simul vinciantur) perire, ob eamq; causam castrari, necesse est. Ta.41.fi.1.e.
  - *Duplices*, vide DVPLICES.

DVPLICES

DVPLICES Membranæ, e duabus membranis mutuò attensis, pinguibusq; constructæ, regione posteriori iuxta dorsum à peritoneo prodeunt, dorsoq; partes, quibus adnascuntur adnectunt. E quibus

- *Insignes* duæ membranarum [illegible], quæ multa viscera [illegible] vasa [illegible] complectuntur. Sic occurrit sede
  - *Elatior* OMENTVM, quod ventriculum, colo & duodenum intestina, aliorumq; intestinorum locum obtinentia suspendit dorsoque alligat, atque [illegible] & vasa [illegible] deducit. Hoc Ta. 8. fi. 2, 3. 4, 5
    - *Situm* in anteriori magis intestinorum sede, sub colo intestino, & cum duplex sit membrana. fi. 1 a a, c c, parte
      - *Superiori*, super colon, membrana ipsius fi. 5, A A.
        - *Humilior*, Exoritur à peritoneo, statim sub iecore atque inde fertur, tum fi. 4. g g g.
          - In latus
            - *Dextrum*, vbi iecoris portioni, dextroq; ventriculi lateri, & duodeno intestino toto ferè ductu adnascitur.
            - *Sinistrum*, vbi lienis cauo nectitur.
          - *Deorsum* versus anteriora, sub ventriculo: sub quo, colo intestino, toto ductu quo fundo ventriculi attenditur, pertinaciter adnascitur.
        - *Elatior*, Exoritur à ventriculi fundo, versus anteriora, toto ipsius ductu ad latera vsq;, vbi in cauo hepatis & lienis, humiliori membranæ continuatur, & iuxta colon intestini [illegible] statim humiliori membranæ incumbit, adeoq; connectitur, vt colo quoq; connecti videatur. fi. 2. a a. b b
      - *Inferiori* post colon, ambæ membranæ mutuò incumbentes fi. 5. [illegible] intestinis, [illegible] connexum tamen, ad [illegible] velut [illegible] expanditur fi. 2. Q Q Q, a f f f. Nonnunq; [illegible] ipsorum anfractibus se insinuant, & in [illegible] veru & [illegible] sicuti obseruaui, intercedunt. Quemadmodum in [illegible], in sinistro latere quoque [illegible] inueniuntur fi. 3. c c c.
    - *Conformatione* Amplum, &
      - *Reticulo* [illegible] vocatum [illegible] sede
        - *Altiori*, orbiculatim à dorso ad latera vtrinque, inde versus anteriora ad ventriculum circumducitur. fi. 4. e e e e, f.
        - *Humiliori*, saccum efficit latum & inferius rotundum. fi. 4 f f f.
      - [illegible] habet
        - *Adipem*, vndiq; vasis attensum, fi. 4, e k. Proinde in horum intermedijs spatijs ea destituitur. fi. 4 h.
        - *Glandosum* corpus, sub ventriculo & duodeno intestino in [illegible] membrana situm, Pancreas dictum, præcipuis ramis, in [illegible] illic roboris causa, [illegible] ventriculoq; nonnihil, ne vasa illa comprimat, sustinens: qui vero illius vsus, potius, quam ille, quod puluini instar ventriculo subijciatur, existit. Ta. 8, fi. 4 [illegible] Ta. 40, fi. 1, [illegible]
    - *Vasa* [illegible] innumera
      - *Venas* & Arterias innumeras [illegible] Nam per eadem membranam
        - *Inferiorem*, sinister venæ portæ, & arteriæ [illegible], ad lienem declinantes, à quibus singulis, [illegible] deorsum in omentum innumera soboles propagantur. Aliquando & iuxta lienem [illegible] deorsum delinente. fi 5. B G O. Ta. [illegible]
        - *Superiorem*, rami à venis & arterijs, ventriculi fundum vtrinq; perrepentibus, [illegible] sobole deorsum propagati. fi. 4, o o q q Ta. 30. z [illegible]
      - *Neruos*, à sexta neruorum coniugatione, extra thoracem deductos, & per ipsum delatos fi 4 [illegible] Ta. 14. fi. [illegible]
  - *Mesera*, MESENTERIVM intestinis dorso adnectens, illaque variè conuoluta, [illegible] & vasa ad [illegible] inter duas ipsius tunicas & copiosissima pinguedine, deducens. Ta. 9. fi. 5. 6. & Ta. 40. fi. s. Hoc
    - *Situ* est ad posteriorem intestinorum sedem, iuxta lumborum vertebras exortum, fi 6. [illegible] Atque intestinis [illegible] in dextro & sinistro latere [illegible] beneficio nectat, [illegible] & recto intestino, inferiori illius sede fi 6 s. T.
    - *Conformatione*, varium [illegible] Nam
      - *Angustum* iuxta exortum existens, in miram amplitudinem in medio, vbi gracilia intestina [illegible], ampliat, Ta. 40 k m atq; deorsum quoq; in latere [illegible] dextro, tum sinistro maximè, vbi ad rectum intestinum vsq; deducitur, descendens, oblongum fit. Ta. 39. fi. 8.
      - *Angulatum* & implicitum admodum, Adipeq; copioso infarctum, vt vasa [illegible] existit, quorum diuisionibus & Glandes adiectæ copiosæ Ta. 19 fi. 6. M M M. maximè vero vnam insignem glandem, vbi angustius in exortu [illegible] vasa magis collecta habet, obtinuit. Ta. 39 fi 5, 6. x x Ta. 40. fi. [illegible]
    - *Vasa*, inter duas ipsius membranas, intestinis communicata possidet. Vt
      - *Venas* quas Mesentericas [illegible], & Arterias copiosissimas. Nam Venæ portæ dexter [illegible] Ta. 40 fi. [illegible] Ta. 40 fi. 1 k. Et ab arteria magna supra infran. renes, rami duo [illegible], vnà cum venæ portæ ramis, variè dispergunttur. Ta. [illegible]
      - *Neruos* à sexta neruorum coniugatione duos in mesenterij quoq; centrum inferios, & ad intestina delatos. Ta. 14. fi. 2. m.
- *Minor*, Vna in Mulieribus, quæ vterum cum vasis & testibus suspendit. Estque Pinguis vteri membrana, quæ à lateribus vtrinque iuxta vterum, à peritonæo gemina quoque exurgit, & mesenterij instar, pinguis admodum & ampla existit. Ta. 42. fi. 1. O O & P.

VISCERA Mëbranea seu neruea, vëtres & ductus.cani sunt: qui ex duplici membrana, vt commodius dilatari possint (cum varia contineant) constituuntur. Quarum interior, cum sucaingëte oris tunica continuata cömunis est. Præter quas, tertia tunica, à vicino peritonæo & omnento deprompta, inuestiuntur. Ta. 40. fi. 6. m l k, & Ta. 39. fi. 4. h, i, l, Sunt autem hæc,

- *Ventriculus*, Qui cibum & potū appetit, eundemque excipit, atque meliorem ipsorū portionem in natam in chylum cōuertit, et post ea intestinis relegat. Hic
  - *Situs* est sub thorace statim; cum in illo locum habere non potuerit, vt oris magis [illegible]nus esset, sinistrum tamen magis latus (vt iecori dextrū latus possidenti cede ret) occupans. Et citra connexum (nisi quatenus stomacho cōtinuatur, & inferiori sede illi omētū adnascit, septo q; transuerso continuatur) vt liberius distēdi possit, Ta. 39. fi. 1. F F & 40. fi. 1. P Q.
    - *Adiacet*
      - *Visceribus*, quorū calore fouetur. velum
        - *Iecoris* concauo toti, cui se, tum dextro latere, tum superiori sede tota ferè, & anteriori aliquousq; insinuat. Ta. 39. fi. 1. sub D O.
        - *Lieni*, in sinistro latere, sed humiliori posterioriq; tantum sede, Ta. 39. fi. 1. G, nam maior sinistri ventriculi lateris pars septo attenditur. Ta. 40. fi. 1. iuxta O. Vnde distētus admodum, in motu nōnihil diaphragma impedit, dispnęamq; facit.
      - *Intestinis* & Omento, sede illius inferiore & posteriore: Colon enim illi omenti intermedio subiectum est. hinc fit, quod coli incōmoda ventriculus quoq; patientur, & nausea quædam ante excrementorum egestionē, quando hic ad rectum vsq; pertransseunt, sæpè sentiuntur. Intestina verò tenuia demissiori loco, & omentum posteriori sede attingit. Ta. 40. fi. 1. iuxta P Q.
    - *Nudus* Anteriori sede, maximeque cum cibo vel flatibus turget, nam contractus, sub iecore magis occultatur, distentus verò, etiam tactu in medio duorum hypochondriorum exuberans deprehenditur, illicque facilè à frigore, præsertim verò si locus ille pinguedine minus abundet, afficitur, ob eamque causam hic locus integumentis, magis ferè quam reliquæ partes, continuo custoditur, atq; in ventriculi affectu, cum eius remedia huc penetrent, fouetur & mungitur. Ta. 39. fi. 1. F F.
  - *Conformatione*,
    - *Venter* existit
      - *Amplissimus*, vnde & cibi potusq; insignē mensuram capere valet, & pro horum quantitate, vel flatuum quoque, quibus facile impletur, plus minusue distenditur. Atque oblongus rotundusque, atque tunc
        - *Amplior* multò in sinistro latere, vt & in fundo existit. Ta. 40. fi. 1. iuxta Q.
        - *Angustior* in dextro latere, vt superiori sede, vt hepati cōcederet, efficitur. Ta. 40. fi. 1. iuxta P.
      - *Crassus*, maximè cū cōtractus corrugatusq; existit. Dilatatus enim admodum, tenuior fit. Sicuti & continuò vini crapula præsertim, flatuumque copia, eodem ferè modo, quo è corpore exemplis inflatusq;, ampliari potest, ita & in corpore quoq; adeo distendi attenuarique, vt ęgrè amplius se recolligere, aut ad pristinam crassitiem mutatus & subsidens redire possit. Quę sanè non minima diuturnæ ventriculi imbecillitatis in multis causa existit, cum ad robur ventriculi, crassities illius nō parum adiumenti adferat, illaque animalia quæ spissiores ventriculos habent, sicuti aues, durissima quæque conficiant, alia verò tenuioribus ventriculis prædita, præsertim verò homo, paulo esu fiora ægrè concoquant, facileque vitis illorum lædantur.
    - *Figura* Sacco fistulę, tusticorum, saccum eleganter refert, Atque Ta. 40. fi. 5, 6.
      - *Foramina* seu Orificia duo, in elatissima ipsius regione existētia obtinuit. Quorum aliud vergit magis, verius illius partem
        - *Sinistrum*, in medio ferè illius occurrens, Superius dictum orificium: quod stomacho continuatum, cibū & potum admittit, eandemque cum gula, ne quid hic subsisteret, habet amplitudinem. Ta. 40. fi. 3, 4. G.
        - *Dextrum*, dicitur q; Pylorus & Ianitor: quod duodeno intestino continuatum, chylum trāsmittatum emittit, illiusq; cauū, ac citius q̃ par erat efflueret, superiorē locū, dextro in latere, vbi angustior erat vētriculus, obtinuit, vnde & Dextrū potius orificium, q̃ā inferius appellabitur. Hoc etsi angustius superiore orificio esse videatur, non tamen omnino illo ampliari posse, hoc satis ostēdit, quod vel etatissima deglutione tam, ventriculo illapsa, illic minime subsistit, sed orificiū hoc trāseuntia, p aluum, nisi forte alii hæreant, tandē excernantur. Ta. 40. fi. 3, 4, H.
      - *Superficiebus*
        - *Externa* albicans, læuis est & planus, æqualisque: nisi quod impressionem quandam posteriori sede, vbi vertebras & magna vasa illic attingit, illisque cedit, nonnihil obtinuit. Ta. 40. fi. 4. n.
        - *Interna* rubicundior, læuis quoq; & æqualis est, nisi qua tenus Rugis nōnihil, cū cōtractus est implicatur. Atque Ta. 40. fi. c.
          - *Circulo* crassis, in ambitu orificiorū internū protuberant, vt sic crassine circa foramina (veluti in reliquis quoq; foraminib. accidit) euadens, & robustior esset, meliusq; sic necludi posset. Ta. 40. fi. 5. b. k.
          - *Adipem* circa fundū in sinistro latere in admodū obæsis tantū adnatū habet, qui fit redundat, appetēux prostrate diqueruq; non secus ac humor aliqs dulcis illi adhærens, causa fit.
  - *Vasa* obtinuit, Vide V A S A.
- *Ductus*, Vide D V C T V S

VASA

VASA vētriculi (excepto Stomacho, per quem cibū & potum assumit, & Bilis meatu quodā, præter naturā in quibusdam naturis ad ventriculum pertingente, per peruasque vomitiones causante) sunt alia adhuc, copiosa admodum, ad hunc locum delata: veluti

- *Vena*, à portæ vena, & Arteriæ, ab arteria quæ in omantum fertur, prope progressæ. Quorū notatur
  - *Ductus*: Quo intersertus sunt in ventriculi
    - *Lateru*
      - *Dextri*
        - *Orificium*, & contermina posteriora eius loca: Estque *Prima* ventriculi vena, à caudice venæ portæ progressa, comite Arteria, quæ ramidextri arteriæ magnæ elatior est soboles. Ta. 40. fi. 4. a. Ta. 30. fi. 2. D. Ta. 32. p.
        - *Fundum* medium, atque inde in anteriora posterioraque: *Secunda* ventriculi Vena, & Arteria, quæ rami dextri soboles est humilior. Ta. 40. fi. 3, 4. O. Ta. 30. fi. 2 H. Ta. 32. T.
      - *Sinistri*
        - *Fundum* medium, atque inde in anteriora posterioraque: *Quinta* ventriculi Vena & Arteria, Quæ sinistri trūci vel rami ad lienem delati inferiores propagines existunt. Ta. 40. fi. 3, 4. f. Ta. 30. fi. 2, Z. Ta. 32. 6
        - *Medium*: Plurimæ Venę & Arteriæ, à sinistro quoque trunco ad lienē delato reflexæ, è quibus vna insignior, superius, *Sextam* ventriculi efficit venam, arteria comitatam. Ta. 40. fi. 3, 4. g. Ta. 30. fi. 2. X Y. Ta. 32. &.
    - *Sedem* Posteriorem iuxta dorsum, nimirū ad fundum
      - *Insignis* omniumque reliquarum capacissima Vena & Arteria, numero *Quarta*: quæ coronæ modo orificium dextrū cingunt, & deorsum ramos ad sinistrū quoq. orificiū mittūt. Hę a sinistro trūco vtraq., antequā in ramos scindit, pdeūt, suntq. superiores insigniuresq. ipsorū rami. T. 40. fi. 3, 4. d. Ta. 30. fi. 2. P. Q. R. Ta. 32. x y z.
      - *Exilis* vena: *Tertia*, quam nulla comitatur Arteria, ab eodem sinistro trunco, antequam in ramos findatur, profecta. Ta. 40. fi. 4. b. Ta. 30. fi. 2. K.
  - *Usus*: quo
    - *Venæ*, Sanguinem ventriculo aduehentes, eundem, cum chylo minimè, quem conficit, alatur, non aliter, quam olim, cum fœtus adhuc in vtero erat inclusus cibūq. nondū assumebat, enutriunt. Et simul chylum ab illo elaboratum rapiunt, eumq., non secus ac reliquæ venæ meseraicę, deferunt. Quod ipsum fortè & venæ quæ à liene ad ventriculum reflectuntur, similiter præstant, quas tamen, Veteres, à liene melancholicum succum in ventriculum eructare prodiderunt.
    - *Arteriæ*, Spirituoso sanguine calorem ipsius continuò fouent, quo, cum ventriculus, cū illi non cocta prius & elaborata intrinsecus, sicuti verò hepati, offerantur, maximè, vnà cum intestinis tenuibus illi adnexis opus habuerit, tanta copia arteriæ cum venis, ferè pari numero & ratione, ad ipsum propagatæ fuerunt.
- *Nerui* insignes, à sexta neruorum cōiugatione, ad sensum exquisitissimum conferendum, ventriculo illique adnexo stomacho demandati. Atq; implantantur, tum in ipsius
  - *Orificium*, Duo præcipui excitati trunci sextæ coniugationis rami. Ta. 34. fi. 2, k, k. Qui in thorace, stomacho in vtroque latere adnexi, obliqueque cum ipso deorsum delati & bipartiti, septum permeantes, ità se intersecant, vt dextri nerui sinistram & anteriorem magis, sinistri dextram & posteriorem magis, orificij ventriculi sedem adeant, eamque implicent, deorsumque ramos mittant, Ta. 34. fi. 2. l m, Ta. 40. fi. 3, 4. T v. à quibus insignis quoque neruus, à posteriore ipsius sede, ad dextri ipsius orificij elatiorem sedē propagatur. Ta. 40. fi. 4. x. Ta. 34. fi. 2. x.
  - *Fundum*, Tres nerui, venas eō quoque definenter comitati. Suntque interioris trunci rami, ab eo, vbi thoracis cauitatē elabitur, procedentes. Quorū Ta. 34. fi. 2, r s.
    - *Inferiores* duo manifestiores, à propaginibus, secūdum costarum radices deductis, progressi, aliud latus ventriculi
      - *Sinistrum*, cum vena quinta pererrat. Ta. 34. fi. 2, t. Ta. 40. fi. 3, 4. f.
      - *Dextrum*, cum vena secūda peruadit. Ta. 34. fi. 2. ß. Ta. 40. fi. 3, 4. c.
    - *Elatiores* paulò, soboles exiles sunt, quæ à neruis, lienē cū arterijs accedentibus, deductæ, sinistrum ventriculi latus implicant. Ta. 40. fi. 3. 4. g.

DVCTVS

s

- **DVCTVS**, Veotriculo, in medio corporis fito, fuprà infraque cootinuati, illiq. fubmioiftrantes, cum longi & caui fint, ad vafe, quatenus verò amplifsimi foot, ad vêtres quoque referri poffunt. Sunt autem duo,
  - *Stomachus*, gula, œfophagus dictus, duct⁹ eft a faucibus ad veotriculum, pertiogês: cui⁹ ootaf, Ta. 40. fi. 3. 4.
    - *Vfus*, vt via effet, & veluti ⁿphytioga, cutus opera,
      - *Deglutitione*, ab ore ad ventriculum affumpta delaberentur Latet enim deglutitio, quando cibus mafticatus, linguæ motu & agitatiooe, vel poti⁹, labiorum fuctione, retrorium ad ftomachi rictû depellüt, côftrictisq. a ppr.js mufculis feucib. deorfum premüt, pficiatur. Maxime tamê ftomachi, deorfum, interim dû fauces côtrauguntur, tracti, fimulq; cum faucibus, quibus côtinuat, collecti, beneficio, cum proprijs fibris non minus quam veficæ cerisia contitiogi queat, quicquid illi inhæret, deprimitur. actioque hæc deglutieodi perficitur.
      - *Vomitione*, à ventriculo ptros quæ illum grauant, reijcerentur. Qui motus, licet non adeo vfitatus illi fit, nihilominus fuo tempore neceffarius illi quoque exiftit, & per hanc viâ quoq; perficitur. idq; quando veotriculus moleftatus, côturbatusq., à viciooi illi fepto (quod illios noxâ, ob côfenfum & vicioitatê mox præfentit, atq; auctiere nititur) adiuuâtibus mufculis abdominis, concutitor & pulfatur, donec quicquid illum moleftat, per œfophagum laxatum, impetuique reiectorum facilè tunc cedentem, magna cum violentia & fonitu profundat.
    - *Situs*, quo à palati extremo, collum thoracemq. peruadês, dorfo ꝓximus, & ventrem inferiorê fubiens, ventriculo côtinuatur, Hoc ductu Ta. 20. ab A ad a, et dein Ta 41. fub E ad E.
      - *Fertur* rectà deorfum, afperæ arteriæ fubtenfus. fuper mediam vertebrarum fedem, ad quintam thoracis vique vertebram, Ta. 40. fi. 3, 4. ab A ad a, vbi afperę arteriæ cedens, paulum ad dextram declinaos, è a ad c, mox tamen eleuatus, atque arteriæ fupcruectus, obliquè rurfum ad finiftram vergit, vbi feptum, iecore illic minus occupatum, (cum tenuior tecoris portio huc tantum pertingat, finuque infculpto œfophago illic cedat) commodius perforare & ventriculo iungi potuit. à c ad D o.
      - *Vicinis* partib⁹, partim
        - *Cohæret*, fibratû membranolarumq. beoficio. veluti
          - *Vertebrarum* corporibus, toto ipfius ferè ductu, neq;, vt vulgus putat, anteriore, fed poftice omnino fede defecodit. Ta. 50. E fupra n.
          - *Arteria* magnæ, vbi eam tangit, maximè verò afperæ, quę &, ne ftomachi tranfitum impediret, eo loco quo illi occurrit, membranea tantum, vt ftomachus exiftit. Ta. 20 n fub F,
        - *Continuatur*, vnumq. corpus cum illis fit: vt in
          - *Exortu*, cum oris fuccingêt tunica, à qua & fenfum guftus nonnihil participat, cuius intermedio & larynx illi nectitur, atq. in deglutitione, ftomacho deorfum tracto, furfum vellitur. Ta. 19. iuxta F.
          - *Fine*, cum ventriculo, in quem dilatatur eique aperitur, illicque fepto quoque connafcitur. Ta. 40. fi. 1. iuxta B.
    - *Côformatione*,
      - *Oblongus*, cum ventriculus procul ab ore diftet: teres item & ampl⁹, ne affumpta facilè in eo fubfiftentur, & afperæ arteriæ vicinæ cauitatem ex parte occludêdo, fuffocationis periculum inducerent, vnde & rectus, nifi quatenus nonnihil obliquari, vt partibus dictis cederet, illum oportuit, exiftit. fi. 3, 4. ab A ad n.
      - *Figura*
        - *Comparatur* pulchrè faccofiftolæ rufticorum cornu oblongo fuperiori, feu fiftulæ raucæ, præfertim dum veotriculo, qui faccum illius refert, adhuc copulatus eft: Vti quoq; intcftioum quoddam, fubrubrum nonnihil & veluti carneû, fibrisq; rectis delineatum & confitum, vnde & moueri poteft, omnino exprimit.
        - *Aequalis* eft, nifi quatenus adnata habet foris
          - *Glandularum* paria duo, quę humore, quem côtinent, côtinuò illum humectât. Horû aliud par eft in
            - *Faucibus*, commune ftomacho cum larynge, quas Tonfillas vocant, quę forte faliuem oris profundunt. Ta. 19. F. Ta. 40. fi. 3, 4 E e.
            - *Medio* ductu ipfius, quo is afperæ arteriæ in duos truncos diuifæ fubijcitur. Eftq. Glandofum corpus, puluini inftar ftomacho fubftratum. Seu, veluti retinacula vtrinque rebus rotundis, ne facilè in partem aliquam voluerentur, fupponunt, ita ftomacho vtrinque adiacent. Ta. 40, fi. 3, 4. F.
          - *Vafa* fede fuperiori, à faucibus illi quoq; per tunicam fuccingêtê côminicata, inferiori q;, illi cum ventriculo, vti illic dictum, communia. Ta. 40, fi. 3, 4, T v. u. g.
  - *Inteftina*, Vide INTESTINA.

INTESTINA ductus sunt a ventriculo multis ambagibus ad podicem usq. pertingentes. Quæ chylum à ventriculo confectum capiunt, atque eo usq., donec utiliore succis ab eo à venæ portæ ramis exucto fit, retinent, amplinsq. elaborant, reliquamq. portionem excrementitiam deorsum sensim versus alvum protrudunt, ubi tandem excretionem stimulo suo sollicitantia redduntur, musculis abdominis pressa, laxatoq. sphinctere. Horum duo sunt genera, quorum alterum Tenue seu gracile, alterum Crassum seu amplum est & dicitur. Hæc

- *Situ* totum ventrem, variè convoluta, subiectoque mesenterio intercedente, sommeræ adimplent. Dorsoq. mesenterij beneficio alligantur, atque inferius, ilij ossis cavitatibus sustinentur. Quo situ intestinum Ta. 39. fi. 1, 2, 3.
  - *Tenue*, à ventriculo progressum, ventris maiorem partem occupat. Cu[ius] Ta. 39. fi. 1.
    - *Principium* duodecim digitorum spatio metitum, rectumq. magis existens, Duodenũ dicunt. Quod ab orificij ventriculi dextro protuberante, elatiori sede, ad posteriora reinctum, sub ventriculo recta deorsum ad fundum ipsius, ad colon usque descendit, fistulam minorem iacens fistulæ rusticorum, cui ventriculus illius saccum & stomachus cornu, referens, & cum illis instrumentum hoc musicum eleganter exprimens. Ta. 40. fi. 3, 4. H, F.
    - *Ductus* reliquus diversimodum ductu, variisq. anfractibus implicitus, distinguitur in duas partes, quarum alia intestinum dicitur. Ta. 39. fi. 1. ab ... ad M.
      - *Ieiunum*, quia inanius cæteris est: quod in duodeno sub colo incipit, & ex profundo assurgens, varie admodum revolvitur.
      - *Tenue*, Ileum: quod tunc cum minus inania sunt intestina, minus venis abundant, incipit, variisque gyris, donec ad dextram medij sedis ilij ossis delinat, recedit.
  - *Crassum*, à dextro Ileo incipiens, initias orbes, ad latere tenuis intestini, velut, quod venarum causa mesenterio vicinius esse debuit, cederet, circumductus, atq. inde per pelvim dicta ad exitum prorsus. Dividit hoc quoq. in portiones duas, quarũ, aliam vocat intestinum. Ta. 39. fi. 3.
    - *Colon*, ductum ipsius longiore, à principio eius sacrũ us usq. per mesenterium, cuius pars media fi. 3. ab R ad T.
      - *Recta* magis, à dextri renis sede humiliori sursum ad hepar vergens, cui illius parti subiicitur, bilisq. vesiculam attingit (ab R ad P) inde ventriculi fundo attenta omento que connexa, ad sinistrum latus usque super lienem procedit. a P ad Q.
      - *Anfractuosa*, iuxta sinistrum renem incipit, & supra ipso declinat deorsum, secundum peritonæi latus, ad os pubis defertur, ab V ad V. ubi sursum ad umbilicum usq. rursum reflectitur, indeq. rursum insigni anfractu facto, ad os sacrũ descendit. ab R ad S T.
    - *Rectum*, ductus illius portionem, à solo ubi os sacrum attingit, rectà ad podicem deorsum, in viris sub vesica, in mulieribus sub utero, descendentem, atq. ossi sacro, coccygique, ubi extra pelvim iacent, connexus, innititur. fi. 3. ab ... ad ... Ta. 41. fi. 1. o. Ta. 42. fi. 1. a.
- *Conformatione*, cõvoluta admodũ excepto principio ipsorum & fine, ne ingressũ & exitũ impedirent. Intrinsecè læuia & lubrica sunt, brotisq. Atque
  - *Tenuia*, longissima sunt, & angustiora, teretia adamussim, & in multos anfractus variè, ut chylus pro suctione venarum longius hic subsisteret inflexe: rubicunda, venisque frequentioribus, quo magis ab iis recesserint, albicantia. Ta. 39. fi. 2.
  - *Crassa*, breviora existunt, ampliora que superius, interiusque depressa, Ta. 39. fi. 3. & ad latera utrinque, ubi ventres, semiglobis extuberantia. fi. 1. a. Insignis anfractus quoq. in imo ventri reflexa, fi. 3. a. s. Quæ, ut excrementa, & flatus præterirent, quæ hic continuò colliguntur, melius subsisterent, nec continuè ea reddere necesse esset, facta fuere. Præter quæ, in
    - *Initio* instar globi magni existentis colon, atq. illic fi. 2, 3. N.
      - *Appendicem* cæcum quoq. ex sinistra sede educit, quæ Cæcũ intestinũ vocant, crassitie lumbrico cõvoluto in orbem omnino similem, & fibrarum beneficio iuxtum mesenterio connexum. fi. 2, 3. O.
      - *Orificia* duo in sinistro latere obtinet, quorum
        - *Superius* Amplius, in Ileum pertinet, per quod excrementa transeunt. fi. 3. iuxta M.
        - *Inferius* Angustius, in appendicem desinit. fi. 3. iuxta O.
    - *Fine*, Rectum, teres rursum sit & rectum, idq. ut excrementa melius prolabantur, atque appendices pingues exterius, & musculos adnatos habet. fi. 3. a, b, c, d, ad Y.
- *Vasa* obtinent propria Sueq. (excepto his mesenterio duodeno inserto)
  - *Vena*, à dextro portæ trunco, & Arteria ab ea quæ in omentum & mesenterium pergit, progressa. Atque intestinorum
    - *Tenuia* innumera fere, maximeque quo ventriculo viciniora, intestina, chylum rapiunt, amplexantia. E quibus in
      - *Principium* ipsorum duodenum & ieiunum, Venæ à dextri trunci propagine, antequam in ramos findatur, Arteria comite, quæ est dextri rami subolis humilior, propagantur. Ta. 30. fi. 1, 2, 3, q.
      - *Ductum* reliquum, Venæ à dextro trunco in ramos tres scisso, & mesenterio inserto, Arteria comite, ab ea quæ mesenterij superiorem sedem petit, inferuntur. Ta. 30. fi. ...
    - *Crassa*, ramis quoque quibusdam, pro nutritione eorum, & fæculenti singularis quoque per hæmorrhoydes in tardum, evacuatione petentur. Sic pars ipsorum media
      - *Dextra* & superior, Venas à dextri trunci ramo, in mesenterium dextrum delato, cum Arterijs, in idem superiori sede sparsis, accipit. Ta. 30. fi. 2, 3. dextrum.
      - *Sinistra* & humilior, à dextro trunci ramo, in mesenterium sinistrum, cum arteria inferiori delato, ramos obtinet. Præsertim verò Rectum intestinum insigni illic ramo implicatur. Ta. 30. fi. ... ab sinistro, ad ...
  - *Nervi*. Intestinis, ut bilis & excrementorum stimulationem sentirent, communicati, eaque vndiq. illis inserti. Qui à ramo interiori, ubi extra thoracis cavitatem descendit, & in omentum & mesenterium ramos mittit, in intestina frequenti sobole excurrunt. Ta. 34. fi. 2. a, ... n.

VISCERA Carnosa quatuor, in Ventre inferiore statim sub septo posita sunt. Sanguinis elaborandi mundandique instrumenta. E quibus

- *Vasis* innumeris intertexta, cũ carne circũ fusa, tunicaque simplici inuestita, utrioque sub septo statim ventriculo accumbit, nullam certam formam, nisi quatenus loca propria adimplet, sortita. Ex his
  - *Iecur*, maius, rubicundius & mollius. Dextrũ trũcum, seu caudicẽ venæ portæ recipiẽs, chylum, per eum ab intestinis tenuibus & ventriculo attractũ, in sanguinem transmutat, & per venã cauam vniuerso corpori distribuit. Hoc
    - *Situ*
      - *Elatissimam* sub septo statim ventris inferioris regionem occupat, vt in medio veluti corporis residens, æqualiter sursum deorsumque sanguinem deriuare posset. Maiori tamen ipsius portione, vt ventriculo & lieni, quæ superiorem quoque ventris sedem requirebãt, locum relinqueret, illisque se accommodaret, dextri lateris spatium illic vniuersum possidens, ad sinistrum tamen quoque latus anteriore ipsius parte, ad costarum medium vsque pertingens, atque in genere, totam illam sedem elatiorem sub septo, ventriculo & liene nondum occupatum, adimpiens. Vnde ipso obstructo induratoue, vel tumẽte, tanta illius loci angustia, & spirandi difficultas, sicuti & lienis ventriculique affectu eadem ratione accidere potest, subsequitur. Ta. 39. fi. 10 D. Ta. 40. fi. 4, 1, K, L.
      - *Connectitur* peritonæi beneficio, quo inuestitur, &
        - *Suspenditur* parte elatiore, cum graue sit viscus, ne deorsum pondere vergat, Ligamẽtis duobus, à peritonæo productis, illic vbi septo subducitur: aliud latere
          - *Dextro*, quod membraneum est, & iuxta cartilaginem mucronatam progrediens, in hepatis tunicam degenerat. Cuius occasione hepar ponderosius ex morbo redditum, septumque ob id impensius trahens, tantam respirandi adfert difficultatem. Ta. 39. fi. 4 C. Ta. 40. fi. 7 I.
          - *Sinistro*, quod teres est, & acutiorem iecoris partem, & tenuiorem, quæ alias propenderet, lateri illic ad septum quoque affirmat. Ta. 40. fi. 1 O, & 7 N.
        - *Adhæret sede*
          - *Posteriori* Gibba, peritonæo, illic vbi caua vena ipsius hepatis substantiam pertransit. Ta. 40. fi. 7. iuxta N, 2.
          - *Anteriori* Caua, omenti portioni quæ illi adnascitur. Ta. 38. fi. 1 iuxta R. Atque venæ vmbilicalis intermedio, quæ ictu exclusio arascit, & valens hepatis fit vinculum, peritonæo, ad vmbilicum vsque adnectitur. Ta. 38. fi. 1 & N.
    - *Conformatione*
      - *Maximum* est, cum magnam sanguinis copiam pro vniuerso corpore continuò elaborare debuerit, nec ita homini vt bestiis, quibus longior erat venter, in lobos dissectum, sed continuum crassumque, in dextro præsertim latere. nam versus sinistram iadem in acutiem desinit, & in ambitu, sede anteriori posteriorique, nonnihil attenuat. Ta. 40. fi. 7. integrũ apparet.
      - *Figuram* non peculiarem aliquã sicuti membranea viscera, ipsius muneris causa requirebat, sed à loco eam, in quo tãquam in modulo impressum formatur, eam desumens, fit
        - *Conuexum* seu gibbum sede superiore & posteriora, qua septi cauitati se insinuat, atque læue & æquale existit, nisi quod insculpta illic habet. Ta. 40. fi. 7 A B.
          - *Sinũ* oblongũ, in sede illius dorsum respiciente, per quem venæ cauæ caudex septum permeans descendit, illique, ne à mole illius comprimatur, potius quam quod ab eo originem sumat, immergitur. Ta. 40. fi. 7 inter A A. B B.
          - *Scissionem*, in regione illius quæ dextro magis latere mucronatam cartilaginem spectat, per quam vena vmbilicalis iecur subit, & vena portæ, hepar illic perforans, egreditur. Ta. 39. fi. 2 iuxta A. Ta. 40. fi. 1 iuxta M.
        - *Cauum* sede inferiore, vbi ventriculo se applicat, & cum vicinas quoque partes nonnihil attingat, magis varium, quam sede ipsius gibba, existit. Nam Ta. 40. fi. 1 E.
          - *Extuberat* in spatium illic, quod inter duodenũ & portæ venam occurrit. Ta. 40. fi. 1 N N.
          - *Sinus* duos illic possidet, quorũ altero
            - *Vesiculam* bilis, in dextro ipsius latere illi ea parte immersam, excipit. Ta. 40. fi. 1 V.
            - *Stomacho*, per septum ad ventriculum, illic vbi sinistro latere hepatis tenuior portio est, transeunte, cedit. Tab. 40. fi. 1 φ & fi. 7 L.
    - *Vasa* obtinuit. Vide VASA.
  - *Lien*. Vide LIEN.
- *Caua*, Renes. Vide RENES.

VASA iecur obtinens
- *Copiosa*, quibus illius substantia intexitur, tum pro
  - *Sanguinis* distributione: nam Venæ
    - *Porta* truncus dexter seu caudex, cauo illius insertus, multis propaginibus amplis substantiam illius peruadit: Chylum, quem ab intestinis ventriculoque sumit, hepati suppeditans. Ta.30.fi.2 A,A,A.
    - *Caua* caudex, posteriori ipsius sedi, vt dictum, innatus, non ab illo exortus (cum vena caua priuatum vas sit, quod ab alio exoriri non erat necesse, sed in prima fœtus generatione, æquè cito ac ipsum hepar formetur, & ab illius substantia admodum differat) Hic ramos duos insignes tantum per hepar dispergit, illisq; Sanguinem elaboratum iam, haurit, deducit, & forte exactius conficit. Ta.31.A,A,A.
  - *Bilis* repurgatione: vti Meatus bilis, duobus ramis, per ipsius substantiam excurrentibus, biliosum humorem colligens. Ta.40.fi.2 X.
- *Pauciora*
  - *Arteriæ*: exiles nimirum tantùm soboles, à ramo dextro arteriæ magnæ ad omentum delato progressæ, & in cauam ipsius sedem dispersæ. Quæ hepati, cum illud sanguine venarum crassiori potius dicatum sit, ad vitalem calorem subministrandum sufficiebant. Ta.32 E. Ta.41.fi.1 E.
  - *Neruos*. soboles scilicet tantùm duas, à vicinis sexti paris neruorum ramis, orificio ventriculi insertis, & costis exporrectis, in tunicam hepatis desinentes. Qui externam illius sedi sensum aliquem, sed obtusum, cum eo non magno opus habuerit, communicant. Ta.34.fi.1,2. Ta.41.fi.1 K.

LIEN, minus compactumque magis quam iecur & subnigricans viscus, Sinistrum venæ portæ ramum, cum arteriis, totum admittens, in sanguinis quoque elaboratione, potius quam melancholici succi attractione, aliquid præstare, magna ipsius cum iecore in ipsius constructione affinitas, & quod morbi ipsius æquè atque hepatis, sanguificationē lædant, satis declarant. Nam
- *Situ*
  - *Elatissimam* quoque, vt iecur, ventris inferioris sedem sub septo proximam obtinuit, & sicuti hepar dextra præcipuè, sic illud sinistra sede, versus posteriore & humiliora, sub ventriculo, vbi locus supererat, collocatum est: ità vt velut sinistrum hepar, sicuti & duo renes sunt existens, situ tantum (vti & ren sinister non eundem cum dextro locum obtinuit) & forma, quæ tamen illi non functionis quàm, præstare debuerunt causæ, sed loci quem, vt dictum, occupant, obuenit, tantùm differre videantur. Ta.39.fi.1 G. Ta.41.fi.1 O O.
  - *Connectitur*, non tam validè vt hepar, cum non sit tam ponderosum, illisque vbi latet facilè subsistat. Hæret tamen parte ipsius
    - *Interiore*, ventriculo & dorso, interueniente omenti membranasis: quæ lieni in longum adnascuntur, vasaque copiosa ad ipsum deducta muniunt. Ta.13.fi.3 d.
    - *Exteriore* nonnunquam fibris quibusdam septo, & reni sinistro quoque, si illi proximè accumbit, nonnihil accrescit. Ta.41.fi.1. inter O, P, & P, C.
- *Conformatione.*
  - *Minus* longè est iecore, ne ventriculum impediret: crassum æqualiter, sed latius, elatiori maximè sede, & longum adhuc magis quam latum, pro loci cui accubit ratione. Cuius causa quoque admodum in reliquis animalibus variat, cum illis, quibus longior est venter, longissimum quoque, vt porcis, existat. Ta.40.fi.9,10.
  - *Figuram* quoque à sede cui impri mitur, vti hepar, mutuatur. Ob quam causam, nonnihil quoque, sed parū
    - *Conuexum*, tum elatiori sede, Ta.40.fi.10. & latere sinistro, fi.9.8. septi cauitati congruens: non tamen omnino læue, sed inæqualiter nonnihil exuberans, vti & renes in bestiis cornutis exuberare vidimus: fortè, vt cum minus esset hepate, pluribus velut portionibus constans, esset ad functionem eo eodam validius.
    - *Cauum* inferiori sede, Ta.40.fi.9 Ta.41.fi.1 a a. vti & latere dextro, Ta.40.fi.9 a. ventriculo se accommodans: vbi & Linea, per medium illius cauitatis longitudinem ducta quoque, vt omentum cum vasis admitteret, exuberat. Ta.40.fi.9 N N. Ta.41.fi.1 P.
- *Vasa obtinuit,*
  - *Venas*: Sinistrum scilicet, sicuti hepar dextrum, venæ portæ truncum, in cauam illius sedem multis propaginibus dispersum, Ta.30.fi.1 a,a,a,a. Arteriasque longè plures quam hepar, cum sinistrum quoque arteriæ ad omentum delatæ truncum, pari numero & serie tamtum cum venis ad ipsum delatū, & cum venis propagines quoque ad ventriculum mittentē, acceperit. Quod sanè non tantum caloris vitalis conferendi, aut nutritionis, causa: cum pauciores quoque id ipsum, sicuti in hepate & aliis locis fit, præstare potuissent, factum: sed vt sanguis arteriarum in liene cum sanguine venæ portæ, vti in renibus cum sanguine venæ cauæ, permixtus, sanguis & venarum & arteriarum, vires materiasque mutuò conferrent atque participarent. Quod cum ad perfecti sanguinis, qui corpori nutriendo aptus esse debuit (cum arteriæ non ad omnes partes perueniant) elaborationē admodū necesse fuerit. ob eam causam, in ventre hoc inferiore, in liene & renibus, vti in thorace in pulmonibus, & in capite in cerebri sinibus, sanguis venarum & arteriarū confunditur, miscetur, exactiusque concoquitur, elaboratur, atque repurgatur. Ta.32 d d.
  - *Neruulos*, in tunicam ipsius, ab interiore ramo sextæ coniugationis propagatos. Ta.34.fi.2 g.

Angustior, Bilis veticula est. in qua bilis à sanguine secente secreta, ipsa hic coacertuatur, atq; per duodenũ subinde intestinũ infusa, ea deterget, ipsorũque excrementa fluidiora reddit, & tandẽ fæcibus in crassioribus intestinis genita, illa ad excretionẽ sollicitat, atq; vnà cũ excrementis tandem per alnum reijcit: Hæc

- *Situ*, Elatiori sede, cum parua sit, vt iecori & primo intestino vicina esset, iecoris cauo mox adnascitur, mediaque ipsius parte illi immergitur, reliqua verò sede extra hepatis substantiam prominente, obliquè à dextro latere sinistrorsum ad venæ portæ exortum vergens. dextrũ ventriculi latus, colonq; intestinum illi incumbẽs illic attingit, flauoq; colore fere tingit. adeo vt sæpe ventriculũ imbuit, vt perpetuos stomachi ardores, (cuius causa sectione post obitũ facta, hęc inuenta est,) efficiat Ta 40.f.1.v. Ta.41.f.1.R.
- *Conformatione*, Longiuscula (ne si orbicularis esset multa impediret) & rotunda existit. Capatior circa initium, sensimque pyri modo angustata, in ceruicẽ crassam colligitur Ta.40.f.1,2.v ad b. quæ in Meatum vel porũ choledochon dictũ desinit. Qui iuxta venæ portæ exortum bipartitur, alio meatu fertur
  - *Sursum* in iecur, venę portæ inniteñs. Qui bipartitur primum, sursumque inde diuisus, per iecoris substantiam multis propaginibus disseminatur, bilẽq; in secunda concoctione redũdãtẽ & secretam colligit. Ta.40.f.1.à b ad a. x x.
  - *Deorsum* in intestinum primum, duodenum, omento suffultus; in cuius orificiũ desinens, bilem intestinis infundit: quę ne regurgitaret, mẽbranulæ lasis otiji in huic præpositis impeditur. Ta.40 f. 1, 2, c ad d f.c.
- *Vasa* quoque possidet; vt Venulas geminas, à portæ caudice statim. Ta.10.f.3.e c. Ta.40.f.2 g. Arteriolamq;, ab arteria, cauo iecoris expnterecta, deducta. Ta.32 à 49.f.1.e. Neruulum quoque, à iecoris cauo huc desinentem. Ta.34.f.2. * Ta.40.f.1.f.

VESICAE duæ, cum ductibus ipsis ad hæc pertinentibus, in ventre inferiori continentur. Humorũ receptacula. Suntq; membraneæ, seu nerneæ, tunicis quoque à peritoneo deductis inuestitæ, intrinsecus lenes & humidæ. Harum

- *Situ*, Humiliori vẽtris sede, cum magna sit. vt reliquis visceribus cederet, & excretioni propinquior esset, locatur, & sub pubis ossibus, cũ inanita est latitat, distẽta verò, etiã in vẽtris cauitatẽ protuberat, tactuque in pectinis regione deprehendirur, sedeque humiliori, recto intestino in viris. Ta.41.f.1.p super d. in mulieribus verò vtero incumbit. Ta.42.f. 1.T. super, 2.f. 2.f super d. Et suspenditur, in homine tantùm, cum erectus incedat, ne decidat, peritonæi beneficio (auxiliantibus illi vrachn & arteria vmbilicali, iam resiccatis, & ligamenti ipsius munere fungentibus) quod fundũ illius, laxè tamẽ, vt nihilominus distẽdi & subsidere posset ità implicat, vt sæpè inanita vesica, non satis primo intuitu in sectione cognoscatur. Ta.30.f.2,3.n o.

Amplior Vrinę vesica est: In qua serum, sensim à renibus in illã distillans, colligit, & meatu illius cõstrictũ retinet donec sua copia & salsedine vesicã stimulãs, laxato sphynctere, cũ conatu quodã, opera musculorũ abdominis vesicam voluntariẽ comprimentibus, emingat. Hæc

- *Conformatione*, rotunda atque oblonga cucurbitæ instar, existit. Atque ea amplo fundo superiore in ceruicẽ angusta desinit, & Meatus obtinet, per quos vrina vel Ta.41. f.4.r r.
  - *Influit*, Suntq; Vreteres dicti, bini ductus ceu nerui albi, oblongi & caui, angusti tamẽ nisi in calculosis, vbi sæpè intestini alicuius instar dilatatos vidimus, amplient. Hi à renibus ad vesicã perducti,
    - *Ducuntur*, ex sinu renis medio progressi. Ta. 41.f.1. r. lumborum musculis instrati, peritonæo connexi, vel sub eo, vt volunt aliqui. deorsum versus inferiora ad vesicam. Ta.41.f.1.c c.d d.1.& 4 q q.
    - *Adnascuntur* vesicæ posteriori sedi humilior ique, priusquam in ceruicẽ desinit: atq; obliquè admodum externam illius tunicam penetrãtes, mox in cauitatẽ vesicæ, angusto meatu se aperiũt, per quẽ vrina instillare quidẽ suo pondere, regurgitare verò sursum minimè potest: præsertim cum repleta distentaq; vesica, hunc illius per vesicã inter duas mẽbranas incessum constringens, adeò occludat, vt neq; flatũ, cum inflatur vesica, sinat erumpere. Ta.41.f.4.t t. Ta.42.f 3.M.
  - *Effluit* in iam natis: cum in fœtu, dum in vtero est, per vrachon, vt in vtero dicetur, excernatur. Estque Meatus vesicæ, fibris ita intextus, vt constringi, vrinãq; ad tẽpus mictionis vsque retinere possit, laxatus verò eãdem effluere sinat. Hic in
    - *Viris*, innitens recto intestino, ad humilimã pubis ossium sedem deorsum fertur, atque inde reflexus, penisque corporibus subnatus, sursum ad elatiorem pubis ossium sedem ascendit, atque inde penem ad glãdis ipsius foramen vsque comitatus, communis illius fit seminis & vrinæ ductus. Ta.28.f.3.n
    - *Mulieribus*, super vteri ceruicem extensus, ad humilimam quoque pubis ossium sedem descendens, in vteri sinum, mox vbi ille in pudendum desinit, aperitur. Ta.41.f.2.A.f. 5. Z.
- *Vasa habet*,
  - *Venam & Arteriam* vtrinque in lateribus vnam, à cauæ venæ, & arteriæ magnæ ramis, per pubis ossis foramẽ eius accedentibus, deriuatas, & per vesicã sursum dispersas. Ta.31.f. In mulieribus verò, à vasis quæ vteri ceruicem petunt, in vesicam propagatas. Ta.42.f.2.x.
  - *Neruos* insignes, nõ tantũ à sexti paris ramis infimis. Ta.34.f.2.λ, μ. sed & à spinalis medullæ humilioribus paribus, productos. Ta.33 ch.27.28. Vnde exquisitissimo sensu vesica prædita est, doloresque atrocissimos, quando exulcerata est, persentit.

PENIS

PENIS, Colis, Membrum est virile, quo semen in vterum, qui profundè in ventre mulieris collocatus est, eò nondius infunditur: atq; vrina extra corpus aliquousq., ne nos cōspurcet, vel vti p canalem, melius in mictione deriuatur. Hic

- *Situ*, Pubis ossis commissurae, inferiori sede, sua radice adnatus, illisque ligamentis, musculisque ipsius quatuor, vasis diffinitè connexus, sursum sub testibus, ad anteriorem pubis ossis sedem delatus, corpori adhuc adnexus est. Ta.28.fi.3. ab M ad G. Inde verò à corpore productus, vel deorsum, si languidus sit, propendet, vel distentus sursum erigitur. Ta.28.fi.3.A n ad n.
- *Conformatione*, oblongus, crassus, non exacte rotundus, attamen paulò latior elatiore sede, quam Dorsū penis vocāt, vteri ceruici correspōdēs: & anteriore sede in acutiē desinēs obtusam, Glādem dictam. Hunc
  - *Integit* Cutis, nullo subtenso illi adipe: ne si illæ, vt solet in obæsis, hic quoque augeretur, nimiam illi, quæ impedimento fuisset, conciliaret magnitudinem. Porro sola cute, laxa in flaccido, tensa in rigido pene, toto ductu obducitur, atque vbi à corpore abscedit, vndique ambiens. Citra tamen connexum in anteriori illius sede, nisi quatenus ligamento subtus glandi nonnihil affixa est, idq; vt glans denudari posset. Cuius cauia foramine quoque cutis hæc, quam Præputium vocant, perusa est, quod in iuuenibus collectum, in aliis plus minusue, prout cutis retracta est, diductum existit.
  - *Componunt*
    - *Corpora* duo rotunda, Ta.28.fi.3.A, a. neruea (?) fungosa, atroque sanguine oppleta (? ?) Hæc toto ductu simul iuncta, anteriori sede penitus confunduntur, glandemque mollem admodum, ne vterum læderet, nonnihilq. acutā, vt melius orificio illius se accommodaret, summeque sensilem, pruritus causa, efformat. Quæ sanguine impleta, admodum distenditur & rubescit, eoque refugiente, inbūdet & pallet. Ta.28.fi.3 n.
    - *Ductus* seu canalis membraneus, Communis seminis & vrinæ profusionibus: in media, vbi corpora penis rotunda conueniunt, toto ductu ipsis subtensus. Qui sede posteriori musculos, illū in excretionibus nonnihil deducentes, adnatos habet, atq; anteriori sede in foramē glandis, per qđ ea retinnes hæ fiūt, dehiscit. Ta. 28.fi.3.O. Ta.41.fi.4.p.
- *Adnata habet*
  - *Partes*, vasorū beneficio ipsi cōmissas, quę semen continent. Suntq;
    - *Testes* bini, quibus vas varicosum, materiam seminis aduehens, vt illic elaboraretur, adplantatur. Quod, an in ipso vase vel testium substantia elaboretur, cum testes, vt directa hæc vasa quoq; manerent, illis appensi sint, & vasa externam tantùm testium tunicam accedant, dubitatur. Cum tamen glandulas has aliquid quoq; in seminis procreatione moliri, glandulæ mamillarum insignes, lac generantes, nobis declarare videntur. Hi
      - *Situ*, extra ventris cauitatem positi, vasis spermaticis sub radice penis appenduntur, & Cute, Scroto dicta, cum subiecta carnee membrana, nullo interueniente quoque adipe, innestiuntur & suspenduntur, Ta. 41.fi.1.r-s.r. peneque flaccido, magis dependent, distento verò, collectæ tunc cute corrugataq;, inturaq; distincta, & sursum cum pene retracta, sursum quoque alliciuntur. Ta.41.fi.1 iuxta n.
      - *Forma* rotundi sunt, licet propter adnata vasa oblongi esse videant, & propter vas deferens, ac si gemini essent, eam haberēt: præsertim verò in iis, quibus hæc vasa à testibus magis separata, vt in lasciuis ferè fit, existūt, quas, ac si non vnum testē testi additū haberent, triorches vocant. Hos Ta.41.fi.4.(.
        - *Inuestiunt*, (Scroto, excepto) Tunicę duæ: quarum altera
          - *Exterior*, Elitrois dicta, subrubra, Musculos testis, q vasa seminaria sursum alliciūt, adnatos habēs, & venis abundās, Peritonęi est processus, ab eo, vbi vasa ipsum perforant productus, atq; vasa toto ductu ipsorum vnà cum testibus obuoluens, citra tamen connexum, nisi quatenus testiū humiliori sedi adnatus, ipsos suspēdit. Ta.41.fi., α.
          - *Interior*, Dartos dicta, tenuis est, testis substantiā mollem, cui vasa ad testem delata adnascuntur, continens. Ta.41.fi.4.Q, n.
        - *Constituit* Glandulosum corpus, spōgiosumq; Venulis oppletum, nullam tamen cauitatem aliàs obtinens Ta.41.fi.4 T.V.
    - *Vesicæ* geminæ, quibus vas deferens, semen continuò aduehit, quod & donec spargatur, continent. Glandosum corpus Vesalius hasce fecerat. Hæ Ta.41.fi.4.ƒ. Ta.33.fi.7, u.α.
      - *Collocantur* vtrinquè ad ductum seu canalem peni subtensum, vbi vasa deferentia ipsi, circa vesicæ ceruicem, vniuntur.
      - *Membraneæ* sunt vesicæ: semine turgentes, quod variis, quas intus obtinent, cauitatibus anfractuosis, ne vno congressu omne efflueret, continent.
  - *Vasa*. Vide VASA.

VASA Peni ipsiq; adnatis partibus subseruientia, alia sunt illis

- *Priuata* Seminaria dicta. Sūt qua
  - *Venæ* & Arteriæ Spermaticæ, sanguinē & spiritū, pro seminis generatione, è corpore testib⁹ aduehentes. Hæ
    - *In Cauitate* ventris vtroq; sitæ, naturam suam adhuc seruant. Atq;
      - *Exoriuntur* à maioribus trūcis, maximè quo ad fieri potuit iuxta renea, vt elaboratam & mundam magis haurirent materiam. Sic
        - *Venæ*
          - *Sinistra*, à sinistra renis emulgente prodit, cui & à caua ramulus quandoq; miscet. Ta. 41. fi. 1 e. 2 n.
          - *Dextra* non ab emulgente, cum tunica renis dextri ab illa venam desumat, sed à cauæ venæ caudice, mox sub emulgente, pdit. Ta. 41. fi. 1 f. fi. 2, n f.
        - *Arteria* vtraque quoque plerumque (interdum enim sinistra deest) ab arteriæ magnæ caudice, sub renibus emergit. Ta. 41. fi. 1 b 2, fi. 2 a.
      - *Ducuntur*, peritonæo suffulta, in vtroq; latere, vena cum arteria sui lateris, deorsum obliquè extrorsum, dextra vena cauæ caudicem transiliente, & sensim mutuò appropinquantia, tandem committuntur, atque vrinarios meatus prætergressa, iuxta inguina è ventris cauitate excidunt. Ta. 41. fi. 2 γ.
    - *Extra* Cauitatem ventris delata, inuicemq; commixta, vas Varicosum dictum efformant. Quod
      - *Oblongum* sensimque lutescens, innumeris venarum & arteriarum ramulis, vnde subrubrum apparet, intexitur. Ta. 41. fi. 4 O D.
      - *Ducitur*, peritonæi processu cum vase deferente simul inuolutum, in elatiorem testis sedem, cui latiori sua basi connatū, ramulos distribuit. Ta. 41. fi. 2, 4 o d, 3 t.
  - *Vasa deferentia* duo: ab vtroq; teste semen elaboratum ad penis ductum deducentia. Hæc
    - *Principio* suo testi commissa,
      - *Corpora* sunt glandulosa fungosaque, oblonga, crassa, & reuolutionibus xylocampi instar distincta. Ta. 41 fi. 4 L.
      - *Adnascuntur* testis posteriori sedi, à varicoso vase, sua elatiora testis sede, oblique deorsum ad infimam testis sedem delata, à qua rursum recta sursum, citra connexum tamen, ad elatiorem testis sedem, ad vas varicosum vsque reflectuntur. Ta. 41. fi. 2, 8, 3, n. & fi. 4 e, fi. item 2, 8, 6.
    - *Ductu* testiculo a teste abscendentia,
      - *Neruei* crassioris instar rotunda, obscureq; caua existunt. Ta. 41. fi. 4 R.
      - *Adnascuntur* varicoso vasi, sursumque per foramen peritonæi, per quod varicosum vas egreditur, ventris cauitatem subintrant, vbi peritonæo suffulta, introrsum ad posteriorem pubis ossium sedem super vrinarios meatus reflectuntur, atque inter vesicam & rectum intestinum, ad ceruicis vesicæ initium, mutuò consenientia, crassioraque facta, in vnum quasi ductum desinunt, vesicis semen suscipientibus illic cōtinuatū. Ta. 41. fi. 4 ...
- *Communia*
  - *Venæ* & Arteriæ, à vasis suo osse sacro sitis illicque bipartitis producta. E quibus alia Penis
    - *Cutem* implicant, à ramo interiore, qui vesicæ ceruicem adit, in penis cutem & testium, copiose admodum (si ... nam quoque apparent, & nonnunquam tanquam varicosæ nigricant) dispersa. Ta. 35 f.
    - *Corpora* accedunt, Eximia vasa, quę ab exteriore transuerso ramo, ad bifurcatam penis originem perducta (vbi vtriusque lateris vena in vnam desinunt) & simul iuncta, venam in medio, arteriæ vtrinque venæ copulatę, per dorsum penis ad glandem vsque feruntur. Ta. 35, fi. 7. Hæc non certis ramulis penis corpora intertexunt, sed hic priuatim, secus ac in reliquo corpore, sanguinē & venarum & arteriarum spirituosam in fungosa corpora penis profundunt. Quo sanguine, irritato per pruritum pene, copiosius in illum irruente, eumque opplete, penis cum glande distentus, erigitur, eodemque rursum, sedato pruritu, in vasa remeante, concidit & flaccescit. Quæ vera colis distentionis causę, non à flatibus, sicut putabāt, sed a sanguine dicto, quo penem vndiq. imbutum esse, etiam in mortuis sectione deprehendimus, procedit.
  - *Nerui*, quorum alij
    - *Cutanei*, ab infimis ossis sacri partibus producti, cutem penis & testium implicant, ad externas iniurias sentiendas sensum illi contribuūt. Ta. 35. ch. 27. 28.
    - *Corpora* quoque penis, vnà cū arteriis per dorsum illius ad glandem vsque delata, perreptāt, qui à neruis lumbaribus quoque iuxta os sacrum prodeunt, & sensum exquisitissimum penis, præsertim in glande, pruritus causa, contribuunt. Ta. 36

VTERVS in Ventre locatur, vt commodius in fœtus augmento distendi possit, humiliorique ipsius sede, ne organa naturalia impediat. Qui situs & ad feminis suscipiendum, & fœtus exclusionem commodus quoque erat. In hoc notatur, tum quæ ra. 42

- *Conditionem* ipsum, Partes duæ, nempe
  - *Ceruix* seu collum, Pars ipsius longior, ab exterioribus ad fundum vteri vsque ducta, Cuius rursum pars
    - *Exterior* apparens, Pudendum, Cunnus, ceruices vteri os, vel fauces, aut latius potius, vnde Germ. Baß vocãt. Anteriori pubis ossium regioni iungitur. In quo occurrunt
      - *Colles* seu monticuli, qui in ambitu rimæ impressæ, malarum instar, propter pinguedinem substratam protuberant, parteque superiori crinibus in maturis ornantur fœminis: quæ omnia vt rima occlusius lateret abstrusaque esset, sunt condita. *fi. 2 per se apparet.*
      - *Rima*, scissura cutis in longum, veluti vallis inter dictos monticulos, vel conniuens vel diducta dehiscens, Quæ longior est foramine quod penem admittit, idque ob cutis partium, si illius sectio angusta fuisset, cum cutis durior, non ità vt foramen internos amplia ri possit, impediret. Hæc *fi. 2 per se patet.*
        - *Carunculas* vtrinque in lateribus eius prædictas adnatas habet, in elatiori sede rimæ contiguas, quæ *fi. 2 ...*
          - *Carunculæ* sunt, fungosæ, & plus minusue propendent.
          - *Labiorum* instar, vt rima melius occludatur, fungosa ipsorum substantia efficiunt, & præter hoc, canalis cuiusdam instar, præseruant dum mulier inclinans se nonnihil mingit vrinam, ne reliquum corpus commaculet, di... sign...
        - *Processum* paruum, Clitoridem dictum seu Tentiginem, elatiori sede, in medio vbi carunculæ conueniunt, in pinguiore pubis parte occultatum, leuiterque tantum prominentem, pendu... est. Qui
          - *Penis* paruus, qualem cuniculi habent (licet interdum valde excrescat) admodum similis, est ex ortu à pubis osse, suo
            - *Corpore*, quod duplex quoque, neruosum fungosum, sanguine plenum, vt penis habet, musculosque & venas illi adhærentes.
            - *Forma*, cum in glandem quoque, desinat, pelliculam seu præputiam obiectam.
          - *Præuetam* in his fortes crinium efficit, & fortè carunculas, quibus pellicula vtrinque iunguntur, ne dependeant, sustentat.
    - *Interior*, abstrusa, Sinus, aliis ... Canalis est, à pudendo sursum ad vteri fundum, in pubertatem & puritatem, inter vesicam & rectum intestinum, cum quib. peluium dicta supra os sacrum situm, occupat, ductus. Huius notaf
      - *Connexus* cum partibus vicinis, quibus certis in locis, vt firmius hæreret non tamen vndique vbi eas tangit, vt nihilominus distendi posset, adnectitur. Sicuti
        - *Vtrinque*
          - *Recto* intestino, cui toto ductu incumbit, ipsiusque latitudinem vix dum excedit, illique fibrosis nexibus cohæret, & iuxta pudendum penitus ferè, vt ægrè separari possit, continuatur. *fi. 1 m.*
          - *Vesica*: cuius fundo elitaneum subijcitur, ceruicique illius, cuius latitudinè vteri hic sinus vincit, ea sede qua ipsam tangit, quoque fibris adhæret. *fi. 1, a, fi. 7.*
        - *Membrana*, Peritonæo, cui anteriori sede, vbi ceruicem vesicæ vtrinque exuperat, atque in lateribus, internectis tunicis ... & vasorum ipsius, laxè admodum quoque copulatur. *fi. 1, & 3, fi. 5 ...*
      - *Conformatio*, quia Neruea & alba est, mollis & humidus, tum vt sensilis esset, & nonnihil ampliari posset, durior tamen in senibus & cum diu attritus est fit. Hic
        - *Amplitudinem*, colli, cuius vagina est, conuenientem habet, vti & longitudinem, à pudendo ad pubis elatiorem sedem vsque descendentem, idque cum distentus & extensus est, nam collapsus angustior, & conuolutus breuior fit. Parturientibus verò admodum increscit, atque distenditur. *fi. 5 à k ad m.*
        - *Figura*, collum vrinalis refert, intusque læuis est, nisi quatenus collapsus rugas, &
          - *Anfractus* duos commodioris fricationis causa, vbi inferiori pubis ossium commissuræ sedi proximus est, obtinuit, quorum alter
            - *Anterior*, Scrobiculos refert palati, & nonnunquam carunculatum instar prominet.
            - *Inferior*, Foramen ... repræsentat, in ambitu rugosum.
        - *Foraminibus* duobus patuit est, quorum aliud, quod
          - *Coli* admittendo paratum, anterius est, atque Exterius orificium vteri dicitur, *fi. ...* o. Quod in virginibus Hymene membrana ex parte occlusum est, *fi. 5 n.* Quæ
            - *Occupat* imam eorum huius foraminis anum spectantis sedem, adeò, vt non aliis purgationibus obstet, cum superiori loco, ac si ... esset, patent.
            - *Foraminis* huius amplitudinem, ante congressum inutilem, nonnihil occludit, & simul pudendi latera, ligamenti linguæ & præputij instar, colligit.
          - *Vrinam* emittit, superius est, ad cuius latera, Membranæ in ... ut regurgitationem materiæ alicuius in vesicæ ceruicè impedirent, propendens. *fi. 2 d, fi. 5 L.*
  - *Fundum* vteri. Vide FVNDVM.
- *Adnascuntur* illi. Vide ADNATA.

FVN-

FVNDVM vteri, seu potius Vterus verè dictus, Matrix, Domicilium est in quo fit conceptus, ceruicis ipsius elatissimæ sedi continuatus. Cuius notatur

- *Situs*, quo supra os pubis, vel peluim quæ ipsius ceruicem cōtinet, inter vesicam & rectum intestinum collocatus est (magno humanæ fragilitatis, hominem tam abiecto loco nasci, inditio.) Prægnantibus autem, vtero crescente, sensim ad superiora extenditur, & sub omento (etsi illud sursum conuolutum sit) & anteriori peritonæi sede, gracilibus intestinis incumbit, illa quoque cum impensè tumet, opplens, & in medio ferè, interdum in dextrum, vel sinistrum latus magis deuolutus, ventrem turgidum in grauidis reddens. Ea itaq; sede
  - *Citra* cōnexū liberiorq; maiori sua parte, vt deorsum, auiditate concipiendi illicitus, vel odorū suauitate, vt putant, allectus, ferri, sursumque rursū remeare posset,
    - *Adiacet* tantùm sede ipsius
      - *Anteriore*, Vesicæ, cui superincumbit. *fi.2.ß.*
      - *Posteriore*, Recto intestino, cui incūbit. *fi.1.m.*
        - Interueniēte nōnunquam omenti portione pingui. Quæ fortè sterilitatis illius, cuius Hipp. à pinguedine circa vterum collectæ profectæ, meminit, causa existit.
    - *Liber* ab omnibus partibus seda superiori, ne quid illū, qui alias facilè subsidet, ad inferiora deprimeret maximè in conceptu sursum ferri prohiberet. *fi.2.c.*
  - *Connexus* in lateribus tantùm vtrinq; Membranis & vasis ad uterum pertinentibus (nullis alijs musculis, vti aliqui voluerunt, suspensus) ne facilè subsideat, retinetur. Quibus tamen laxatis, vterus in pudendum decidit, atq; aliquando extra hoc quoq; inuersa ipsius ceruice, deorsum admodum, magna turpitudine & molestia, dependet. *fi.1.O P. fi.3.X a.*
- *Conformatio, qua*
  - *Substantia ipsius*
    - *Neruea*, densa & compacta est. *fi.5.x.* Quę tamen, eo tempore quo mulier ad conceptionem habilis & apta fit, calore insito adaucta, carnea, venosa, mollisq; admodum euadit, & non secus, ac in canibus fœminis, nouem ferè dierum spatio cōceptum appetentibus, vterum & pudendum quoq; intumescere videmus, excrescit, totoq; tempore quo mulier vterum gestat adaugetur, & post partum rursum ad pristinam neruositatem soliditatemq; redit. Quæ tamen, si vel natura, vel ætate, adeò præualeant, vterusq; sic induratus sit, vt eam quam diximus mollitiem & carnositatem adipisci nequeat, sterilitati huic, in qua mulier sana alioquin, vel multorum annorum interposito spatio, vel nullo etiam tempore concipit & parit, præcipuam occasionem præbere, obseruatio hæc pulcherrima ostendit.
    - *Tunicā* integitur triplo tenuiore quā ipsius corpus existit: quæ à peritonæi portionibus vtrinq; lateribus vteri adnatis duplicatisq;, vtroq; vtero obducitur, eumq;, vt dictum, nonnihil retinet. *fi.4.H H.*
  - *Figura* illius cucurbitam, præsertim si compressa nonnihil esset, exprimit. Huius
    - *Magnitudo* variat, nā
      - *Extra* conceptum, paruus est, crassus, tres vel quatuor ferè digitos transuersos longus, & totidem superiori sede latus, inferiori verò sede nonnihil angustatus. *fi.2.4.c.*
      - *In* concepto, admodum, vti dictum, increscit, & dum vterum mulier gestat, pro fœtus quantitate, in omnes dimensiones adaugetur. *fi.6.A a C D.*
    - *Superficies*
      - *Externis sede*
        - *Elatiori*, quæ latior est, & ventris cauitatē attingit, Tuberibus vtrinq; in lateribus eminet, quę *fi.2. iuxta humiliori f.*
          - *Cornua* dicuntur vteri, cum vituli cornua modo erumpentia referant.
          - *Admittunt* vasa seminaria, hic inferiorem manifestā satis molientia.
        - *Humiliori*, qua contractus nō nihil, suę ceruicis ipsius respicit. In cuius
          - *Ambitu* illi continuatur, vt via quæ ab vtero extrorsum fertur clausa esset. *fi.3. in ambitu C D.*
          - *Medio*, in ipsā aliquousq; certa connexū præberat, & rectā pudendum aspicit. Atq; illic
            - *Glandis* penis similitudine rotundus est, crassusq; & oblongus nonnihil. *fi.3.C O.*
            - *Foramine* transuerso peruius est, quod Orificiū internū vteri vocant. Hoc *fi.3. inter C D.*
              - *In* conceptu se aperiens, glandiq; colis applicans, semen sugit.
              - *Latius* illic vbi pudendum intuetur, inde sensim per crassam vteri substantiam ad ipsius interiora angustatur, ne facilè si semē concepit rursum elabatur, estq; in ijs quæ pepererunt rugosum. Hoc induratum, vel callosum factum, si obstruatur, aut humiditate nimia, ex frequenti coitu, vel fluore muliebri, nimium laxetur, sterilitatē quoq;, in sanis alioquin mulieribus, efficit.
      - *Interior*, Sinum in medio excauatum possidet, qui *fi.5.A B.*
        - *Semine* in conceptu adimpletur, & dum ex eo fœtus procreatur, sensim vnà cum illo augetur atq; ampliatur: neruosam eius substantia minimè attenuata, sed simul quoq; cum illis excrescente.
        - *Angustus* & collapsus, atq; ad formam vteri, superius latus, inferius arctior existit. Nec membrana aliqua, vt vasa noua illius commodius in conceptu accrescerent, succinctus, tomento tamen, veluti carneo, inunctus, & Sutura quadam leuissima, in longū per medium ipsius ducta, notatus. *fi.5.C.*

X

- **ADNATA Vtero sunt** Ta.42
  - *Extrinsecus* Par e(s), quę intermedio membranatu(m) duplicatarum, à peritonęo productarum, quæ bas simul cum vtero copulant, illi adnascuntur. E quibus
    - *Conferunt illi*
      - *Materiam*,
        - *Semen*,
          - *Vasa spermatica*,
            - *Vena* & *Arteriæ Spermatic*æ, quæ materiā seminis aduebūt, & fortè eandem quoq, immutant. Quorum
              - *Exortus* Idem qui in viris pronascitur anim
                - *Vena* dextra à cauæ venæ caudica: sinistra verò ab amulgente sinistra. *fi.2.4.e.*
                - *Arteria* tam deatra quam sinistra, vtrinque ab artariæ magnæ caudic e. *fi 2.g.h.superius.*
              - *Ductus*, ab eo qui in viris fit, variat. Nam utrinq; vena & arteria, simul commiata, val seiunctā ooonunquam, portionem ipsarum vas ten en deferenti transmittunt, illudq, multis ramis an bu n *fi.2.4.g.* reliquam, per membranam quæ vtero adnascitur, vtero ablegant. *fi.2.4.e.*
            - *Vas deferens* semen elaboratū vtero, quod *fi.2.4.f.*
              - *Prodit* ab angulis vtrinq; vteri seu cornibus: estq; naruenm & candidum a princi;io.
              - *Ductu* larescens, & capreolorū modo fa crispans, admodū latū e rneumq,, ac nonnihil complicatum in fine sit: in cuius medio insigne foramen axistit, quod venæ arteriæq. spermaticæ ambiunt.
          - *Testes*, ad seminis aliquam fortè quoq. alaborationem, vi sua, licet à vase deferente distent, & materiam seminis minimè admittant, aliquid conferunt: vel potius ad humectationem & diuancationem vasorū, quibus adiacant, à quibus & si ramulos accipiunt, vt cardibala est, quod taman negat Fall. ijdem quoque nutriuntur. Hi *fi.2.4 hh.*
            - (I)n lateribus vtrinque, paulò elatius quā vterus existit, quamdiu is fœtu nondum turget, locati sunt, membranæq. vterū nectentis duplicatæ innati existunt.
            - *Glandulas* omnino quoque reliquas mesenterij & omēti rafatunt, tunicisq,, tum interiori propria, tum exteriori, illi à membrana vteri deducta, inuestiuntur, & aqueum humorem in vesicis continent, quo uasa bæc ne arescant irrigant.
        - *Sanguinem*, & spiritū. Venæ, & Arteriæ. E quibus
          - *Apparētiores*, per mēbranas vnè excurrentes,
            - *Implicāt* vteri vtrinq;
              - *Fundum*: quæ à superioribus vasis spermaticis descēdentes, per vteri tunicam & substantiam vanè dispensantur, & in grauidis vel menstruosis magis conspicuæ sunt. *fi 2.4.x.*
              - *Ceruicem*: quæ in lateribus, à vasis circa os pubis ductis, per vteri sinum distribuūtur, & quibusdam ramis, per vteri tunicam substantiamq; deductis, cum alijs ramis, qui vteri fundum implicant, committuntur. *fi.4.d.*
            - *Nutrimentum* cum calore vitali vtero suggerunt: & simul, sed eo tantum tempore, quo fœmina ad concipiendum habilis, ætatem cōuenientem babet, copiosiorem quam vterus requirebat, quo fœtus aleretur, sanguinem subministrant, atq, vt ... ccepto fieret statim præsto esset, continuò circa vterum etiam antè conceptū coacetuatur. Qui dein toto tempore quo ... grauida est, r. tentus, fœtui & pabulum & v tam confert, atq, post ... o in lucem edito, quam diu mulier lactat quoq; absumit. Reliquo verò tempore, tanquam superuacaneus, quicquid singulis mensibus collectum est, in mēstruis purgationibus, vna cum alijs racementis, si quæ in sanguine redundant, huc à natura protrusis, per oscula in vteri ceruicem desinentia, quatuor vel quinq; dierum spatio expurgatur.
          - *Exigua* in Pudendum ipsiusque colliculos feruntur: quæ ab enartatis vasis vteri, atq: ijs quæ iuxta os sacrum prodeunt, huc deducuntur. Ta.31.A.
      - *Sensum* illum exquisitum. Nerui exiles, sed plures, quorum alij
        - *Ceruicem* illius potissimum, cum illic pruritus essa debeat, adeūt, qui ab illis quoq; qui circa os sacrum sunt prodeunt. Ta.35.iuxta ch.27.28.
        - *Fundum* quoq; petunt, à sextæ coniugationis ramis, huc quoq, desinentibus, desumpti. Ta.34.iuxta i.μ.
    - *Suspendit* ipsum: Vas qd'dam, *fi.2.4.i*
      - *Prodiens* ab vteri lateribus vtrinq;. Quod sursum ad inguina delatum, peritonæum & tendines illius loci, eo modo quo in viris vasa seminaria solent, perforat, & versus pubem delatum, admodum cauum, in pinguedinem illic, qua nonnihil quoq. infarcitur, vtrinq. desinit, nullibi clitorem, vt Columbus putat, attingens. Iuxta hoc berniam quoq. in mulieribus fieri existimat Fallop.
      - *Neruum*, cauum, rubrum, lumbrici instar existens, carneoq; tomento refertum, atq; vbi è peritonæi cauitate excidit, musculum Cremastirem sibi adnexum continet.
  - *Intrinsecus*. Vide INTRINSECVS.

INTRINsecus Utero quidam tantum quando concepit, de nouo genita, adnascuntur. Quæ simul quoq; in partu omnia rursum prodeunt. Hæc sunt Ta.42.

- *Domicilium* fœtus vnũ, si vnus, plura, si plures fœtus sint. Quod vtero contentum, vniuersum fœtũ amplexatur & sustinet. Hoc quia cũ fœtu, vel statim post hunc excluditur, veluti secundus partus, Secunda, vel Secundina *δευτέριον* dicitur. Loculus. Bußbett. Germ. Atq;
  - *Constituitur* Inuolucris duob⁹ mẽbraneis, orbicularibus, sed paulo longioribus, inuicem vndiq; obductis. Quorum
    - *Exterius*, crassius, vtero proximum, Chorion, quasi fœtus sedes dicitur, quod f.6.a a.& n.i i.i Q.
      - *Connectitur* vteri internæ superficiei, vna tantum in sede, per carnem quandam; reliqua sede à connexu liberum.
      - *Vasa* fœtus, quem sustinet, continet cum non[n]ulla vasa in ipso genita, vteri vasorum osculis copulet.
    - *Interius* tenuissimum, fœtui vicinum, Amnios, à candore, vel Amniculum, Indusium, dicitur. Hoc f.6.0 q.y v.& x.
      - *Connectitur* tantum vna in parte, Chordæ ipsam pertransientis beneficio, tum inuolucro externo, tum fœtui.
      - *Vrinam* fœtus, hue per vrachon profusam, continet; & à fœtu secernit. Quæ in brutis in priuata vesica hic colligitur.
  - *Adnata* habet
    - *Carnem* quandam amplam, orbicularem, lienis substantiæ instar nigricantem, Placentam dictam, quæ f.6.a, 11,4,a.
      - *Connectitur* Externi inuolucri superficiei exterius, parte tantum posteriori, nunc dextra, nunc sinistra, vel vtriq;, si geminus sit fœtus. Vtero verò tantum vasorum beneficio cohæret.
      - *Vasa* vteri in hanc carnem exterioris inuolucri se aperientia colligit, firmat & munit, simulq; sanguinem ipsorum nonnihil tenuem crassiorem reddit, reddit, lienis præterum, cui simile, modo, elaborat, sicutiq; eptũ reddit. Hoc in cornutis bestijs præstant cotylidones.
    - *Vasa*, quæ simul membrana quadam copulata, Chordã formãt, oblongã, nodisq; quibusdam inæqualem, ad fœtus vmbilicũ pertingentẽ. Hæc sunt f.6.n x.
      - *Vena*, & Arteriæ ab vtero ad fœtũ desinentes, quibus à matre alimentum & vitam sumit. Quæ
        - *Excurrunt* frequentes in carnea dicta placenta, & vasorum vteri osculis illic continuantur. A quibus, fœtu maturo, vt pediculi fructuum maturorum ab arbore, citra læsionem, abscedunt, tunc q; fœtus cum inuolucris ab vteri connexu liber, in partu excluditur.
        - *Colliguntur* in hoc inuolucro sensim in vnam venam, & vnam arteriã: quæ statim interius inuolucrũ permeãtia, cui soboles quoq; cõmunicãt, simul vinctæ, ad vmbilicũ fœtus tendũt.
      - *Meatus* Vrachos, qui à fœtus vmbilico prodiens, vasisq; dictis attensus, in spatium, quod duo inuolucra efficiunt, delatus, apertusq; fœtus vrinam illic effundit.
- *Fœtus*, Embryo, in interiori inuolucro, plerumq; capite deorsum, aliquando ad latus, rarius sursum spectante, vt sic minori impedimento in partu exiret, situs vasis vmbilicalis intermedio tantũm inuolucris & vtero adhærẽs: humore quodam ex sudore ipsius collecto ambit, crassioriq; ipsius portiona veloti glutine inungitur. Hic
  - *Conformatione*, postquam ex tribus primis bullis, & rudimentis, formam manifestã assumpsit, Sphæricos est: sic enim melius retinetur, ob longior si paulo, vt in partu claustra angusta melius penetrare posit. Cuius rei causa, corporis illius sedes f.k.x.
    - *Posterior*, dorso curuato, & capite pectori mento incumbenti, rotunda fit.
    - *Anterior*, quæ posteriore sede curuata, caua erat, extremitatib. ad se reductis oppletur. Quæ ita disponuntur, vt rotunditatem quoq; acquirat. Sic
      - *Brachia* pectori admouentur, & manus dextra sub dextera aure, ceruice expansa, sinistra verò supra sinistram mammã, & faciem semiextrẽia est.
      - *Pedes* sursum attracti ventriculo applicantur, vt pes dexter, e alte natas, inferiore verò parte reflexa, pudenda occultet. Sinister verò pes humerum dextrum tangat.
  - *Adnata* habet Vas vmbilicale, vmbilico ipsius insertum, tribus vasis constitutũ. E quibus
    - Admittit duo, vt
      - *Venam*, quæ
        - *Ducitur*, ab vmbilico, simplex, in medio, posteriori peritonæi sedi nexa, sursum ad hepar: cuius rimam subiens substãtiãq; perforãs, venę portę ramis, bifurcata prius, iungit.
        - *Sanguinem* maternum, cum fœtus cibum nõ per os sumat, ad hepar illius deducit, vt magis illic elaboratus, ipsius naturæ se accommodet, ipsumq; deinde nutriat & augeat.
      - *Arterias*, quæ
        - *Ducitur* ab vmbilico, bipartita in duas, & peritonæo nexa, vtrinq; deorsum ad vesicę latera, atq; inde profundius se immergẽs, arteriæ magnæ propaginibus iuxta os sacrum vtrinq; continuatur. Ta.38,f.2.& 2.Ta.32.g.
        - *Sanguinem* spirituosum maternum, cum non respiret fœtus, illius arterijs maioribus, quibus commodius primũ iungi potuit, infundit, eoq; iam prius in matre perfecto, & in carnea placente amplius elaborato, arterias ipsius, vt viuerer, adimplet.
    - *Emittit* Vrachũ, qui
      - *Prodit* ex elatiori ipsius vesicæ fundi sede, & sursum, peritonæi medio adnexus, ad vmbilicum vergit. Ta.38,f.2.ab u.ad n.
      - *Vrinam* fœtus ex ipsius vesica, cum per penem occlusum, & corpori exactè applicatum adhuc, non potuerit, in receptaculum dictum deducit. Quæ postea in partu primum erumpens, vterũ ad faciliorem partum humectat. Reliqua vero excrementa biliosiora in intestinis ipsius concreta, fœtus mox, cum exsilata ferè, vbi primum natus est, cacat.

THORAX, media trunci corporis pars est superior & crassior cũ adnato illi Collo, graciliore ipsius parte. Cuius cameram, quam intrinsecus continet, septum transuersum à ventre illi substrato, caluaria verò à capite illi imposito, distinguit. In qua, sanguis spirituosus ex sanguine & aëre elaboratur, & vox enatèse formatur. Huius partes aliæ sunt

- *Continentes* illumq. efformantes, vt sunt
  - *Extrinsecus*
    - *Commune* illi cum toto corpore, quod simul cum thorace inuestit, CORIVM.
    - *Priuata* thoraci partes: quæ in Viris ex cute & adipe tantùm compositæ, ad costumquoq; seferuntur. In Mulieribus verò, glandulis adiectis, peculiares sunt partes, quæ præter eximium vium, thoracis notatu dignam portionem extrinsecus quoq; efformant: suntq; MAMILLÆ.
  - *Intrinsecus*, partes quæ illum
    - *Constituũt* seipsũ, vti & reliquũ corpus, atq;
      - *Mouent*: & sunt MVSCVLI.
      - *Stabiliunt*: suntq; OSSA.
    - *Inuestiunt*, siue illi tantum, siue alijs quoq; partibus obducantur: vt sunt MEMBRANÆ.
- *Contenta* Organa
  - *Vitalia* (quæ & propriè huc pertinent) Spirituosa, Aerea. Quæ ad sanguinis spirituosi ex aëre & sanguine generationem, operas suas collocãt. E quibus.
    - *Ductus* qui sanguinem vehunt, in cordis vasis, cui continuantur, describuntur. Ille verò qui aerem ab exterioribus adfert, tanquã priuatum vas, vocem quoq; adens, separatim explicas. Estq; ASPERA ARTERIA.
    - *Viscus* qđ materiã hanc
      - *Præparat*, est PVLMO.
      - *Elaborat*, est COR.
  - *Naturalia*. Nutritionis duo. E quibus thoraci
    - *Intrinsecus*, necessitatis causa, Stomachus insertus fuit: qui, vt ab ore cibum ad ventriculum deferret, thoracem omnino transire debuit: non tamen thoraci, sed ventri inferiori subseruiens: vbi & descriptus fuit.
    - *Extrinsecus*, commoditatis causa, in homine Mamillæ appositæ fuerunt, quæ tamen (sectionis seriem obseruantes) post cotium, à quo etiam maiori illorum pars componitur, techna explicabuntur.

CORIVM, Thoracem & Collum ambiens, componitur


- *Cute* & Cuticula, in qua hîc nihil singulare obseruatur, nisi quod
  - *Pilosa* sit sub axillis, ne facilè cum humidior illic sit, motibus brachij frequentioribus & validis atteratur.
  - *Papillas* vtrinq; in pectore in vtroq, sexu ostentat: ob causas, quas in mamillis explicabimus.
- *Membrana* generali, quæ in colli regione, lati musculi proximè illi adnati occasione, rubet, & veluti carnosa fit. Inter hanc & cutem
  - *Pinguedo* nõ ità copiosa, si mamillas demas, vt in ventre, in quibus singularem vsum, vt dicetur, præstare debebat, ne thoracem grauaret, inuenitur.
  - *Vasa* quoque seruitutiva
    - *Venæ* Cutaneæ: occurrentes in
      - *Colli*
        - *Lateribus*: estq; Iugularis externa, à iugulo sursum ad aurium radices pertingens, & iugulis quoq; anteriorem colli cutem petudens. Quæ nunc simplex, nunc gemina, vociferantibus, vel aliàs thoracem coarctantibus admodum intumescit, non quod spiritu tunc repleatur, sed quod constricto pectore, sanguine sursum presso, magis tunc, vti & reliquæ venæ, impleatur, vnde non solum tumet, sed & collum faciesq, tunc rubet. Ta.31.T.Ta.50.a.
        - *Posteriore* sede, ramus, ab Humeraria axillam perreptante, sursum eductus. Ta.31.b.50.d.
      - *Thoracis* sede
        - *Anteriore* seu pectore, duæ, in axillis ortæ: alterà ab
          - *Axillaris* ramo, in musculos pectoris & thoracis cutem illic digesto. Ta.3.P 50.f.
          - *Humeraria* propagine, illic summi humeri cuti, & superficiei musculi brachiũ attollẽtis, cutiq; illi instrati transmissa. Ta.31.dd.50.e.
        - *Posteriore*, exiguæ tantùm, ab axillari & humerariæ axillam transeuntis ramis, ad musculos huius loci, & ab illis ad Cutem quoque hanc dispersæ. Ta.32.C.R.50.b.
    - *Nerui*, qui à subditis neruis, musculis exporrectis, sursum in cutem quoq; contiguam emergunt. Ta.35.f.

MAMILLAE duæ, in Thoracis anteriore sede seu pectore, secus ac in plerisq; alijs bestijs: nã hic locus in homine vti nõ impeditus, sic ad lactandum mulieribus maxime, vsuis cõmodissimus fuit. & in viris illis situ quoque correspondere debuerit, mento collocatæ fuerunt: vbi in pectoris longitudinis medio, brachij musculo primo loco instruuntur. Quorum notat.

- *Structura* & vsus. Quibus ratione sexus variant. Nam
  - *Fœminis* virginibus antequam cõceptui aptæ sunt imperfectæ adhuc, vti maribus, eõ papillæ tantũ apparẽt. existũt. In nubilibus verò & maturis primum erumpunt, senimque excrescunt, nec dũ, nisi extremo marcore aut senio, remanentibus tamen semper papillis, obliterant. Harum
    - *Vsus* est, vt Lac, eo tempore quo mulier peperit, tam diu, quandiu infans ad sui nutritionem eo opus habebat, continuò procrearent, illique subministrarent. Cum enim is, qui in vtero adhuc existens, sanguine materno alebatur, in lucẽ editus, solidiore cibo literum vti nondum potuerit, lacte, quem è matris vberibus sugit, quod sanguinis naturam propius adhuc accedit, illique magis familiaris existit, commodius enutritur. Præter quem vsum, mamillæ quoq; partes subiectas, etiam in vetulis, calefaciunt: atque, cum bene formatæ adhuc sunt, eo contactu voluptatem adferunt.
    - *Structuræ* obseruantur in ipsarum Ta. 42. fi. 2.
      - *Figura* Quæ rotundæ sunt, & semiglobos, plus minusue prominulos, pectorique affixos, decenter inuicem distantes, in virginibus & iuuenculis præsertim referunt. Magis verò in obæsis & grauidis turgent. In mammosis verò, pondere deorsum tractæ, & in vetulis flaccescentes, oblongæ fiunt, atq; circa radicem tenuiores quam in imo existentes dependent, vel sursum vi astrictæ conuoluuntur.
      - *Cõpositione* ex partibus varijs: Nam
        - *Extrinsecus.* Cute obducuntur, quæ in
          - *Medio* eius centro Papillam educit, quæ
            - *Vsum* habet, vt cum infans mamillam integrã ore capere non possit, hũc illius canaliculũ prominentem labijs apprehendere, atq; per illius foramen lac sugere cõmodius possit.
            - *Conformationis*:
              - *Verruca* fungosaq;, & glãdis penis substãtiæ nonnihil affinis existit: vnde & subsidere & veluti diffluere, rursumq; erigi & rigere, & cum sit summè sensilis, egregiè titillari, & contactu, & infantis ore potest.
              - *Eminet* leuiter in virginibus, atque fragi instar inæqualis nonnihil rubet, in lactantibus magis eminet liuetque, in vetulis oblonga nigricat.
          - *Ambitu* papillæ. Circulo quodam obscuratur: pallidiore in virginibus, fusco in grauidis & lactantibus, nigro in vetulis, & cũ flaccescunt mamillæ rugoso. Quẽ concaue cutis cũ subiectis corporibus in hoc loco talẽ efficit.
        - *Intrinsecus,* Mẽbrane generali, quæ basim mamillarum musculis substratis nectit, & fibres per ipsorũ substantiã mittit, sursum cingit. Inter quã & cutẽ, mamillarũ corpus cõstituunt
          - *Glandula* quæ est vna maior sub papilla collocata est, in cuius ambitu reliquæ minores iacẽtes, musculis thoracis adhærent. fi. 2. e. Hæ
            - *Vasis* intextæ, sanguinẽ in lac conuertunt.
            - *Duræ* sũt in iuuẽculis: in grauidis lacte oppletæ magis tument: vetulis flaccescũt, & diffluũt.
          - *Adeps* multus, glandulis & mamillarum vasis circumfusus, æqualitatem efficiẽs, & calore eas fouens. Quo augescẽte, mammarũ tanta fit moles. fi. 2. D D.
  - *Maribus* imperfectæ sunt mamillæ, cum lac minimè pareant, vnde nec glandulas obtinuerunt, sed componuntur tantum ex
    - *Papillis*, quæ in illis eodem in loco quo in fœminis exuberant. Atque
      - *Forma* illis quoque nonnihil, fungosaque substantia, nisi quod perforatæ minimè sunt, conueniunt.
      - *Vsum* eundem, quem in non lactantibus mulieribus, aut virginibus, præstant: nimirum quod exquisitissimo sensu præditæ, ad titillationem plurimum faciant, atque propter consensum, ex contactu papillarum in mulieribus, nonnihil quoque afficientur. Licet & centrum quoddam in pectore, quod alias nullibi perforatur, existant, & terminus quidem, in quẽ venarum & neruorum, huc peruenientium, fines desinant, in eoq; veluti copulentur.
    - *Cute* cum subiecta Pinguedine: quæ in obæsis, in ambitu papillarum quoque copiosior, quam ferè alibi in pectore, collecta, prominentes etiam mamillas, eisque in admodum pinguibus, etiam nonnihil, sparsim tamen, dependentes, efficit.
- *Vasa*
  - *Venæ* mamillas nutrientes, atq; in lactantibus lactis materiam deferentes: quæ illis communicantur partim
    - *Extrinsecus*, à cutaneis dictis venis, ab axillaris & humilariæ ramis profectis, & in pectoris cutem mamillasque digestis, liuidoque & obscurescente colore in grauidis & lactantibus conspicuis. Ta. 42, fi. 2. A. A.
    - *Intrinsecus* circa radicem ipsarũ, à vena sub osse pectoris repente, & ramis costarũ interualla & pectoris latũ musculũ, sæpè etiã sternũ ipsũ, perforãtibus, huc, comite Arteria penetrante, deriuatæ. Ta. 21. L.
  - *Nerui*, qui tũ in cutẽ mamillarũ, vt in elia thoracis cutẽ excurrunt: inter quos tamẽ crassior neruus, è quinto ferè costarũ interuallo papillã adit, illiq; exquisitissimum illũ sensum in vtroq; sexu communicat. Ta. 35. 5.


- **MVSCVLI constituentes & occupantes**
  - *Collum*, sunt qui Ceruicem ipsam, tum contentas in ipsa partes, Linguam cũ Ossa hyoidis & Laryngem: tum qui collo articulatum Caput, atque rursum illi Maxillam inferiorẽ, vicinasq; Scapulas mouent. Hi distinguũtur in
    - *Posteriores*. Suntque vel
      - *Elatiores*, sub cute statim occurrẽtes: Scapularũ paria duo. Quorũ aliud occupat
        - *Posteriùs* totam sedem: Secundi paris cucull dicti pars superior, ab occipitio deducta. Ta.22.H I K & P.
        - *Latera* vtrinq;: Tertiũ par, obliquã à scapule ad ceruicem desinens. Ta.23,24.C.
      - *Medij*, his substrati: Capitis paria aliquot, inuicem subiacentia: tum
        - *Maiora* duo, vt par
          - *Primum*, crassum & longum, sub secundo scapularũ pari mox occurrens, inuicéq; deductum. Ta.32.A.
          - *Secundum*, contiguum, in medio horum, particulis quibusdã primo pari substratum. Ta.23.B B. vnà cum octauo Fall. Ta. 26. O C.
        - *Minora* quatuor. E quibus
          - *Adiacẽt* simul, par Tertiũ, Quintũ, Sextũ, in vtroque latere triangulum simul efficientia. Ta.27. A B, H L K L.
          - *Subiacet* his par Quartum, instratũ dorsi musculo secundo. Ta.27.P O.
      - *Profundiores*, ossibus vicini: Dorsi paria tria. E quibus, collocat in ipsius sede
        - *Exteriore*, à vertebris
          - *Posteriore* adhuc, Tertium par, vicinum capitis secũdo musculo, externe ipsi⁹ sede illi adiacens. Ta.26.H.
          - *Laterali*, Secũdũ par, quod à prima costa hic ad ceruicem ascandit. Ta. 27.H.
        - *Interiore*, vertebris proxima seu media, Quartũ par, inuicem iuxta vertebrarum spinas contiguum. Ta. 27. O.
    - *Anteriores* (exceptis musculis qui in facie maxillæ inferiori insternuntur, vt in facie dicetur) Suntque ex his
      - *Elatiores*. Alij ad colli
        - *Latera*, quorum pariũ musculi sũt disiũcti: vt in seda colli lõgitudinis
          - *Tota*, Capitis Septimum par, insigne, longum, obliquè à iugulo versus capitis latera deductũ, & citra sectionem conspicuum. Ta.14.B.
          - *Parte* superiore ad maxillam inferiorẽ. Ossis hyoidis Tertium par, gracile, sub quarto maxillæ inferioris pari deductum. Ta.17.Q.
        - *Mediũ*, cõtiguis musculis: vt Ossis hyoidis par
          - *Inferius*, Primum, lõgum & latum, asperæ arteriæ exporrectum. Ta.24.O.
          - *Superius*, sub mento, Secundum par, amplum & breue, quarto maxillæ inferioris pari attentum exterius. Ta. 14. B.
      - *Medij*, iã dictis substrati: sede
        - *Exteriore*, ab aspera arteria valdè disiũcti, sparta colli, ad ossis hyoidis situm.
          - *Inferiore*: Ossis hyoidis Quartum par, longissimũ & gracile, à scapula obliquè sursum deductum. Ta.28. O S.
          - *Superiore*, Maxillæ inferioris par Quartum, oblongum & gracile, à processu styloide, secundum inferiorem maxillæ angulum, ad mentum deductum. Ta.18.H I.
        - *Interiore* seu media, asperæ arteriæ proxima (exceptis Laryngi proprijs paribus ipsi laryngi adhærentibus) sunt in sede
          - *Inferiore*: Laryngis communium par Secundum, oblongum & latum, à iugulo eo delatum. Ta.28.B.
          - *Media*, Laryngis communium par Primũ, latum & breue, ab osse hyoide profectum. Ta. 18. O.
          - *Superiore*, Linguæ par Primum, breue, sub mento repositum: quod Sextum ossis hyoidis par Fall. statuit. Ta.18.M.
      - *Profundiores*, qui latent vel in colli
        - *Tota* sede vertebris primæ: vt Dorsi par Primũ, oblõgũ, sub stomacho latitãs. Ta.21 A B. vbi & Laryngis com: Terti⁹ est. Ta.29.f.1,2,3,f.1.
        - *Parte* ea quę est sub oris amplitudinis tunica succinget. se, sede
          - *Humiliores*
            - *Linguæ* paria hoc ordine collocata; Tertiũ. Ta.29.f.11.S.& Quartũ Fall. ab vtroq; processu styloide, & Primũ Fal. carnea moles vel iuxta mẽtũ maxillę inferiori adhęrẽs. f.1,2 H.& Quartũ, ad maxillę interna latera, & Secũdũ ab ossis hyoidis lateribus progressũ. f.1,2.O.
            - *Maxillæ* inferioris par Tertium, maxillę interiori sede adnatum. Ta.29.D.
          - *Elatiores*, inter palati & nariũ amplitudinis tunicam, Parium musculi Fallopij.
  - *Thoracem*, Vide Thoracis MVSCVLOS.

MVSCVLI.



MVSCVLI Thoracē cōstituentes & occupantes sunt, qui tum Thoracē, tum ipsi continuatum Dorsum, (qui & profundiores sunt) tū qui vicinas Scapulas & Brachiū (qui & elatiores sūt) mouent. Hi cameræ huius amplitudinem efformant, Quæ vel

- *Ossea* quoque est: atque ipsius ossibus sūt vel
  - *Adnati* tātum, Et vel
    - *Exterius* instrati, qui se dē ipsis occupans
      - *Anteriorē* in pectore: cuius partis musculi sūt nūc
        - *Elatiores* statim sub mamillis: Brachij par Primum, latū & amplum. Ta.14. L.10. A.
        - *Medij*, huic omnino substrati: Scapulæ par Primum, latum & triangulare. Ta.17.k. 8. r.
        - *Profundiores*, costis instrati: Thoracis par Secundum, latera tamen magis occupans, latū, digitatim costis insertum. Ta.19.R. 20.L.
      - *Posteriorē* in qua (exceptis ijs qui scapulā occupant & in articulo explicauimus) musculi alij sūt
        - *Elatiores*:
          - *Scapulæ* Secundi paris seu cuculi musculi pars; ab ea quæ ceruicem occupat, reliqua. Ta.22.H K G.
          - *Brachij* Quarti paris portio, quę, si eam quæ ventrē inferiorem occupat demas, superest. Ta.22.ab O, ad G.23.à O ad.s V.
        - *Medij*
          - *Superiores*
            - *Scapulæ* Quartū par, quadratū, sub cuculo latens. Ta.23 r.
            - *Thoracis* Tertium par, latum, sub quarto scapulæ obuium. Ta.23.E. Ta.34.F.
          - *Inferiores*: Thoracis Quintū par, quarto brachij pari subiectum. Ta.24.a.
        - *Profundiores* seda
          - *Exteriore*: Thoracis Quarti paris longitudinis pars superior. Ta. 24. Q. 25.à A.ad.u. *superius*.
          - *Interiore* Dorsi Sexti paris. Ta.24 n.a.q N 26 r, & Septimi paris pars humilior, quæ octauum par Vesalii facit. Ta.24.S.25.O.26.R.
    - *Interius* substrati, sede Anteriore: veluti Thoracis par Sextum, sub osse pectoris situm, & thoracis cauitatem, sub succingente illius tunica positū, respiciens. Ta.21. β
  - *Interiecti* vti Costis, Thoracis Intercostales dicti musculi, in singulis duodecim costarum interuallis duo musculi, quorū alter exterior, Ta.19.V. alter interior Ta.20.A. existit. Ta. 21. X a. 24. V.
- *Non* Ossea est: veluti internam Humiliorem, quam Septum transuersum obliquè occludit, & à ventre inferiora distinguit. Ta.10. A A.



Ossa cū cartilaginibus, constituentia

- *Collum*, sunt quæ stabiliunt
  - *Ceruicem* ipsam: Vertebræ nimirum Ceruicis septem, ità inuicem articulatę, vt collū nō tantùm erigatur, sed & conuenienter, & caput quoq. supra eas, cōmode in oēs figuras moueri possit. Ta.4.fi.1.ab A ad B.
  - *Partes* in collo contentas: Veluti
    - *Hyoides* os, quod linguam suffulcit. Ta.7 fi.6
    - *Laryngis* cartilagines, asperam arteriam firmantes. Ta.13. e
- *Thoracē*, quibus firmatur, plura sunt quā in ventre. Nec tamen & illæ vndique osseus existit: nam prætterquam quod superiori loco in iugulo apertus, ductus aliquos à collo trāsmittit, vt simul moueri posset, inferiori seda septo occluditur, & in reliquo ipsius ambitu ossa habet vel
  - *Distiacta*: Costas scilicet duodecim, quæ in cartilagines desinentes, inuicemque dehiscentes, thoracem ambiunt. Ta.1.ch.1,2.ad,12, vsque.
  - *Contigua* (quæ tamen motus causa plura quoque fuēre) quibus tanquam fulcris costæ vtrinq. muniūtur: Sic sede
    - *Posteriore*, vt & vēter, Vertebras duodecim, per thoracem descendentes obtinuit. Ta.4.fi.1.à C ad D.
    - *Anteriore*, secus quam venter, Pectoris os, tribus efformatum ossibus, habuit. Ta. 2. O.

MEMBRA

- **MEMBRANÆ** Thoracem collumque intrinsecus innectientes præcipuæ, Duæ sunt. Quarū alia
  - *Communis*, Collo præsertim, & thoraci etiam cum ventre inferiore. Velut *Oris succingens* dicta tunice, crassa admodum, hinc inde, pro partium ratione quibus subducitur, varians, vbi & particularium describitur. Hæc generatim
    - *Succingit* Cauitates internas & ductus præcipuos, in collo, thorace & ventre inferiore occurentes: veluti
      - *Cauitatem* seu amplitudinem totā Oris & Narium, atq; illius regionis musculis, ossibus, vti & Linguæ quoq;, obducitur.
      - *Ductus* siue canales ab ore deorsum delatos, tum in
        - *Ventrem* inferiorem, per thoracem: vt Stomachū, à quo & vētriculū illiq; cohærētia intestina subducit, horumque omniū corpus præcipium efformat.
        - *Thoracem*, vt Asperam Arteriam, quam intrinsecus toto ductu, ipsiusq; ramos in pulmonibus quoq;, succingit.
    - *Gustus* est instrumentum in ore; in naribus, si nihil ad odorem percipiendum confert, exquisitissimum sensum tactu, vt & alijs partibus quibus adnascitur, præbet. Vnde irritata, in naribus sternutationem, in aspera arteria tussim, in gula & stomacho vomitum, in intestinis diarrhæam efficit.
  - *Priuata* Thoracicarum: Mēbranæ, ventris medij cōrēta segregāt, colligās, & vasa secure deducens. Quæ, licet cōmunis sit & vna, Diuidiē tamē, vt & in ventre inferiore, in
    - *Situ*, vniuersam pectoris cauitatem succingit, atque dorsi ligamentis, à quibus principium sumere existimant, sede posteriori pertinacissimè fibris adhæresit, reliquoque ductu membranis musculorum intercostalium, & periostijs costarum, septoque trāsuerso sede inferiore obducitur.
    - *Generalem*, mēbranā *Succingentem* dictam. Quæ, sicuti peritonæum vētrē, ita hæc thoracē subducit, illumq; æqualē reddit, & ne in motu pulmo se costarū spatijs insinuet, prohibet. Hæc Ta. 21. *ex thorace aperto & sterni parte, eius imaginem colligere licet*
      - *Conſ*[illegible]
        - *Ampla* est, thoracis cauitati respondens, tenuis sed robuste, crassior tamen circa dorsum. Atque in thoracis morbis quibusdam ita sæpe excrescit tumetque, vt decuplo crassior quam cum sana erat, sicuti obseruauimus, euadat.
        - *Figurā* Semiouale obtinuit, thoraci, quod sede superiori angust⁹ est, inferius latescit, se accommodans. Læuis quoque & madida, Atque
          - *Perforatur sede*
            - *Superiori* in iugulo pluribus foraminibus, quib⁹ ambit
              - *Ductus*, vt stomachum & asperam arteriā, hic descendentia.
              - *Vasa* magna cum neruis, hic ascendētia.
            - *Inferiori*, vnà cum septo, tribus foraminibus, stomachum & vasa transmittentibus.
          - *Adipem* adnatum habet, illic præsertim, vbi maiora vasa, veluti posteriori sede, possidet.
    - *Vasa* illi extensa & ad vicinas partes delata obtinuit, à quibus & succulos accepit. Veluti
      - *Venas* & Arterias, quæ per ipsam
        - *Ducūt*: vti
          - *Vena* sine pari dicta, & arteria magna, in posteriori illius sede, à quibus & rami per latera ipsius ad costas feruntur. Ta. 33. *o f.*
          - *Costas* tres superiores interdum accedens vena.
        - *Distribuuntur*: Ramuli nimirum, à venæ & arteriæ sub osse pectoris per membranas intersepientes repente, producti, & ad singula costarum interualla, in exteriore hui⁹ mēbranę sede, deducti. Ta. 33 *p.*
      - *Neruos*,
        - *Capitis* neruorū coniugatione sextæ: tum vbi
          - *Posterius* costarum radicibus exporrigitur. Ta. 34, *fi. 2. i i i.*
          - *Superius* in iugulo, insignes transmittit portiones. Ta. 34 *fi. 2. inter a b k.*
        - *Dorsi* paribus, tū vbi
          - *In Lateribus*, costarum internalla accedūt nerui cū venis et arterijs. Ta. 35 *y o.*
          - *Inferius*, septi neruus illi soboles quoque mutuatur. Ta. 35 *m. o.*
  - *Particulares* membranas. Vide PARTICVLARES.

PARTI-

PARTICVLARES Thoracis membranæ, à succingentis membranæ interna sede prodeunt. Quę thoracem in duas sedes distinguūt, & partes in thorace contentas, ac pulmonibus in motu officiant, comprehendunt. Suntque

- *Interſepientes* geminæ membranæ, quæ cor cum suo inuolucro, stomachū, vasaque illic posita amplexantur. Hæ
  - *Situ*: à iugulo per medium thoracem, secundum ipsius longitudinem, & septi latitudinem procedunt. Atque ſi.1.H.K.ſi.2,H.1,V.
    - *Continuæ* sede posteriori secundum dorsi ductum existunt, vbi succingenti membranæ, à qua prodeunt, ad vndecimam thoracis vertebram vsque continuantur.
    - *Diducuntur* sensim à posterioribus, Cauitatemque asciscunt, procedendo vterius
      - *Anteriora*: tantō spatio distabres, quantu pectoris ossis est latitudo, cui & vtrinque, à summo ipsius ad mucronatam cartilaginem vsque adhærescunt. ſi:2,1,I,b,o.
      - *Inferiora*: vbi tantō spatio, quantū est nerui septi transuersi circuli latitudo abinuicem recedunt, illicque vtrinque adnectuntur. ſi.1,x.
  - *Conformatione*:
    - *Amplitudinem*, pectoris profunditati & longitudini conuenientem habēt, vnde latere anteriore breuiores, posteriore longiores existunt, sedeque inferiore iuxta septum medio modo iahabent.
    - *Triangulares* nonnihil existentes,
      - *Intrinsecus* Cauitatem efficiunt, pericardio copulatam, læuem & madidam. ſi.s, L,L.
      - *Extrinsecus* pulmones respicientes. ſi.1,K. Adipem copiosum, circa vasa adcrescentem habent, Glandulas que in iugulo vasorum distributionibus præfixas. ſi.1,F.
  - *Vasa* sustinent, quæ per certam ipsarum sedem
    - *Ducuntur*, ipsorumque longitudinem, à iugulo vsque descendentia, perreptant, ramosque vtrinque per ipsā disseminant: veluti
      - *Anteriori* sede, Vena cum comite Arteria, sub osse pectoris deorsum per ipsam descendit. ſi.1.M.R,ſi.s, e, C,D,E.
      - *In* Lateribus, Vena alia crassa, cū Neruo septi, per ipsam ad septum vsque proficiscitur. ſi.1, r, Q.
    - *Distribuuntur* Propagines, quæ sede
      - *Posteriori*, à vena sine pari in illam deriuantur.
      - *Inferiori*, à septi venis huc temeant.
- *Pericardium*, Camera cordis membrana cor amplectens, atque à pulmonib. ne se mutuò in motu impediant, distinguens, vasaque cordis magna mox in exortu suffulciens. Hoc
  - *Situ*: Obuolutum cordi, citra omnem tamen, nisi qui vasorum cordis occasione fit, contextū, ſi.1, e. in cauitate quam interſepientes membranę efformant, consistit. Adnascitur que, tum ſi.1.L.I.ſi.2,M,M.
    - *Interſepientibus* mēbranis, in laterib. & posteriori ipsius parte vndiq.
    - *Succingenti* membranæ, illic vbi interſepienses dehiscunt: Veluti in loco
      - *Inferiori*, vbi septi neruëo circulo, mucrone, & dextro ipsius latere aliquousque affigitur. Ta.3 ab 7 ad u.
      - *Anteriori*, Pectoris ossis sinistræ sedi, vbi cartilagines sextæ & septimæ costæ admittit, connectitur.
  - *Conformatione* ſi.3,D, b,F.
    - *Amplius* paulò corde ipso, ne cordis dilatationem impediret, existit. ſi.4,B,B.
    - *Figurā pyramidalem* vti cor ipsum sortitur. Estq. læue ad modum interius, fibrosum exterius, &
      - *Humorem* copiosum inclusum retinet: qui, cor calidissimum viscus, motuque indesinenter agitatum, vnà cum vasis, & se ipsum quoque, ne arescant, humectat. Porrò & adipe nullo, præsertim cum non alia vasa per ipsum ducantur, opus habuit.
      - *Perforatur* foraminibus, quorum quatuor cordis quatuor vasa transmittunt, ſi.4 iuxta A. vnum verò hortulius vnà cum septo, venam cauam intromittit. Ta.20,ſ.
  - *Vasa* peculiaria nulla ferè obtinuit, nisi tenuissima quædam ab interſepientibus, & succingente, circa septum illi communicata, vti & Neruos obscuros, ab illis qui recurrentes neruos proferunt, accipit. ſi.3,C.

ASPERA Arteria, Ductus, seu canalis aut via ab ore ad pulmones delata. Cuius notatur

- *Vsus*: vt Arundo esset, pulmonibus, tanquam folli, apposita, per quam in respiratione
  - *Aer*
    - *Inspirando*, ab ore & naribus attractus, in pulmones, qui eo, sicuti indicabitur opus habuerunt, diffunderetur.
    - *Expirando*, à pulmonibus rursum, tum quia redundabat, tum verò quia ad vocis generationem, quæ in summitate huius arundinis formatur, requirebatur, exsufflaretur. Et sicuti in fistulis organi à folle aere impletis sonus fit, ita in illa, à pulmonibus inflata, vox editetur.
  - *Illapsa* in illam, siue extrinsecus, aut à pulmonibus illuc detrusa excrementa, exsufflatione violenta, per tussim & screatum reiiciuntur.
- *Situs*: quo ex faucium humiliori sede per collum ad pulmones descēdit: eoq; ductu Ta. 18, Q. 19, M.
  - *Fertur* secta in anteriore colli sede, stomacho ad quartam thoracis vertebram vsque præposita, vbi bipartita, multis propaginibus in vtroque latere, per pulmonum substantiam, vndique vasis venæ arterialis, arteriæque venosæ, vicina, excurrit.
  - *Connascitur*, antequam pulmonum substantiæ immergitur, tum in
    - *Exortu*, cum oris succingente tunica, in fauces se aperiens, & foramen oris tum amplitudinis, à quo aerem haurit, recta spectans.
    - *Ductu* reliquo, Stomacho, cui posterior ipsius sedes membranea adnectitur: reliqua verò sedes vicinis musculis & vasis, tunicæ communis, quam à partibus vicinis sumit, fibrarum beneficio adhæret.
- *Conformatio*: qua Fistulam quandam oblōgam refert, quæ superiori loco, veluti epistomiū affixum habet, ima verò sede in multas fistulas dispergitur. Huius Ta. 13. fi. 1, 2.
  - *Ductus*, seu fistola aerem deducens, diuersā admodum constructionem habet, Nā Ta. 34. fi. 3, N.
    - *Compositur partium*
      - *Cartilaginibus*, quæ, pro aeris liberiore transitu, distentam rigidāque & patentem hanc seruarent fistulam. Hæ
        - *Ordine*, post annularem laryngis cartilaginem, quæ ipsis affinis nonnihil est, collocantur, rectoque ductu æqualiter ab inuicem distant. Atque in pulmonum substantia ramos illius vndique quoque intertexunt.
        - *Figura*
          - *Extra* pulmonum substantiam circulos, seu annulos rotundos referunt, fistulamque hanc, vt apertam seruarent, ambiunt. Quorū tamen quarta pars, vt nihilominus aliquādo in magna exsufflatione extendi posset, exsecta est: vnde & molles, & in fine vtrinque extenuatæ hæ cartilagines, quas Annulares & Sigmoides vocarunt, existunt. Ta. 13. fi. 14, 15.
          - *Intra* pulmonum substantiam, variis frustulis, nunc quadratis, nunc triangularibus, nunc alio modo formatis constant. Idque, vt pluribus hisce diuisionibus factis, fistula hæc per pulmones melius flecti, atque in pulmonis cōstrictione, ad aeris efflatione cōprimi, occludiq; posset, sursumq; in pulmonū dilatione, per has particulas pulmonibus adhærētes eleuari & aperiri.
      - *Membrana*, vt subsidere nonnihil & dilatari in respiratione simul posset: quod ipsum cartilagines quoq; illic vbi opus erat, vti dictū, minimè impediant. Hæc in fistulæ huius
        - *Caudice*, crassa est & valida, omneque spatium inter cartilagines, quibus suprà infraque adnascitur, adimplet, & posteriorem illius sedem vniuersam, cum cartilagines illic deficiant, vt sic cibo per stomachum hic descendenti aspera arteria cedere possit, efficit.
        - *Ramis* pulmonibus insertis, tenuis est & cartilaginum frusta, eadem ratione, qua corium laminas ferreas, quibus loricæ quandoque fiunt, & hę cartilagines quoque assimulari solent, copulare solet, simul connectit.
    - *Succingitur* adhuc insuper. Oris communi membrana succingente: quę viam hanc, quæ aliàs propter cartilaginum copiam inæqualis esset, plenam & æqualem reddit, & cum sit summè sensilis, noxas vel leuissimas quam citissimè sentit, & pulmones ad excretionem horum, subitò sollicitat. Hæc, cum aliàs crassa sit, in pulmonibus, ne transitum aeris impediat, admodum attenuatur.
  - *Caput*, seu Epistomium vocem formans, dicitur LARYNX. Ta. 34. fi. 3, 2.

LARYNX

LARYNX caput est Asperæ arteriæ, & veluti illius fistulæ epistomium, seu vocis instrumentum. Cuius notatus Ta.13.fi.1,2. Ta.19.fi.1,2.

- *Constructio.* Nam
  - *Constat*
    - *Cartilaginibus* quatuor, inuicem commissis, Quarum Ta.13.fi.1,2.
      - *Inferior.* Annularis dicta, Basis est reliquarum laryngis cartilaginum, quas sustinet, cum inferioribus fistulæ cartilaginibus hæ minimè potuissent. Apertam quoque, cum sit integra, seruat fistulam, ne in laryngis motu reliquæ semicirculares cartilagines comprimerentur. Hæc fi.6.7.8.
        - *Affixa* est eminentiori fistulæ sedi, quã circulariter ambit, & reliquas duas cartilagines sustinet earum
          - *Anteriores*, cuius processus, Sinu vtrinq; in lateribus illius insculpto, excipit. fi.8.a b.
          - *Laterales*, quibus Tuberculis, quæ superius educit, oblongis, vtrinque iungitur. fi.6.7.8.9.q.
        - *Circularis* est, annulumq; integrũ, quo sigilla premuntur, pulchrè refert: nam parte
          - *Anteriori*, Teres, reliquarum asperæ arteriæ cartilaginum modo, existit. fi.6,7.8.
          - *Posteriori*, Lata est, & circulũ anterioris cartilaginis supplet, versùs superiora articuli causa crassescit. fi.6.7.8.L. & Linea per medium ipsius ducta, musculorum vtrinq; positorum causa exuberat. fi.7,8.M N.O.
      - *Superiores*, tres, Rimulæ, quæ vocis causa exstructa est, coaptãtur. Tũ vt
        - *Pateat*: Cum Membrana in qua rimula existit, superiori harum cartilaginum sedi adnascatur, & obtensa firmetur. Itã tamẽ, vt plus minúsve, prout opus erat, cum superior laryngis sedes mobilis & flexilis sit, laxari possit. Huius rei causa binæ cartilagines appositæ sunt. Quarum
          - *Anterior*, Scutiformis dicta, interdum per medium in duas partes diuisa est, plerunque verò integra, & coniunctionis linea tantum apparẽte, inuenitur Atq; fi.3,4,5,G.H.
            - *Sursum* mox sub osse hyoide, tactu illic quoq; deprehenditur: & processibus duobus vtrinque, superius ossi hyoidi, inferius annulari cartilagini connectitur. fi.3.4,5.A B C D.
            - *Scutum* quadratum refert, quod è 4 angulis, quatuor educẽs processus, retrorsum, ad cauitatem laryngis formandam, deducit.
          - *In lateribus* vtrinque vna, Arytæna dicitur. Hæ inuicẽ laxè, supra infraque cõmissæ, in medio dehiscũt. Atq; fi.9,10,11. u s.
            - *Innituntur* lateribus, annulari cartilagini. Quæ ipsorum Tubercula, sinu vtrinq; vt sic cõmodè coarctari & dilatari possit, excipit. fi.9.10.11.V X.
            - *Gutturnij* partem, qua aquam manibus affundunt, eũ inuicẽ iunctę sunt, referunt: Nam parte
              - *Inferiori*, quę ampla est, Processibus duobus, introrsum exuberãt. fi.9.10.Y Y. qui in media laryngis cauitate pingui mẽbrana obducti, rimulã firmiorem sic efficiunt. fi.10,11.T.
              - *Superiori*, sensim tenuior, mollior, pinguis, flexilisq; efficit. fi.9.11.Z.
        - *Occludatur* in deglutitione, ne quid de assumptis in illam illabatur. Quod præstat Epiglottis dicta cartilago, operculũ rimulæ: quæ fi.12,13.
          - *Prodit* interius, à scutiformis elatiori sede, & versus stomachum, rimulæ obtenditur. fi.12,13 a.
          - *Cõformatione*
            - *Mollis* admodũ, & pingui mẽbrana obducta est. Ta.19.fi.2,3,4,5,6,12.L.
            - *Folium* hederę exprimit, cùm ex lata basi, anterius curuata, rotundæ fiat, atque vbi laryngẽ respicit, caua & durior existat. fi.12.13 b.
    - *Musculis*, proprijs illi dictis, ipsius cartilaginibus tantum adnatis, easq; mouentibus: vt in sede ipsius Ta.19.
      - *Anteriori* parte
        - *Exteriori*, Primum par, in inferiori ipsius sede occurrit, cui secundũ par, si adest, subijcitur. fi.1,4,N S O.
        - *Interiori*, Quintum par, totam internam primæ cartilaginis sedem occupat. fi.8,9.a b.
      - *Posteriori*
        - *Media*
          - *Inferius*, Tertium par illic in finibus annularis latitat fi.6.8.P.
          - *Superius*, Sextum par, supra hoc paulò collocatum est. fi.6.8.9.O.
        - *Laterali*. Quartum par, tertio in latere contiguum existit. fi.9.8 u.
  - *Succingitur* Membrana communi os succingente. Quæ pinguis hic & valida existens, cartilagines simul nectit, & superiori laryngis sedi, transuersim obducit. Ta.19.fi.13.14. ee.14 f. Et in medio longitudinis discissa, Rimulã adipiscitur, in qua, dum aër exsufflatione validius eam penetrat, sonitus, eadem ratione vtà fistulæ capitis simula inflata, fit. Ta.19.fi.12.13.e.14 d. Atq; cum
    - *Dilatatur*, quod deorsum tracto larynge euenit, vox grauis redditur.
    - *Arctatur*, quod sursum tracto larynge accidit, acuta vox editur.
  - *Adnata.* Glandularũ duo paria: quæ laryngi adiacentia, humore vel saliua, continuò loca vicina, ad faciliorem laryngis & stomachi eleuationem & detractionem, in respiratione & deglutitione humectant. Horum aliud par, ad laryngis sedem vtrinq; collocatum est
    - *Humiliorem*, asperæ arteriæ lateribus adnatum: Ta.19.I.29. fi.2,3,4,5 M. Quæ magis nigricant, venisq; oblitæ sunt.
    - *Elatiorem*, ad columellæ latera: cuius glandulæ Paristmia, Amigdalę dictę, tunica oris succingente inuestitę, oblongæ & porosæ existunt. Quarũ poris ex defluxione dilatatis & rubẽtibus, exulceratas chyrurgi esse putãt. Ta 19.F.

PVLMO geminus est, Dexter & Sinister: quorũ vterq; rursum in duos lobos transuersim, ita vt quatuor esse videantur, distinguitur. Nec enim quintum lobum homo, cum breue pectus habeat, qui alijs animantibus spatium inter septũ & pericardium opplens, venæ cauæ subijcitur, obtinuit. Huius notantur

Ta.43.44.fi.3.5. K M N O.

- *Vsus*: Vt spirituosum sanguinẽ, ex aëre & sanguine venarum, inuicem in illo commixtis, alteraret, & ab excrementis repurgaret, cordiq; præpararet, atque, ne crudior hæc materia ad illum rectà deueniret, prius emendaret. Ita
  - *Sanguis* crassior venarum, ratione cordis motus, qui indesinenter fit, siue pulmo moueatur interim aut quiescat, quotiescunq; cor cõtrahitur, illi infunditur: Spirituosus verò sanguis, ab illo iam præparatus, quando cor dilatatur, rapitur.
  - *Aer*, tantùm ratione pulmonis motus (qui non solũ thoracis motũ sequitur, sed & priuata quoq; vi illius perficitur) cum pulmo
    - *Dilatatur*, ab exterioribus per canalem illi insertum, asperã arteriam scilicet, allicitur, & tanquam à folle dilatato haurittur, ac cum sanguine, illi à corde continuo infuso, permiscetur, alteratutq;.
    - *Constringitur*, per eandem viam rursum, vti folle compressũ accidit, exprimitur, & qui supererat, vt nouo cederet, atq; interim tamen voci nihilominus materiam, cum opus erat, præberet, expellitur. Quo tempore, excremẽta quoque pulmonum, quæ in prima hac elaboratione redundans, tum fuliginosa reoula, tum crassiora serosa & pituitosa, in asperę arteriæ ramis sensim coaceruata, exsufflatione validiore per tussim facta, in asperæ arteriæ canalẽ protruduntur, vel etiam penitus, veluti per arundinem, in os vsq; eiaculantur.
- *Situs* quo
  - *Adimplet* thoracis vtramq; cauitatem, in vtroq; latere intersepientibus membranis distinctã (unde vno pulmone læso, & sæpe penitus absumpto, alterum nihilominus adhue officio suo longo adhuc tempore fungi, sectio, præsertim in phthisicis, ostendit.) Hancq; thoracis cameram adeò opplet, vt nihil in illa, præsertim cum distentus est, intactum relinquat: licet & cum constrictus est, nõ plus quam thorax ipse subsideat, neq; ità, vt in mortuis, penitus collabatur & flaccescat, sed aëre & sanguine semper adhuc refertus existat. fi.1, R S T V. fi.2. N O P Q.
  - *Liber* à connexu, maiori ex parte, vt liberius moueri possit, existit: nisi quatenus
    - *Suspenditur*, asperæ arteriæ & vasorum intermedio, collo dorsoq; & ne delabatur, ab ijs retinetur. Quem connexum Germ. Gheneck vocant. fi.6. iuxta Y K O.
    - *Cohæret*, lobi ipsius inuicẽ, occasione
      - *Vasorum*, ab aspera arteria & corde in vtrunque pulmonem dispersorũ. fi.12. B C O.
      - *Fibrarum* membranearum, quæ lobos iungunt, & hinc inde thoracis succingenti tunicæ pulmones nonnunquam affigunt, ac veluti agglutinant. Quod, cum firmius maioriq; spatio fit, dispnæam quandam, in sanis alias hominibus diuturnam, causat. Ta.13. transuersa linea apparet.
- *Conformatio* qua
  - *Carne* constat fungosa, subrubra, innumeris vasis intertexta. Quæ, non secus ac reliqua viscera carnosa, vim illam, qua in materiam quam continet operatur, possidet. Illiusq; vsus occasione potius, quam vt flabellum, refrigerij cordis causa, esset (quod & si membraneus fuisset præstare potuisset) hæc caro copiosissima, hisce vasorum ramis accreuit: Quæ & tenui membrana, à vasis vicinis deprompta, obtegitur.
  - *Figuram* ratione partium quibus se applicat, vt & reliqua carnosa viscera, sortitur. Sic lobis ipsius inuicem iunctis, accommodat se
    - *Thoracis* cauitati, cuius circumferentiæ se insinuãs, vngulam bisulci animantis refert: parte enim
      - *Anteriore* breuior, Gibbus, in medio dehiscens, cordi cedit. fi.13.
      - *Posteriore* longior, Cauus: vbi dorso, & septo, inferiori sede, locũ relinquit, minus q; in medio dehiscit. fi.12.
    - *Capsula* cordis, quam cum corde amplectitur, & tanquam in sinu continet, vnde cauus interno vtrinq; latere existit. fi.1. T V.
- *Vasa*
  - *Peculiaria*, quibus totus pulmo intexitur. Quarũ singula in duos ramos deducta, per vtrumq; pulmonem, inuicem eademq; serie, innumera sobole, ad externam vsq; superficiem disperguntur. Vti rami
    - *Asperæ* arteriæ, maiores paulo alijs: qui aërem ab ore pulmonibus deferunt, & in medio reliquorum feruntur. fi.13. B. & Ta.13. fi.1.
    - *Vasorũ* cordis, æquales magnitudine. Nimirum
      - *Arteria* venalis: qui sanguinem à dextro cordis ventriculo in pulmones deducũt, & posteriorem sedem asperæ arteriæ possident. fi.12. D. fi.14.
      - *Venalis* arteriæ: qui spirituosum sanguinem in sinistrum cordis ventriculũ eructant, anteriore sede asperę arteriæ deducti. fi.12. C. fi.15.
  - *Communia* inter quæ,
    - *Venas* & arterias non alias, quam eas quibus intexitur, obtinuit: quibus & sufficiẽter quoq; cum totus sanguine abundet, & fouetur & nutritur. Qui tamen non præcipuus horum vasorum, sicuti existimarunt, cum longè excellentiorem in sanguinis spirituosi deductione præstent, est vsus. Eadem ferè ratione, qua portę vena, & chylum deducendo, simulq; partes nutriẽdo, ità & hęc sanguinẽ vehẽdo, pulmonesq; simul alendo, geminũ munus, obeunt.
    - *Neruulus*, à sextæ coniugationis ramo, illic vbi sub cordis basi recurrentes neruos promit, in tunicam ipsius tantùm, vnde & obtusè sentit, dispergitur. fi.6. g. Ta.34. fi.2. g.

COR, nobilissimũ viscus, vnicũ est, in corpore humano maximum, vti & reliquæ principes partes. Cuius notanſ. *Ta.* 43. 44.

- *Vsus* maximus: vt sanguinem arteriarum tenuem, cuius fundamenta in pulmonibus iam iacta erant, vna cum spiritu vitali, vniuerso corpori ad vitã summè necessarij, exactè elaboraret & conficeret. Ob eãq; causam, propria vt, quamdiu homo viuit & spirat, motu agitatum, sanguinem, vsu
  - *Primario*,
    - *Aereum* seu aere perfusum, & præparatum, dum dilatas à pulmonibus continuò, cũ indesinẽter ad spiritus vitalis generationem noua requireretur materia, haurit. Quã, vt pulmones illi suppeditarent, sine mora quoq; respirare & laborare debuerunt. Hincq; fit, quod respiratione interclusa tunc cũ cor agitas & laborat, illud suffocetur atq; extinguatur: eo verò tẽpore, quo à motu per syncopes cessat, aliquandiu etiam sine respiratione, vt in hystericis videmus passionibus, hominem nihilominus viuere posse.
    - *Spirituosum* seu spiritu vitali cõfusum, perfectũ & elaboratũ, cũ cõstringitur, vniuerso corpori, ad vitã & nutritionem quoque, distribuit: spirituque vitali & calore, tanquam sol quidam corporis, radijs suis, omnia calore fouet, illustrat atque viuificat.
  - *Secundario*, Crassiorem venstum quoque suscipiens, pulmonibus ablegat, & a quibus sibi conuenientem desumit materiam, mutuam operam præstans, ijsdem quoque aliam, ipsis idoneam, suppeditat.
- *Situs*: Quo, tanquã princeps quidã, & illarũ partiũ modo, quæ cũ vnica sunt, mediũ corporis tenent, thoracis mediũ occupat: pulmonibusq;, quos vicinos habere debuit, amplexatũ munit & fouet, capsulaq; ꝓpria cõclusum custoditur. Nun aliâ ratione aliàs, ve in motu liberius esset, illis, nisi vasorũ beneficio connexum. Et sic *fi. 1. iuxta* L.
  - *Basi* sua seu latiore parte posteriori, exactè in medio thorace innitens, quintæ vertebræ corpus respicit.
  - *Corpore* suo sensim versus anteriora procedens, pectoris ossis regionem, vbi sexta & septima costa illi articulatur, respicit. Idque rectà, sine dubio, in homine viuente, licet in mortuis deorsum nonnihil grauitate sua dependere, & ad sinistrum latus, propter arteriæ illic illi affixæ pondus, retractum videatur. (*fi.* T. *M M. & fi. 3. ita iacet.*) Quod, vt & in viuentibus hunc etiam situm cor obtinere plerique crederent, occasionem præbuit: sicuti & illud, quod sinistro latere illius pulsus præsertim sentiatur: qui tamen, cum a sinistro illius ventriculo, atque arteria magna illic quoque locata, perficiatur, nihil hic certi in cordis situ declarare poterit: vti verò illud, quod cor salmonis piscis exemptum, manifestè rectà sursum in motu eleuari, neq; ad latus declinare, videmus.
- *Structura*: in qua cor veluti ex duabus partib⁹ cõpositum est: quarũ
  - *Maior*, Cordis præcipua est portio, quæ *fi.* 4. CNA.
    - *Carne constat*
      - *Duriore*, fibrosaque magis quam pulmonum caro existit, nec ità vasis, nisi illis quæ per superficiem illius duntaxat extenduntur, implicita: cum ventriculos, sicuti explicabitur, possideat, in quibus innata vi primariam functionem edit.
      - *Inuestitam* tenui quoque tunica, cui Adeps duriusculus, illis tantũ in locis, vbi circa cordis basim magna vasa exoriuntur, & vasa minora per cordis exteriora ducuntur, adhęret, vasorũq; ductũ, certò inditio illorũ tantũ causa illũ hic accreuisse, pulchrè sequitur. Quę nõ tantũ, cũ per se, cordi immersa, satis tuta sint, munit, sed pręcipuè, ne in summo cordis calore, qui etiã cactu in modo necatis animalibus deprehenditur, arescant, inungit.
    - *Figuram*, non illius loci quem occupat occasione, vt pleraque alia viscera carnosa, quæ vasorum ramulis implicita sunt, sed illius functionis causa assumit. Sic
      - *Extrinsecus* rotũdum, vt & minus afficeretur in pulmonum motu, & capacius esset: varians tamen in eo, tum ratione
        - *Motus*: nam quando
          - *Dilatatũ* est, tũc mucrone sursũ tracto sphęricũ fit, paulò tñ oblongius. *fi. 9. tale fere exprimit.*
          - *Collapsum* est, tunc eodem subsidente, pyramidale efficitur, & nucis pineæ instar, ca'ampla basi (quia illic vasa illi adnascunt) in obtusum mucronẽ desinit. *fi.* 4. *à* CD *ad* E.
        - *Cauitatu* quã in latere ipsius obtinere debuit, cuius causa, cordi quædam portio adnascitur, quę ipsum paulò latius efficit, & qua dempta, cor in latitudine exactè rotundum formatur. *fi.* 11. GG.
      - *Intrinsecus* Sinus habuit, vbi ipsius materia excoquitur. Vide cordis VENTRICVLOS
  - *Minor* vtrinq; in cordis basi, ac si duo parua corda essent, eminet, *fi.* 4. T K: cui⁹ causa & cor pictores vtrinque extuberans pingunt. Vide cordis AVRICVLAS.
- *Vasa*. Vide VASA.

VENTRICULI Cordis duo sunt Quorū alter dextro cordis lateri affixus, et tenui cordis portione obduct⁹ Dexter dicitur; Alter verò, si hāc portionem demas, in medio exactè cordis insculptus, Sinister vētriculus vocatus. Horū notatur 24. 44.

- *Vsus*. Quo Sanguinem perpetuò continēt. ... ventriculus
  - *Dexter*, Crassum adhuc venarum sanguinē: vt eū pulmonibus cōtinuò suppeditaret, & calore suo nōnihil attenuaret, cū, si nullā illic mutationē pateretur, nō necesse fuisset illum cor subire, aut per venam, quæ arteriæ naturam sumit, ad pulmones deduci: Vnde corde
    - *Dilatato*, Haurit per Venā cauam sanguinē crassum, ab hepate sursum conscendentē.
    - *Constricto*, Effundit per Venam arterialem eū dem attenuatum in pulmones, vbi, antequam cordi sursum communicaretur, aere misceri, magisq. attenuari debuit.
  - *Sinister*, Aereum attenuatum q. pulmonum sanguinē penitus excoquit, spirituq. vitali implet, atque in sanguinem arterialē trāsmutat. Ob quā eo...
    - *Dilatato*, Allicit per Arteriam venalem aereū à pulmonibus sanguinē, eūq; penitus transmutat. Neque enim refrigerij causa (nisi fortè eo quoq; refocilletur) cum cor sibi conuenientē naturalē calorē habeat, qui nō vt is qui ab ... est, frigore corrigi debuit, hęc sanguinis attractio, aut finis hui⁹ dilatatio facta est Multoque minus, vt fuliginosa excrementa, quæ in nobilissimo viscere ex purissime materia minimè generāt, aut si adessent, nō in pulmones, à quibus extrahit, nō in illos aliqd ꝓfundit, excerne: entur.
    - *Constricto*, Delegat per arteriā magnā omnibus arterijs spirituosum sanguinem. In quas etiam, si quæ in corde excrementa redundarent, simul euacuari necesse esset, quod tamen. cum si quæ colliguntur tenuissima sint, & sponte cordis calore dissipentur, minimè accidit.
- *Cōformatio*, Quorum vt & cor, dilatati, rotundi, cōstricti verò, oblongi, & circa basim latiores fiunt. Estq; dexter amplior, nec ità, vt cordis, cui affixus est, in illā protuberet substantia, vti sinister exactè rotundus. Hic verò rursū dextro angustior est, minusq; ad cordis basim descendit. Hic in f.7.& 9. aperti videntur, vti & in 11. illorū amplitudo
  - *Basi* seu latiore parte magis æquales, obtinuerunt f.7. supra e. & 9. supra a f.
    - *Orificia* quatuor vasorū aperta. Quorū occurrūt, in basis
      - *Lateribus* Duo, in vētriculo dextro, Venę cauę foramē, in sinistro, Arterię venalis: Quæ f.7. c c c. & 9. c c.
        - *Ampliora*, dextrū maximè, quod duplo maius quam venæ cauæ amplitudo extitit. Hæc circuli instar à cordis substantia exuberant. f.7 H H H. & 9. D D.
        - *Intromittunt* sanguinē, cū diastole fit, in cordis vētriculos: dextrū, à vena caua in dextrū. sinistrū, à venā arteriali in sinistrum ventriculum.
      - *Elatissima* sede duo, I vētriculo dextro, Venę arterialis orificiū, in sinistro, Arterię magnæ. Quæ f.8. c. o. & f.10. A.
        - *Angustiora*, & tribus semicirculis extrorsum à corde latescentib⁹ singula prodeūt. f.8 sub c o. & 10 sub o. Quę, vbi in vtroque orificio se spacio aliquo contingunt, ità indurantur, vt pars hæc Cartilaginis teretis & oblongæ naturam interdum referat.
        - *Emittunt* Sanguinem, cum systole fit, è cordis vētriculis. dextrum, per venam arterialē in pulmones, sinistrum, in arteriæ magnæ caudicem.
    - *Mēbranulas*, seu valuulas, semicirculares, quę quatuor orificiorum radicū exuberantib⁹ circulis adnascuntur: atque inde, citrà connexum, expandūtur aliquousque
      - *Introrsum*, in vētriculorum amplitudinem: vs Triglochinę dictæ, quę Lateralib⁹ orificijs præponuntur. Horum orificio Venæ cauę tres, & Arterię venalis duæ membranæ. Hæ longius in sinistrum ventriculum expansæ. f.7. a z m. & f.9. a f.
        - *Ampliores* sunt, singulæq; in semicirculū obtusum, & in ambitu crassiorē desinūt, cui fibræ nerueæ plurimæ, à mucrone cordis sursum citra cōnexū per vētriculos delatę, cōtinuātur. f.7. n n. 9. o o.
        - *Occludunt* Orificia sanguinem in diastole intromittentia, ne is in systole sursum regurgitet. Tunc enim cōtracto & longiore facto corde, fibræ vnà cum membranis tenduntur, mutuoq; sic collectę, sanguinisq. insuper impulsu arctius occlusæ, ne elabatur sanguis per ea vasa quæ influxerat impediunt. Nec tamen dilatato rursum corde, laxatæ tunc mēbranę, sanguinis influxui amplius resistūt.
      - *Extrorsum* in vasorū cauitates, Sigmoides dictæ. Quę in Elatissimis orificijs Venæ arterialis, atque Arteriæ magnæ (in singulis nimirū tres mēbranę) collocātur. Hæ f. 8. x y u. & f. 10. a c d.
        - *Latescunt* minus superioribus, tenuioresq; sunt, & lunam quarta parte tantum plenam, cū relaxatæ rugosæ fiunt, semiplenam verò, quando tensæ sunt, referunt.
        - *Occludunt* Orificia sanguinem in systole emittētia, ne is in diastole rursum in cor relabatur. Tunc enim dilatatis orificijs, membranę simul tenduntur, & sic inuicem iunguntur, & à sanguine, qui illuc premitur, ità, vt exactè orificiū claudatur, impelluntur. Nec tamen constricto denuò corde, laxatæ & corrugatæ, sanguinis effluxum tunc impediunt. Quę vera est occlusionis huius ratio: cum fuga vacui, vti volueruot, corde à pulmone tunc sanguine quoque impleto, fieri minimè potuerit.
  - *Ductu* reliquo à basi deorsum, Inæquales magis, tum ob
    - *Foueas*, quibus vndique excauant: vt melius sic sanguis, quem elaborare debebāt, illis apponeret: atque in illis nonnihil hæreret. Neque enim hæ ex vno ventriculo in alium, vt quidem censuit, sanguinem transmittunt: vti neque aliæ transsudatione, ullaue via, hic, cum ea quæ per pulmones perficitur aperta sit, opus fuit.
    - *Carneas* portiunculas, circa mucronem cordis in ventriculos eminentes: quibus fibræ nerueæ, membranulis orificiorum continuatę, accrescunt, indeque veluti principium sumunt. f.7. o o. 9 H H.

AVRICVLÆ

AVRICVLAE Cordis binæ sunt: in basi illius vtrinque, alia dextro alia sinistro latere, lateralibus illic vasis affixæ: vbi dextra, venę cauæ, sinistra arteriæ venalis corporibus in exortu continuantur, reliquoque corpore à connexu liberæ sunt. Atque dextra rursum antrorsumque, sinistra sinistrorsum magis defertur. Hę Ta.41,fi.4,L,K.

- *Apponuntur*, & cauitatibus ipsorum, vasis sanguinem in dextrum & sinistrum ventriculum intromittentibus, continuantur: vt ventriculorum cauitatem, cum cor maius esse non potuerit, fortè adaugerent. Quorum vsum, cum & vnà cum corde quoque dilatentur & constringantur, sanguineque quoque impleantur, similiter præstant. Quamuis & sanguinis huoc impetum has cauitates exoluere, fortè ea ratione, dum in has velut cellulas sanguis ex ventriculis resilit, vel in illis, antequam cor subit, nonnihil subsistit, multi existimant.
- *Conformatione*, Quæ, in nuper natis, proportione habita cū corde, maiores esse videntur quam in adultis. In quibus, dextra quoq; longè maior quam sinistra existit, & cum eundem vsum & motum cū corde ferè possideat,
  - *Carne* constant quoque dura, sed fortiea magis, cūm dextra rugosa sit, fi.7,8. sinistra verò veluti marcida penitus flaccescat. fi.10,L.
  - *Figuram* quoq; rotundā vbi dilatatæ sunt, collapsæ verò pyramidalem, vti cor habent: & ex basi oblonga in mucronem obtusū dextra, acutiorem sinistra auricula desinit, suntque
    - *Foris* læues, madidæ, & nigricantes, adipemq; circa vasa adhærentem vicinū habent,
    - *Intus* cauæ admodum, inæquales, & foueis, cordis ventriculorum superficiei internæ, respondent.

VASA Cordis alia sunt quæ Tab. 43, 44.

- *Orificiis* durtaxat in cordis ventriculos pertingunt, illicque se aperiunt. Atque inde progressa, ducuntur vel in
  - *Corpus* vniuersum: Suntque duo generalia vasa, quæ cum vniuerso corpori inseruiant, in primo libro explicata fuēre: videlicet
    - *Vena* Caua, in dextri ventriculi latus se aperiens & sanguinem ab hepate cordi aduehens. fi.4,5,8.6,x,n.
    - *Arteria* magna, ex sinistri ventriculi elatiore sede progressa, atque impulsu, illius sanguinem arterialem in præcipuas corporis partes, ramorum ipsius beneficio, distribuens, atque etiam sine his, spiritu vitali omnia peruadens. fi.4,5,N,6,O.
  - *Pulmones*, Duo quoque, ad quem, diuisa tamē prius in duos truncos, feruntur, & (sicuti in pulmonibus dictum) per vniuersam ipsius substantiam, in medio ipsorum ramos asperę arteriæ habentes, disperguntur. Sunt autē hæc diuersæ ab aliis vasis sanguinem deducentibus naturæ. Nam
    - *Vena* arterialis, Vsum venę præstat (vsū, quinq. nō pulsat) sanguinem in pulmones deuehendo, & fi.6,I & fi.15.
      - *Corpus* habet arteriæ: vt sic crassior rigidiorque existens, minus à pulmonibus, in magnæ præsertim ipsorum cnoare, & pectoris constrictione comprimeretur, sanguisque ità ab ea rursum in cor, cum hasce impetui membranulæ tunc resistere minimè potuissent, exprimeretur. Nec enim vt tenuem sanguinem melius contineret, cum & reliquæ arteriæ extra viscera crassæ sint, multò minus ob periculum rupционis, cum satis tutò hic, vti & alia illius vasa locata fuerit, crassitiem hanc acquisiuit.
      - *Ducitur* ex dextri ventriculi elatiore sede, arteriæ magnę vicinæ iuncta, & bipartita, in vtrumque pulmonem. dextro ramo ad arteriam magnam dextrorsum reflexa. fi.6,K,L.
    - *Arteria* venalis Vsū arterię nō-nihil imitas, cū sicuti illa sanguinem tenuē spirituosum vehit, ità illa tenuem quoque & aereū cordi deferat. Hæc fi.4,6,G & fi.14.
      - *Corpus* venę, tenue nimirum, retinuit, cum nihil periculi ex illius compressione, etsi sanguis ità ad cor propellatur, existat, sitque hinc huius vasis munus, vt sanguinem cordi infundat, proprium. Licet & hanc tenuitatem, si arteria hæc pulsat, de quo valdè dubito, commodius & sanguinem rapiat, faciliusque sic moueatur.
      - *Ducitur* ex sinistri ventriculi latere, statim in exortu in duos truncos diuisa, in pulmones: dextro trunco sub cordis basi producto. fi.6,H,M.
- *Ramis* per ipsis substantiam, extrinsecus maximè, disseminantur: Vti
  - *Vasa* simplex vel gemina, Arteriæq; duæ, quæ Coronaria vasa dicuntur. Hę exteriorē cordis regionē, quā a vētriculis per crassā cordis substantiā haurire sanguine minimè potuit, enutriunt: magnūq; nobis indicio sunt, nec ex dextro in sinistrū ventriculum transudare sanguinem posse, atque arteriarum sanguinem ad nutritionem, cum cor spiritu & calore vndique perfusum, tamen alias insuper arteriis opus habuerit, plurimum facere. Hæ
    - *Oriuntur* à truncis maioribus cauæ & arteriæ magnæ, statim vbi cordi cōnectuntur. fi.7,G,& 10,n,r.
    - *Ducuntur* simul iuncta in ambitu cordis basis coronæ instar, deorsumq; versus ipsius mucronē sinistro maximè latere, vbi crassior cordis est substātia ramos mittūt. fi.6,D,a,4,L,z.
  - *Neruulus*, à sextæ coniugationis ramulo cordis inuolucrum permeante, obscurè basim ipsius tantùm accedit, cum nec externis, nec internis iniuriis, quas, si sensu tactus præditum esset, declinare posset, exponatur, atque, citius, si vehementius læderetur interiret vti fit, quam sentiret fi.6,b.Ta.34,fi.2,r.

CAPVT clarissimum corporis domicilium & veluti arx existit, collo superimpositum. In quo ad sensum & motum spiritus, ex vitali spiritu arteriarum generatur. Huius duæ præcipuè partes sunt. Quarum alia

- *Caluaria* comprehēsa: capitis tota pars est superius & posterior, rotunda, capillisque circumscripta: vna cum anteriore frontis sede, & humiliore, quę fauces respicit. Hęc vniuersa regio habet
  - *Continentes* partes, quę illam
    - *Extrinsecus*
      - *Inuestiunt*: vt sunt
        - CVTIS.
        - MEMBRANÆ.
      - *Efformant*: ut sunt Musculi & Ossa, quæ illum CONSTITVVNT.
    - *Intrinsecus* succingunt, cerebrumq; ambiunt: veluti Cerebri MENINGES.
  - *Contentam* organum sensuum tam interiorum quā exteriorum. Estque CEREBRVM.
- *Faciem* constituens, Capitis pars est anterior, à superciliis deorsum protensa, varieq; effigiata: vna cum illinc lateribus, iuxta aures. Estque FACIES.

CVTIS Capiti crassa admodū est, &

- *Fert*, Capillos prolixos admodùm infixos retinet, tota regione quā cerebrum continetur: ea parte dempta, vbi oculis, si illic accreuissent, vt in fronte, impedimento fuissent. Hi cerebrum, procul à fonte caloris dissitum, nullaque pinguedine munitum, sed ossibus finitimum, muniunt, calefaciuntque. Ob eamque causam, contra naturæ legem, ex peruersa consuetudine, capilli ità penitus amputantur & abbreuiantur: quod vt defluxionibus occasionem præbens, noxiū est, ità hoc ridiculum, propriis pilis ablatis, alienos substituere, atque animalium pellibus defectum hunc voluntariè commissum corrigere.
- *Subdit*
  - *Destituitur* omni Adipe: tum quia exigua vasa sub pilosa cute inter membranas illic satis tutò collocata fuere: tum quia in fronte, cum illa cutis moueatur, impedimento fuisset. His adde, quod in fœtu, cui caput proportione habita maximum est, si pinguedine simul adiuncta moles illius excreuisset, exitum illius in partu impediuisset.
  - *Vasa* quoque obtinuit, vt
    - *Venas* cutaneas,
      - *Exiles* sub pilosa capitis cute, vt dictum: cum tantùm fines vasorum ascendentium hic desinant. Quod veritati consonum, eorum destruit opinionem, qui magna vasa hic collocantes, excrementorum podagram generantium prouentum, in hoc loco fieri scripserunt. Ta. 31. *supra* 9. Ta. 30 *supra* °.
      - *Insignes* & præcipuas totius faciei, in fronte, in cuius medio etiam secantur. Suntque Iugularis externæ exteriores rami. Ta. 31 ch. 9. Ta. 30 °.
    - *Arterias*, à soporalis exteriore ramo, iuxta auris radices & tempora, vbi quoq; aperiuntur, destinatas. Ta. 32, g, h.
    - *Neruorum* fines, à secundo dorsi pari sursum reflexos. Ta. 35, M, M.

MEMBRANÆ Capitis externæ, sunt

- *Communes* illi cum aliis partib. tres, quæ caluariam ambiunt, vel
  - *Ex parte* tantùm: vti
    - *Cuti* solummodo subtensa Membrana generalis, cuti proximè hic, cum pinguedine destituatur, substrata.
    - *Palatum* respicientem caluariæ partem, tantùm Succingens oris tunica.
  - *Omnino*, Periostium, sed extrinsecus tantùm: nam intrinsecus, cum crassa cerebri membrana proximè caluariæ hæreat, atque vndique se illi insinuet, periostio opus minimè fuit: nisi illic, vbi in sinu glandulæ pituitæ paratu, tantisper ab osse crassa membrana abscendens, periostio quoque, sed breui spatio, succingitur.
- *Peculiaris* illi vna, Pericranium: quod sub cute & mēbrana generali tantùm caluariæ, periostio prius quoque obductæ, obnascitur. Hoc
  - *Connectitur* fibris vtrinque, tam membranæ illi obtensæ, tum substrato periostio. Atque iis, per suturas caluariæ transmissis, crassæ cerebri membranæ quoque adnascitur, vnde originem sumere crediderunt. Ta. 45, fi. 1, G, G, u.
  - *Affirmat* crassam cerebri membranam caluariæ, atque ità cerebrum, ne facile concidat, suspendit. Simulque cutem capitis sibi copulat, atque firmiter, præsertim cum nulla caro aut pinguedo intercedat, cōnectit. Quę causa præcipua, quod sola cute capitis vulnerata, cum labia, huius connexus causa, parū dehiscant, suidoua aut suturis minimè indigeāt, existit.

CONstituunt Caput

- *Musculi* (exceptis illis qui in collo explicati ab humiliore caluariæ sede originem sumunt) sunt, qui cuti
  - *Frontis* substrati, illam oculorum causa mouent. Cuius occasione, & cutis illius loci rugosa est, lineisque transuersis delineata. Ta. 16, A.
  - *Pilosæ* nonnunquam subtensi, in illis tantùm, qui capillos & aures mouere possunt, inueniuntur.
- *Ossa*: quæ hanc cerebri scutellam totam, non tamen ex vno aut integro osse, sed pluribus inuicem iunctis, componunt. Sic eam efformant
  - *Superiore* sede: anterius, Frontis vnum: in medio Verticis duo: posterius Occipitij, ossa. Ta. 6, fi. 1, L. 1 u, M.
  - *In lateribus*: Temporum ossa duo. Ta. 6. fi. 1, N.
  - *Inferiore* loco seu basi: Cuneiforme os, cum parte exigua Cribrosi ossis, & portionibus ossium, in lateribus & posteriore sede positorum, dictorum, huc pertingentium. Ta. 6, fi. 3, O, O, M. & Ta. 7, fi. 3, A, B.

MEMBRANÆ Cerebri geminæ sunt, Meninges dictæ: quæ cerebrũ, vasaq; ad ipsũ pertinentia, siue sinus, seorsũ deducunt, dorsaleq; medullam & neruos, è caluaria per illas prodeuntia, comitãtur, totoq; ductu inuestiũt. Hæ, qualiter, dũ in caluaria adhuc existũt se habeant, hic describuntur. Vbi alia ex mẽbranis est Ta. 45. 46, 47, 48.

- *Crassissima* & robustissima, & Dura mater, seu Crassa meninx dicitur: Quæ potius alia qua
  - *Caluariam* succingit, & cerebri magnã molẽ inclusam, ne in se collabatur cauitatesq. obstruat, retinet, dũ illud ad caluariæ summitatem, cui firmiter affixa est, suspẽdit. Hæc
    - *Superficie*
      - *Interiore*, amplectitur cerebrum, tenui membrana inuolutum vndique, citra conuexum tamen, nisi quatenus multis vasis, ab ipsa in tenuem membranam vndiq; descendentibus, hę mutuò hæreant. *fi*. 3. H H
      - *Exteriore*, subducitur caluariæ cauitati vniuersę, ipsiusq; impressionibus vndiq. se insinuat: nisi vbi in basi illius, illic vbi sinus glandulã pituitæ & ramos soporales arteriarũ cõtinent, exiguo hoc spatio à caluaria abscedit. Reliqua verò sede, illi
        - *Adhæret* vndiq; fibris, validius tamen in basi, atque vbi fibris, quas periecraniũ per suturas ad ipsã trãsmittit, continuatur: qua via, venulas quoque, vti & per alia caluariæ foramina hinc inde ad exteriora amittit. *fi*. 1. 8 R.
        - *Adnascitur*, pertinacissimè, tum
          - *Processibus* acutioribus caluariæ, & foraminũ orbibus. *fi*. 8, z z.
          - *Sinibus* quibusdã inæqualibus, iuxta sagittalis suturę cũ coronali coitũ, in quos exuberat. *fi*. 1 K.
    - *Conformatione*,
      - *Amplior* est tenui mẽbrana, ne vasa illius cõprimeret: quę alias distẽta & nimis sanguine turgida, capitis dolorem causant. Atque superficie
        - *Externa*, sinibus & tuberibus inæqualis, caluariæ se accõmodat: asperaq. illic vbi illi nectitur, maximè ad suturarum ductũ, existit. *fi*. 1. b c. H H.
        - *Interna*, læuis, candida, lubricaq., omni adipe destituta est. *fi*. 3, 11 H.
      - *Foraminibus* perforatur: quibus cerebri neruos, dorsalemque medullam, arteriarũque maximum ramum, & infundibulum transmittit.
  - *Cerebro* se insinuat Membranis nimirum duabus, quas edu[c]it: quibus cerebrũ diuidit, & vasa vndiq; cõmodius sic ad ipsius interiora deducit. Hæ
    - *Situ*, in cerebro latent, citra cõnexum tamen, nisi quatenus à tota longitudine dictæ membranæ caluariam succingentis prodeunt: altera, sede
      - *Posteriore*, quæ breuior est, & cerebrum à cerebello transuersim separat. *fi*. R. o o o.
      - *Superiore* quæ longior est, & cerebrum per ipsius longitudinem in dextrum & sinistrũ diuidit, parteque anteriore, septo olfactus organi connascitur *fi*. 4. N. posterius verò, portioni continuatur posteriori iam dictæ, in medio. *fi*. 4. D D D.
    - *Conformatione*, latæ sunt membranę & simplices: nisi quatenus Sinus quidã seu ductus amplus, tanquã canalis illas peruadit, tota regione, qua hæ membranæ portioni huic quę cerebrũ succingit, in lõgum & transuersim, atq. hæ duæ quoq; in medio inuicẽ continuantur: in qua connexione & veluti sutura, sinus hic, vti in cerebri vasis patebit, deducitur. Hic *fi*. 3. a a. 8. r r. Q Q. & T.
      - *Triangularis* est, latusque illius quod caluariæ attiguum est, & ab ea membrana quæ caluariam succingit formatur, rotundum manet: reliqua verò duo quæ hæ membranæ constituunt, cerebro vel cerebello vicina, quia à rotũdis illorum corporibus premuntur, in totum pressa sunt.
      - *Sanguinem* venarum & arteriarum, aquæductus seu sanguiductus alicuius instar vehit, eundemq; per alia vasa quæ promit, cerebro, ob vsum quẽ in vasis cerebri dicemus, distribuit, exteriusq; alicuius instar pulsat. Quod, cum in tenellis caluarijs, antequam penitus coalescãt in vertice tactu deprehendatur, vt cerebrum moueri multi falsò crederent, occasionem præbuit.
- *Tenuissima*, Tenuis ob id meninx dicta; cuius pars alie
  - *Amplectitur* cerebrũ, Pia ob id mater dicta: vasa ipsius securè in ipsius anfractus vndiq; vbi nutritio fieri debuit, deducẽs, & simul sensum tactus cerebro neruisque communicans. Hæc *fi*. 3. K K L. 4. O O.
    - *Inuestit* cerebrum, cerebellum, dorsalemque medullã, tum exterius vndique, tum etiam in ipsis anfractibus, in quos omnes suas portiones immittit vel & portiuncula quadã ventriculos subiẽs, ipsius vasa amplectitur.
    - *Forma* accommodat se cerebro, vasisq; innumeris, quorum intermedio duræ matri & cerebro duntaxat adhæret, abundat.
  - *Abscedit* à Cerebro, exiguo tãtũm spatio, in cerebri basis medio: Veluti vbi
    - *Infundibulũ* seu peluim dictũ efficit: quod à cerebro, illic vbi meatus pituitæ, à tertio ventriculo vtrioq. descendẽtis, orificium dehiscit, eductũ, & deorsum protensum, durãm mẽbranam peruadens, ad glandulã dicendã pertingit. Hoc *fi*. 14. s. 15. p. c. 16. R. 17. s.
      - *Amplum* & orbiculare in exortu existẽs, sensim angustatur, & in fistulam desinit.
      - *Pituitam* cerebri, quæ vndique ab ipsius anfractibus & superficie super callosum corpus cadit, & quæ sinus illic in anteriora & posteriora tertij ventriculi defluit, per meatus pituitæ, extra duræ membranæ cauitatem educit.
    - *Glandulam* pituitę altiore sede, inuestit, aut hoc infundibulo dilatato illi obducitur. Quæ sub dura matre, in proprio sinu, medio cuneiformis ossis, posita, periostioq; humiliore sede cõnexa, soporalibus arterijs vtrinque hæret. Hæc *fi*. 17. A. latet in sinu. Ta. 7. *fi*. 1 M.
      - *Quadrata* ferè, vti & sinus, depressa, humiliore sede magis rotunda, superius impressa nonnihil, duraq; admodum, existit.
      - *Pituita* huc defluentis impetum excipit, vt postea seorsim in latebras per quatuor illic canales in faucium amplitudinẽ defluat, & fortè distribui arteriarũ illic plexus ef-

z

CEREBRUM, subtilissimum visce[us] est, in clarissima hac corporis arce, propter vigiles oculos & aures, quibus proximè accumbere debuit positum. Cuius notatur *Ta*.45.46.47.48.

- *Usus*: ut Spiritũ animalem subtilissimum elaboraret, ipsumq; vniuerso corpori, vnà cũ propria substantia, ad sensus quinque, & motum voluntarium necessaria, communicaret. Ad quem spiritum perficiendum, duplici quoque materia, sicut cor, opus habuit: Videlicet
  - *Sanguine* arteriatum, spiritu vitali perfusum: vt, sicuti cor sanguine venatum, vnà cum spiritu naturali, pro spiritus vitalis generatione vtitur, ita cerebrum, quod spiritum subtiliorem adhuc parare debuit, ex spirituoso tenuioriq; sanguine eũdem procrearet. Quem arteriæ soporales, eo plenæ tumentesq., continuò, vna cum sanguine venarum, illi deuehunt, præcipuè verò in sinus cerebri, dum hi in pulsu dilatantur, infundunt. Qui dein sanguis, consimili ferè modo vt in pulmonibus, aere nonnihil perfusus, & in cerebri anfractibus præparatus, & ab excrementis serosis pituitosisq. repurgatus, dum cerebrum alit, subtiliorem illius portionem, spiritumq. à cerebro elaboratum perfectumq., ipsius substantiæ infundit: vbi spiritus deinceps animalis residens, cerebriq. substantiæ puriori inhæriens, cõtinuatione, dorsali medullę, neruisq. totius corporis communicat. Quod, vt alia multa, sic, quod cerebri substantia vulnerata, etiam neruorum principio illæso, sensus motusq; pereat, satis, hic spiritum animalem residere, comprobat.
  - *Aere*: cuius portio, sicuti per asperam arteriam in pulmones delata, ad spiritus vitalis generationem cum sanguine confunditur, ita pars illius quoq; in eadem inspiratione, per ossis cribrosi, aliaq. fauces respicientia foramina, cerebrũ subiens, cũ sanguine illic permistus elaboratusq., spiritui animali, vti in corde vitali, præbet materiã.
- *Structura*. Qua humanum cerebrum, omnium animaliũ cerebra, quib[us] solida & perfecta contigêre (vti ferè omnibus, si pisces demas) magnitudine exsuperat: quod, cum rationis instrumentũ esse debuit, vt magnã spirituum copiam caperet, necesse fuit. Diuiditur autem tota hæc moles, licet continua alias sit, tum in ipsius
  - *Maiorem* & præcipuã portione, Cerebrum dictam: in quo præcipuè spiritus animalis elaborat. Hoc duplex quodãmodo, dextrũ & sinistrũ, sed mutuò iunctũ est, &
    - *Situ*, Caluariæ scutellã vniuersam penè adimplet, nisi vbi in basi, sede posteriori, minoribus partibus, seu cerebello dorsaliq. medullæ incũbit, & in medio glandulæ pituitæ, vasisque maioribus cedit. *fi*.4.5,6,8.9,10,13,14, A a.
    - *Conformatione*
      - *Corpus* priuatum à reliquis visceribus obtinuit, neq; enim rubrũ est, cum sanguinem nõ admittat, neque fibrosum, aut nerueum, aut vasis intertextum, cũ non alia continẽs, spiritus animalis citra horum adminiculum facilè illud peruadere possit. Sed
        - *Solidum*, molle tamen in adultis est, & in puerulis, quibus ratio adhuc imperfecta, fluidũ ferè existit: licet illi tenuis meuynx, q̃ illud inuestit, minimè, reliquorum viscerum tunicarum instar, conuasciatur, cum diuerso quoq, ab illis modo, materiam, vt dicetur, sibi assimilet
        - *Album* exactè est, in intima ipsius substantia *fi*.5,6, G 11.8,9. a a. in ambitu verò anfractuum ips[ius], vbi vasa illi arrecta sunt, pallescit & subcinereum, *fi*.5, 6, a s.8,9, o o. & cum medium sit, inter albã ipsius intimã substantiam, & sanguinem extrinsecus illi affusum, medium hunc inter rubrum & albũ colorem adipiscitur, idque præcipuè, cum sanguis, in hisce anfractib[us] cerebro iam appositos atque assimilatus, ob eamq. causam iam dealbari incipiens, dum ex omam hanc vicinãq; illi sedẽ primũ nutrit, similem illi colorẽ imprimit, & colore quo præditus est eam tingit.
      - *Figuram sede*
        - *Externa* à vicinis mutuat: Nam vbi
          - *Caluaria* attiguum est, illic, ac si gypsũ modo illi infusa esset aut ceræ instar impressa, formã ab ipsa assumit. Et sic parte
            - *Superiore*, in capite formato
              - *Rectè*, rotundum, oblongius tamen, & versus anteriora angustius, posteriori sede latius existit *fi*.3. *apparet*.
              - *Malè*, alias formas quoque obtinet, præsertim in fatuis, vel quibus caput, vel supra modũ magnum, vel paruum est.
            - *Inferiori* in basi inæquale, nam sede
              - *Anteriori*,
                - *Extuberat* in medio ad olfactus organa, duosq. veluti globulos cerebri inuolutionũ, subrubros producit, quos Mamillares processus vocant. *fi*.14. c c. *ad* F F.
                - *Imprimitur* vtrinq; ad oculorũ orbitæ in caluariam protuberantiam. *fi*.14. *ad posterius* A a.
              - *Media*,
                - *Protuberat* vtrinq; medij globi instar, quibus cauitates illic iuxta tempora opplet. *fi*.14. *iuxta anterius*. A a.
                - *Imprimitur*, scilicet
                  - *Medio*, Cuneiformis illic protuberantiæ causa. *fi*.14. *inter* A a. *posterius*.
                  - *Lateribus*, ad tubera auditus organi. *fi*.13. *inter* N N.
          - *Cerebello* incumbit, sede inferiori posteriori planum est, magisque æquale. *fi*.13. A A B B.
        - *Interna*, ob insignes vs[us], certas habet
          - IMPRESSIONES.
          - PORTIONES.
  - *Minores* partes duas, veluti duo parua cerebra, quæ in humiliore ipsius sede occurrunt: suntque
    - CEREBELLVM.
    - DORSALIS MEDVLLA.

IMPRESSIONES Cerebri variè sunt. Nam

- *Diuisum* est in superficie hinc inde, quæ tamen diuisiones nullibi desinunt, licet mêhinc, frequentibus vasis intextæ illas vndiq; intercedant, atq. tenuis menynx, superficiei huic cerebri expansa, vndiq; eas copulet. Sic diuidit
  - *Sectiona* longa penè vniuersum, in dextram sinistramque illius partem: quæ *fi.3 ab a ad A.4. ab x ad x.*
    - *Ducitur* secundum cerebri longitudinem, ad humiliorem ipsius sedem vsque in qua anteriori posterioriqúe sede diuisum quoque, in medio tantum continuum existit.
    - *Suscipit* crassæ cerebri membranæ processum, insignibus vasis hanc sectionem intercedentem: vt sic vasa hæc, illius loci quoque anfractus, ad viam dicendum præstaudunt, iubua pusseor.
  - *Anfractibus* seu inuolutionibus aut gyris, intestinorum modo contortis profundisq; et penitius cerebri substantiam penetrantibus. Qui
    - *Per* vniuersam cerebri sedem caluariam respicientem, atque in lateribus quoque dextræ sinistræque illius partis, quibus se mutuò attingunt, variè admodum excurrunt. *fi.4,c,c,c.5,6,D,D.8,9,c,c.*
    - *Admittunt* tenuis menyngis portiones, quæ cum vasis infinitis, à crassæ membranæ sinibus, aliisque vasis cerebri ipsis deriuatis, diuisionibus hisce se insinuant. vt sic sanguis venarum & arteriarum, cum cerebri vsibus nonduo esset accommodus, prius in propriis vasis penitius cerebri substantiam subiens, illic innata cerebri vi elaboretur, & ab excrementis, quæ in his anfractibus quoq; colliguntur, repurgetur: quo tandem sibi assimulatu nutritur, & ad spiritus animalis procreationem, sicuti in cerebri vasis dictum est vtatur.
  - *Vsus* eius:
    - *Spiritum* animalem illic gigni & colligi, creditum est. verum cum plexum choroidem, vt & cerebri intrinsecus vitali aura frueretur, hic collocatum, mox probaturi simus, atque ipsissimum animalem extra meatuum auxilium neruos dorsalemq; medullam subita & penetrausire posse, nec baste cauitates nullibi in cerebri has portiunes detinere, multo minus ipsas causas esse, experientia testetur, nobilior longè sedes in ipsa cerebri substantia purissima, quam hac excrementorum sentina, ipsi spiritui animali à nobis locus statuitur.
    - *Humor*, continuò à cerebri anfractibus supra callosum corpus primum, inde in has cauitates defluens, colligitur, donec sensim per meatum ad infundibulum distillans, tandem ad fauces descendat Qui tamen nimia copia hic collectus, & obstructis meatibus subsistens, dorsalis medullæ initium premendo, resolutionem quoque causare potest. Vti etiam, si is ex cerebri anfractibus, inter membranas cerebri exsudans, neruorum ductum sequatur defluatq;, defluxionibus occasione præbet.
- *Excauatum* est in medio ipsius substantiæ, Cauitatibus & Ductibus semper patentibus, non tamen manifestè tunica aliqua succinctis. Quarum notatur
  - *Conformatio*. Quæ, licet continua sit tota hæc cauitas, quia tamen pro cerebri formæ ratione & vsu variè in- adit, & nunc dilatatur, nunc angustatur, ob eam causam diuiditur in certa loca: quorum ampliora, Ventriculos, angustiora, Meatus appellant. Sic
    - *Distinguuntur* sede elatiori, in duas cauitates ampliores, quas, Primum & secundum ventriculum vocant, quibus plexus choroides incumbit, & *fi.5,6,L L,M M,7, D O,k u.*
      - *Situ* in medio cerebri, alter dextro, alter sinistro latere, collocantur, atque intercidente cerebri portione, illic disiunguntur, magis anteriori posterioríque sede, in medio in medio, vbi tenui tantum septo separantur.
      - *Forma*
        - *Oblongi* sunt, antrorsus posteriusque obtusi, & in lateribus introrsum obliquati, superius rotundi, *fi. 3,N,N,* vti & inferius, vbi tandem coeunt.
        - *Aequales*, nisi quod venulæ anteriori sede, à plexu choroide illis affiguntur. Atque *fig. 5,6,8,7, O,O.*
          - *Meatu*, quilibet ventriculus, ex posteriore ipsius sede deorsum, indeque rursum versus anteriora ad olfactus organorum principium tendit, vbi arteriam admittunt, quę hoc ductu sursum ad ventriculos vsque pertingens, plexũ choroidem quoque format. *fi.7,8,9,F,G.*
          - *Canalem* quandam versus pituitæ meatum tendentem impressum habet. qui pituitam huc defluentem, eò deriuat. *fi.7,a,s.*
    - *Continuatur* sede humiliori in vnam cauitatem, seu ductum: qui in
      - *Medio* Cerebri. Tertius dicitur ventriculus. Hic sede *fi.8,9.H.*
        - *Anteriori*, Vas venosum deducit, quod à quarto sinu crassę membranæ, hic ad anteriorẽ ventriculorũ sedẽ pingens, atq; vtrinq. reflexũ, cũ arteria huc quoq; delata, plexũ choroidẽ efformat. *fi. 7, N, 8, V.* Hic
          - *Sub* cameratum, in medio duorum ventriculorum, illuc concurrentium, situs est.
          - *Forma*
            - *Angustior*, conuexus parte superiori, inferius angustatus, in acutiem desinit.
            - *Meatum* facta ab inferiori illius sede ad infundibulum desinentem, pituitamque deducentem, profert. *fi.7,Q 8,L.* *fi.15, D.*
        - *Posteriori*, humore rarius madet atque *fi.8 x,9 sub L.*
          - *Fertur* inter cerebri testes & nates, & dorsalis medullæ initium, quibus æqualiter incisus, retrorsum ad quartum dictum ventriculum *fi.11, a s ad c.*
          - *Forma*
            - *Amplior*, atqua vbi testes tangit, inæqualis vnnnihil.
            - *Meatum* quoqua alsqeaudò, ab inferiore ipsius seda deorsum in priora, ad primum meatum desinentem, mittit: qui humorem quoque ad infundibulum ablegat. *fi.9,K.*
      - *Posteriora* perductus, Quartus nominatur ventriculus: cuius cauitatis pars inferior & prior dorsali medullæ insculpta est, reliqua clarius, à cerebello partim, partim a tenui membrana illi obducta, vbi cerebellum dehiscit, vt illic dicetur, efficitur. *fi.10,t,o.*

PORTIONES Cerebri aliquæ in medio illius producunt. Quæ ventriculorū cōuexum seu elatiorem sedem, firmiorē, ne facilè collaberetur, cauitatesq. sic ne occluderentur, efformant. Sic occurrit cerebri portio

- *Insignis* oblóga, vētriculis instrata, magis ferè alba & dura, quam reliqua cerebri substantia, neq. membrana aliqua inuestita. Quæ licet continua sit, separatā tamē in tres partes: quarum
  - *Ampliores* duæ, ventriculis supertēsæ: tātū in medio longitudinis septi, dicendi, intermedio continuetæ sunt, reliquaque sede mutuò incū bētia, cerebri incumbentem molem, ne ventriculos eam premat, sustinēt. Harum portio
    - *Elatior*, CALLOSVM corpus dicitur: quod sectione illa qua cerebrū diuisū est, deducta, in medio illic apparet, & partim ventriculorum duorū superficiem efficit, partim cameratum sibi affixū suspensum retinet. Hoc fi.4 L,M.
      - *Instratum* in vniuersum ventriculis, cerebro q. tātùm sue circumferentiæ continuatur. Nam parte elatiore, cerebrum, extra conneaum illi innixeos, sustinet, sedeque humiliore, partim camerato, cui tantum in medio longitudinis septi beneficio nectitur, reliqua verò sede ab eo liberum est, incumbit: partim cameratum excedens, ventriculorum duorum superficiem illic efficit. fi 4, L 5, I I I, K L.
      - *Conformatiōe.* Amplitudine vētriculis respōdet, & superficie
        - *Externa*, Aequale albūq. est, per que ipsius longitudinem
          - *Exuberat* in medio nonnihil sursum: vbi tumorem scirrhosum excreuisse aliquando in quodam, qui longo tempore attonitus erat, obseruaui. fi.4,L.
          - *Sinus* duos, veluti canales obtinuit, per quos humor, huc à cerebri anfractibus vndique defluens, ad anteriora, versus pituitæ meatum deriuatur. fi.4 M.
        - *Interna*, ventriculis instratā Sinuatur non nihil, & in longum ipsius habet
          - *Superficies* duas vtrinq., quasi circuli partis instar, quæ conuexum ventriculorum faciunt. fi. 6, R R.
          - *Lineam* in medio, vbi superficies vtrinque coeunt, exuberantem, cui septum adnascitur. fi.6, T Y.
    - *Humilior* CAMERATVM dicitur: vētriculorum cauitatem respiciens, ipsorumq. camerarū efficiens, intermedio septi ad callosum corpus suspensum. Hoc fi.6, S T V. 7, A A A.
      - *Instratum* tertio ventriculo, totum ductu ad anteriora vsq., &
        - *Liberum* est à connexu in
          - *Humiliore* sede, vbi camerati instar ventriculo obtenditur, fi.7 A A A.
          - *Lateribus*, vbi vētriculos duos respicit. fi.6 ad L M.
        - *Continuatur*
          - *Calloso* corpori, tantùm septi beneficio, in medio, reliquaque latitudine liberum est. fi.6 X X.
          - *Cerebro* ipsius parte
            - *Posteriore* vniuersa, atque ex duobus ventriculis illic productus. fi.7 B C.
            - *Anteriore*, exiguo tantùm spatio. fi.7, A posterius.
      - *Conformatione*,
        - *Longum*, æquè ac callosum corpus, sed latum tantùm sede posteriore, cum versus anteriora procedens, sensim angustetur: Triangulū ob id efficiens, qui tribus angulis, posterius duobus, anterius vno, tripodis instar cerebro innitens continuatusque, illud ne in ventriculos prolabetur, sustinet fi.6, S T V.
        - *Superficie*
          - *Elatiore*
            - *Linea* in medio longitudinis, vbi septum illic adnascitur notetur.. fi 6 X X.
            - *Superficies*, vtrinque duas conueas habet, atque in exortu ferè orbiculares. fi.6, S T.
          - *Humiliore*, camerati instar seu fornicis, tertij ventriculi superiorem efficit superficiem. fi.7, A A anterius.
  - *Tenuis* vna, SEPTVM Ventriculorum dicitur. Quod duo iam explicata corpora intercedens, & in medio longitudinis ipsorum vtrinque ipsis continuatum, ea tanquam vinculo connectit, & ventriculos per longum quoque, vbi admodum tenue est & pellucidum, nonnihil distinguit. fi.6 Z Z Y Y.
- *Exigua* in fine tertij ventriculi: sustentaculum quoque illius, ne à cerebro comprimatur, existens. Hæc in duas partes primum distinguit: e quibus
  - *Continua* quoq; cerebro parte vna est. Quæ fi.8, M N,
    - *Situ* posteriori tertij ventriculi sedi, eo in loco vbi cerebrum cerebellum attingit, imposita est: atque cerebro tota sede anteriori inferiorique continuatur, reliqua sede verò à conneau est libera.
    - *Conformatione*: protuberat vtrinque duabus extuberantiis, mutuò clunium instar commissis. Quę per transuersum sursum linea quadam diuiduntur, in partem
      - *Superiorem* latiorem, quæ cum vtrinque quoque exuberet, & in medio glandulam, quæ iam explicabitur, penis breuis instar adiacentem habeet. TESTIS formam & nomen habet. fi. 9, N N. 11, E, G.
      - *Inferiorem*, non tam latem, cuius prominentiis globosis, cum sede posteriore inferioreque meatus tertij ventriculi, veluti foramen anus subsit, NATES & refert & vocant. fi.9, X Q 11, P O.
  - *Non* continuatus, sed veluti alia quædam à cerebro substantia, GLANDVLA existit: quæ eminentissimę testium anteriori sedi apposita, vasi venoso, ne meatum qui retrorsum fertur obstrueret, obijcitur. fi. 8 L, 11 D.

CERE-

CEREBELLVM, cerebrum veluti priuarum paruum est, quod dorsali medullæ exiguo tantum spatio continuatur. Et cum sit eiusdem cum cerebro naturæ, eandem quoque cum illo facultatem possidet. quam dorsali medullæ, tunc, quando iam in organa sensuum spiritibus diffusis, non nihil exhausta, antequam ad inferiores partes descendebat, nouas vires reqirebat, suppeditat: atque, vt tot neruorum paribus quæ producit sufficiens esset, nouis viribus instruit. Hoc


- *Situ*, sub cerebro posteriori sede latet, à quo membranis interuenientibus disiunctum, fi.9 R R B.
  - *Caluariæ* Posteriorem cauitatem, membranis inuestitam adimplet, non tamé elatius, quam exortus occipitij pars incipit, ascendens. fi.10, P Q R.
  - *Dorsali* medullæ
    - *Continuatur* vtrinque ad latera sinus ipsius, duabus solum modo portionibus orbicularibus. fi.10 iuxta P O.
    - *Committitur*, media tantùm tereti sede, illiusq; portiona tantum posteriore, 10, p. K. Interueniente tenui membrana nanaq; reliqua sede anteriori, fi.9 L. dorsalé medullam non contingit, & ne ventriculus quartus illic dehiscat, tenui membrana ad nates vsque expansa obuoluitur. fi.9 inter L. & P Q.
- *Conformatione*, sic habet.
  - *Corpus* illius eiusdem cum cerebro substantiæ, quo tamen decuplo minus est, nisi quod propter frequentiores diuisiones illius, vt dicetur, magis pallet
  - *Figuram* loci cauita quoque obtinens, amplum & crassum est, sedeque posteriore rotũdum & latum, versusque anteriora angustatum, & sede fi.11
    - *Interna* nullas cauitates vti cerebrum possidet, cum excrementis non adeo parua illius moles abundet, eaque quæ colligit, facilè extrinsecus deponat. Præterea cum anfractus tam profundos minimè obtineat, sed Diuisionibus tãtum superficietenus, frequentissimis tamen, transuersimq; & ordine per ipsum ductis, diuidatur.
    - *Externa*
      - *Elatiore* & posteriore, dist. octũ 10 Tres quasi partes esse videtur, ob differentes diuisiões, & implicationé, qua posteriore sede tuber occipitij ossis cedit. Quarũ in
        - *Lateribus* insignea sunt duę, & Globos duos vtrinq; positos referunt, quorũ distinctiones transuersæ, inferiori ipsius sede veluti ad centrum colliguntur. fi.10 B D. 12 A A.
        - *Medio* horũ, tertia pars Teres, à prioribus 10 posteriora veluti in orbem ductus, & ob æquè distantes distinctiones, bombycem, vel xylocampũ, vermes refert. fi.10 C, 12 C C.
      - *Humiliore*
        - *Sinum* in medio latum nec profundum possidet, qui Quarti ventriculi elatiorem sedem ex parte efficit, cum reliquam illius sedem tenuis meninx obducat. fi.12, K.
        - *Processus* quatuor emittit, qui in ambitu sinus prodeuntes, cerebellũ, ne quartum ventriculũ comprimat, sustinét. E quibus
          - *Latera* occupant duæ portiones, quæ dorsali medullæ cõtinuantur. fi.12, G H.
          - *Supra* infraq; in media illius parte vnus est. Suntq; apices seu fines teretis huius partis vermé exprimétis, vnde V E R M I F O R M E S processus dicunt. fi.12 D H & I.

DORSALIS Medulla, cerebrum veluti nouum, oblõgum est. quod cõtinuatione à cerebro spiritum animalé suscipiens, atque cerebri neruis cõmunicans, mox à cerebello nouis viribus aucta, neruis in dorso ab illa profectis omnibus facultates subministrat. Hæc parte ipsius, quæ est

- *Intra Caluariam*,
  - *Prodit* ex cerebri basi, iuxta cuius mediam sedem colligi incipit, Ta.34 fi. 1 inter G X. Sinumque illic caluariæ, supra magnum illius foramen insculptum, occupat, cerebello subiacet, & sicuti dictum, ea parte continuatur. fi 10. G.
  - *Conformatione*
    - *Substantiam* cerebri basis refert, membranis quoq; inuestitam, durinsculam, albam, sine distinctionibus: adque cum nihil amplius elaborare debuerit, sed tantum recipere.
    - *Figura* oblongum & crassum, exortu amplum, inde sensim attenuatum: Profertq;, exceptis portionibus, quibus cerebello continuatur. fi.11. Ta.34. fi.4 ab A ad B.
      - *Sinum* posteriori sede, qui posteriorem Quarti Ventriculi cauitatem efficit, calami scriptorij initio, quod scindi & acui solet non absimilem, cum ex rotundo meatu integro, mox media pars veluti amputata, sensimque in cuspidem exacuata videatur. Quod, vt sensim ita cauitas hæc cessaret, cũ nulla amplius excremẽta hic redũdẽt, fieri oportuit. fi.10 L, 11, L M N O.
      - *Neruorum* cerebri coniugationes vtrinquẽ septem, vel potius decem. Quę, sicuti in neruis expressimus, in basi à dorsalis medullæ initio primum emergunt. fi.15, A B H I K L M N O. & 14 L L.
- *Extra Caluariam*,
  - *Ducitur* à foramine occipitij ossis maximo, quod pertransit, fi.10 H. deorsum per foramina omnium vertebrarum, quibus & munitur, ad ossis sacri extremum vsque, vbi terminus ipsius breuis admodum, nunc simplex, nunc diuisus tarsum elabitur. Ta.36. ch.56.
  - *Conformatione*
    - *Substantiam* cerebri adhuc toto illius ductu refert, ita, vt veluti cerebrum oblongum partibus sit inferioribus, quod duplici quoq; membrana, quæ tamen non amplius ab illa separari potest, obuoluitur.
    - *Figura*. Crassitiem æqualem ad finẽ vsq; seruat, neq;, vti decepti veteres, sicuti illic dictum, putabãt, sensim gracilescit. Hæc Ta.34. fi.4 à B ad H.
      - *Interius* nullam cauitatem, cum ea spiritus animalis opus minimè habuerit, obtinuit, media tamen sede
        - *Elatiore*, costa præsertim, in duas partes citra dilacerationem diuidi põt; in cuius medio cum spatium aliquod appareat, multi cauitaté illis assignata voluerunt. Ta.34. fi.4 à a ad c.
        - *Inferiore* ex pluribus veluti chordis minutis, membranaq; simul colligatis, constare deprehenditur. Ta.34. fi.4. a c ad H
      - *Exterius*, Neruorum paria triginta, sicuti in neruis dictum fuit, promit. Ta.35. ch. ab 1 ad 30.


VASA Cerebri quæ illi materiam suppeditant, nó (sicuti in aliis visceribus accidit) substantiam illius peuetrant, aueper illam disseminantur, sed mébranas ipsius duntaxat vndiq., tum qua cerebro incumbũt, tum vbi eidem se insinuãt, pererepãt. Hæc à Venis sea & Arteriis quatuor, caluariam subeuntibus, materiam de sumunt, partimq. prodeunt. Et vel cerebri

- *Membrana* perrepiant, vt
  - *Priuatum* vas cerebri. Sinꝰ crassæ cerebri membranæ (vbi & cóformatio illius exposita fuit) sangui ductus dictꝰ, qui licet arteriæ alicuius instar pulset, arteria tamé cómodè, cũ à crassa membrana componatur, & materiá mixtam habeat, dici nó pót. In húc enim cerebri Venç tres, nimirũ Prima, Secunda, Quarta. Ta. 30 fi. 1, D. C b. & Arteriç duæ, numero Prima, Secunde, Ta. 30 fi. 1, K t. se exhauriunt. Cuius notetur
    - *Ductus*: Quo crassam cerebri mébranam variè peruadés, aliosq; ductus emittés, causa ipsiꝰ diuersi incessꝰ, in quatuor Sinus diuiditur. Nam in
      - *Lateribus* vtrinque sede posteriore, in occipitio, ad latus foraminis dorsalis medullę, in dextra & sinistra parte incipiens, vbi venæ & arteriæ se in illum exonerant, duus efficit sinus. Primum & Secundũ dictum: qui Caluariæ ascensũ sursum ad elatissimã cerebelli regionem, ad medium occipitis ossis vtque ascendunt, vbi in communem cauitatem desinũt: quo ductu, ramulos, venarũ instar, in membranę Ta. 30. fi. 1, M N. Ta. 47. fi. 1, V Q.
        - *Crassa* partem vniuersam cerebellum cooperientem, distribuũt. Ta. 30, 3, S. Ta. 47. fi. 8, o o o o.
        - *Tenui* portionem cerebellum ambientem, & cam quæ cerebrum cerebello interiorum implicat, deriuant. Ta. 47. fi. 10, B D.
      - *Medio*, vbi duo priores sinꝰ coeũt, ex cómuni ipsorum cauitate, quam Torcular vocarunt, duo cursum alij sinꝰ prodeunt: quorũ Ta. 30, fi. 10.
        - *Elatior*, Caluariæ attensus, secundum capitis lógitudinem, ad frontis vsq. humilimam sedé fertur, Tertius est sinus: qui profert remos Ta. 30, fi. 1, P, P. Ta. 43, C C C.
          - *Amplos* & multos, ex lateribus vtrinq., non vlterius in crassam membranã, verum in tenuem, cerebro vtrinq. instratam, numerosa serie propagatos, cerebrique anfractibus se cum tenui membrana inserentes. Ta. 30 fi. 1, T T. Ta. 45. fi. 3, U O, F F.
          - *Graciles, sede*
            - *Inferiore*: crassam membranam, cerebrũ dextrum à sinistro interdiuidentem, perreptãtes. Ta. 30. fi. 1, V V V. Ta. 45 fi. 4, h h, H H.
            - *Superiore*: quæ illis venis, quæ ex verticis cute per exigua foramina in caluariam procedunt, committuntur. Ta. 30. fi. 1, x x x.
        - *Humilior*, in cerebri humiliore sede, vbi cerebello incumbit, existens, recta antrorsum versus p l ora cerebri ad nates ipsius vsque ducitur. Estq. Quartus sinus: qui in Ta. 30. fi. 1, R Ta. 47. fi 8, T.
          - *Progressu* ramulos clariore sede & e lateribus in crassam mébranam cerebro immersam spargens & ad testes perueniens, illic insignes educit propagines, Tum Ta 30. fi. 1. Y Y, a a.
            - *Superiores* tres ad membranæ
              - *Crassa* cerebrum diuidentis humillimam sedem, per totam ipsius longitudinem antrorsum delatam, sursumq. ramulos dispergentem. Ta. 30. fi. 1, b, c, c.
              - *Tenuis* sedem calloso corpori proximam, vtrinque vnaoi, hic dispersam. Ta. 30. fi. 1, d e f. Ta. 45. fi. 4, S I F G G.
            - *Inferiorẽ*, in tenuẽ membranam cerebellum amplectentem. Quorũ nonnullæ reosæ
              - *Retrorsum*, superiorẽ cerebelli sedẽ pambulant. Ta. 30. fi. 1, h.
              - *Antrorsum*, per humiles cerebri anfractꝰ inata oares, ad priores cerebri ventriculos repũt, & Plexum choroidem dictum illic, commixtę cum eius afformant. Ta. 30 fi. 1, g.
          - *Extremo*, in Vas desinit insigne, tenui membrane suspẽsum & inuolutum vndiq.: quod inter testium medium edmodum scissum & vencoium, glandulam transcendens, in anteriorem sedem tertij ventriculi cerebri pertingit, vbi diuisum, vna parte dextrum, altera sinistrum ventriculum accedens, cetera quarte ramis, ad Plexus choroidis efformationem, illic commiscetur. Ta. 30. fi. 1 *l posterius, ad l in anterius.*
  - *Communia* Vasa cerebro cũ reliquo quoq; corpore: Venę nimirum & Arteriæ. Vide Vasa COMMVNIA.
- *Ventriculos* subeunt, implexus quidã arteriarũ & venarũ, q dicit PLEXVS CHOROIDES.
  - *Vsus*, vt cum Cerebrũ immẽsam sanguinis copiam, necessitatis enarrãdæ gratia, requireret, maioresq. trunci venarum & arteriarum huc vsq. pertingere nõ potuerint, & sanguis quoq. per eosdem facilè sursum ad superiora subtediffet, priuatam húc veluti aquæductũ, cerebrum vndiq. peruadentẽ ipsumq; irrigantẽ haberet, qui ab interioribus venis & arterijs, cõtinuò dum pulsat (quam vim ab arterijs accepit) sanguinem & venarum & arteriarum hauriret, cumque commixtum, per alios denuò canales, in cerebri anfractus passim deriuaret, idq. tum
    - *Cerebri* nutritionis causa, Quod cum procul à fonte caloris distaret, & sanguinem, cæterorum viscerum modo, intra suam substantiam admittere, statim non posset, calidiore tenuioreque hac materia, ex venarum & arteriarum sanguine commixta, quæ substantiæ illius vndiq. penitius apponeretur, eamq; sic foueret, tandẽq; ab ipsa elaborata, nutrimentum ipsius eptum fieret, opus habuit. Hincq. fit, quod sanguine impuriore aut frigidiore huc delato, aut cerebro imbecilliore existente, cum exigua tunc pars cerebro nutriẽdo cõueniat, tanta excrementorum copia relinquetur, humorq. cõtinuis defluxionibus molestans coercetur.
    - *Spiritus* animalis procreationis occasione. Neq. enim is, qui tanta copia per vniuersum corpus in sensuum organa & motus instrumẽte diffunditur, & per motus continuò absumitur, ex pauca materia, generari potuit, sed, non minus ac spiritus vitalis, ex copioso sanguine venarum & arteriarum, inuicem in hisce finibꝰ permixtis, eadem ratione, vt in corde quoq. accidit, & in vsu cerebri dictum est, procreari debuit.



COMMVNIA Vasa cerebri, quæ à reliquis corporis vasis parum aut nil differre videtur, ipsęq; venæ & arteriæ, à corpore sursum ꝓpagatę, caluariamq. subeuntes, & per cerebri membranas dispersæ, exsistũt, sunt


- *Venæ* tres: E quibus
  - *Sola*, sine comite arteria ipsum accedunt, Cerebri, nimirum Vena Quinta & Sexta: quæ Ta.30.fi.1.O.H.
    - *Prodeunt* à iugularis externæ interioris ramo, aliaque ex
      - *Oculi* sede, in anteriorem crassæ membranæ sedem, versus superiora nonnihil dispergitur. Ta.30.fi.1.H. Ta.40.fi.1.E R.Ta.48.fi.14 G O.
      - *Narium* amplitudine, in candẽ caluariæ sedem, sed paulo humilius, exiguo quoq; ductu, perfertur. Ta.30.fi.1.O. Ta.48 fi.14.H.
    - *Vsu*: Anteriorem hanc cerebri portionem, ad quam finos siue sanguiductus ille minimè pertingit, cum iuxta olfactus organi septum desinat, enutrit, & cum parui sint rami, arteria comite minimè opus habuerunt: præsertim cum ramulus à quarta arteria, sicuti indicabitur, huc feratur.
  - *Comitem* Arteriam habet, cerebri vena Tertia, quę Ta.30.fi.1.P.
    - *Prodit* à iugulari interna, cuius ramus est gracilior: qui statim diuisus, crassæ membranæ latera & basim, ad posteriora & superiora vsq. perreptat, à quibus & in tenuem membranam ramuli propagantur. Ta.30.fi.1.o o o.p p.Ta.45.fi.1 D D.Ta.48.fi.14.I K.
    - *Vsu*: lateribus cerebri, & basi quoque, cum procul à sanguiductu illo distarent, materiam etiam deferunt.
- *Arteria* duę, Soporalis arteriæ interioris rami duo, introrsum in caluariam delati: vbi alia
  - *Comite* Vena tertia iam dicta, gracilior est: Cerebri Arteriarum Tertia, quę eadem penitus ratione, vti & vena, per crassam cerebri membranam distribuitur, eundemą, cum illa, vt dictum, vsum præstat. Ta.30.fi.1.B.Ta.45.fi.1.D D.
  - *Incomitata*, crassior est cerebri Arteriarum Quarta (licet Vesalius ad tertiam quoq. eam referat) Quæ crassam membranam perforans, ad latus glandulæ pituitæ statim in duos ramos partitur, Quorum alter, in Ta.30.fi.1.Z.Ta.48.fi.14.P.15.X.T.
    - *Tenuem* membranam illic multifariam dispergitur, præsertim eo in loco, quo vena Quinta & Sexta incomitata disseminantur, vt & illę locus arteriarum ramulis minimè destitueretur. Ta.30.fi.1.β. Ta 48.fi.14.R.
    - *Cerebri* priorem ventriculum vtrionq; reflexus fertur, tenui membranæ portione inuolutus, & in innumeras soboles diffectus, Plexum choroidẽ simul cum alijs vasis dictis quoq. constituens. Ta.30.fi.1.γ.Ta.48 fi.14.Q.



PLEXVS choroides, Reticularis. Est vasorum minutissimorum in cerebri ventriculis complicatio, Quæ infinita esse putant, cum tamẽ carne quadã, & tenui membrana inuoluta, visus minimè dijudicet. Huius notatur

- *Structura*, qua Ta.30.fi.1.d. Ta.46.fi.5, 6.O O.7. M N.
  - *Contexitur*, tum ex
    - *Vasis*, quæ tribus è locis huc transmittuntur: & proficiscuntur, tum ab
      - *Arteria* Quartæ cerebri ramo dicto, cerebri ventriculos subintrante. Ta.30.fi.1.γ.
      - *Sinus* quarti
        - *Extremo*, Vas venosum constituente, quod tertium ventriculum pertransiens, in priores quoq. lectos ventriculos. Ta.30.fi.1.l.
        - *Ramo*, quem in progressu, sede inferiore, antrorsum ad priores cerebri ventriculos mandat. Ta.30.fi.1.g.
    - *Tenuis* membranæ portione, quæ, vbi vasa dicta plexum hunc constituentia, ventriculos subeunt, illa comitatur atq. complicat. interueniente quoq. carne quadam fusca, quæ simul intexitur.
  - *Ducitur* vtrinq;, ab humillima ventriculi sede in posteriora sursum, ad posteriorem ventriculorum sedem vsq;, secundum quorum anteriora, eousq. porrigitur, donec illi vas venosum à quarto sinu, per tertium ventriculum antrorsum deductum, commisceatur, vbi quoque ramulos per ventriculorum cerebri substantiam dispergunt. Ta.30.fi.1.à γ.ad d.l.1 ad posterius l. Ta.46.fi.7.ab F G.ad M N.dein K L.postea T ad H.
- *Vsus*. vt interior hæc cerebri substantia, quæ nullis anfractibus constabat, proinde nec vasa alia possidebat, spiritu vitali, cum exigua portione sanguinis huc deducti, quoq; frueretur, & sic cerebro, aliàs vndiq; spiritu & sanguine abundanti, etiam hic prospiceretur. Proin, & sicuti alijs in locis tenuis meninx vasa sibi copulans cerebri anfractibus se inserit, ità & hic, vbicunq; ad ventriculos via illi dabatur, ramulos à vicinis vasis desumens complicatosq;, cum propter loci angustiam explicare se non posset, per ventriculorum vniuersum ductum deducit, & ab ijs quoq; ramulos duos, per cerebri substantiam dispergit: quod sanè non tam eo nomine, vt maretiam illi melius conferret, quam vt vasa hæc, quæ liberè alias citra connexum in ventriculis iacent, & facilè conuoluerentur, tensa manerent, in reflexu hoc cerebro copularet, illiq. adnecteret, accidit. Licet communis opinio, animalem spiritum hic gigni & contineri, velit: quod tamen, cum tam exigua vasa hæc sint, totą, cerebri excrementa per ventriculos defluant, approbare non possumus: idq. eò minus, cum prius neruorum exemplo demonstrauerimus, ità spiritum animalem cum cerebri substantia colligari, vt nullubi illa sine spiritu, neq. spiritus animalis sine cerebri substantia, in parte inculumi possit, consistere.

FACIES,



FACIES, Capitis pars tota est sub frōte anterior, & in laterib. obuia, ad cuius similitudinem latæ sunt: In cuius decēti cō formatione hominis elegātia, & pulchritudo præsertim consistit. Huius partes aliæ sunt

- *Continentes*. Quibus
  - *Inuestitur*
    - *Extrinsecus* vt Corio, quod
      - Lata efficit: q̄ in malis noonunquam rubet, & sole p. usta fusca fit, pilisq. in ambitu oculorū, tutelæ causa, atq. oris, in viris virili status indicibus, circūdatur. Atq;
        - *Foramina* habet, quæ obiectis, ad sensuum organa aditum præbent, atq. aërem cibumq̄ intromittūt, excremētaq; nōnunquam emittunt. Horum alia
          - *Occludi* interdum possunt: suoq; illa, quorum organa, quibus inferuiunt, extra caluariam locātur: vt illa, quorum actio nō semper desideraf, cum ab opere cessant, aut periculum illis imminet, cursum, maioris securitatis causa, obtegi possint. valuis foramina lata, transuersa, musculosa
            - *Palpebrarum*: sub quibus oculi prominentes secūbunt, quorum functio interdum, maximè somni tēpora cessare potest, oeq, in tenebris est necessaria.
            - *Oris*: in quo lingua voluitur, suoq; tempore ꝑducitur. Cuius actio tunc cum loqui aut cibum sumimus requirif, ob eamq. causam minus adhuc ipsis oculis apertus.
          - *Patent* semper. Suntq; illa, quorum organa, quibus præbentur, in caluaria penitus abstrusa sunt, minusque ob id iniurijs exposita, & quorū functio semper desideraf. Sicuti sorunda foramina, cartilaginibusq. firmata,
            - *Narium*: cum olfactus organam sit in caluaria, & respirationis causa semp patere debeatint.
            - *Aurium*: cū auditus organa caluariæ inclusa quoq; sint, atq. auditus etiam in senibus, & somno quoq., vt si quid occurrat excitemur, sequitatur.
        - *Processus* emittit, quibus instrumenta sensuum cōprehandit, qui à facie absceduot, vel
          - *Magis*: vt sunt, qui cartilagines Narium, in acutiem desinentes, Auriumq;, in vannum expansas, atque Maxillæ inferioris Mentum comprehandunt.
          - *Minus*: vt qui cum carna subiecta oculis, atq, ori obrepuntur.
      - *Membrana* generalis succingit, quæ propter latos faciei musculos, proximè illis adnatos, subest: inter quam & cutem,
        - *Vena* eam perrepsant: suboles nimirum iugularis externæ exterioris rami, quæ in malis magis dispersæ, suborem illis, sanguinis magis affluense, conciliant. Ta. 31. E. p.
        - *Glandula* paruulæ multæ, sub aurium radicibus, & spatio inter maxillam inferiorem & humiliorem buccarum regionem, quas Animellas vocāt, occurrunt. Adepsq, in buccarum tacè santum segione.
    - *Intrinsecus* Membranis, quibus cauitates Oris, Nariū Oculorum, vt illic explicabitur, succinguntur: vbi &
      - *Vena* apparentes, maximè in lingua, quæ sub illa sacantur, iugularis externæ interioris rami propagines sunt. Ta. 31. X.
      - *Arteria* in nasi interioribus & lingua pulsantes, soporalis internæ maioris rami surculi sunt. Ta. 31. ʃ s.
  - *Constituunt*,
    - *Musculi*: tum qui Cutanaas capitis partes, tum Maxillā capitis articulatā mouēt. Horum alij sunt
      - *Elatiores*, Cuti pertinaciter, citrà adipis fere (nisi in buccis) interuentum hærentes. Vt sede
        - *Superiore*
          - *Semper*. Frontis musculus, Tab 16. A. & sub hoc Palpebræ Primus. Ta. 16. C E. & post hos Narium duo externi. Ta. 16. F. 17. iuxta a.
          - *Aliquando*, Capillosæ capitis cutis, & Aurium musculi.
        - *Inferiore* exceptis Labiis, ampli duo musculi Oris: quorū alter toti inferiori sedi, alter buccis expansus est. Ta. 16 M. usq. ad L. 17. M.
      - *Medij* sub his, sede
        - *Superiori*, in temporum cauitatibus, Maxillæ temporalis musculus. Ta. 16. a. & sub hoc Maxillæ Quintus. Ta. 19. iuxta B.
        - *Inferiori* ad oris
          - *Superiora*, musculi Oris: Tertius, ad latera nasi Ta. 16. D. & Quartus gracilis in canali nasi. Ta. 16. sub H.
          - *Latera*, Maxillæ inferioris Secundus, Masseter, sub osse iugali. Ta. 17. A.
          - *Inferiora*, Oris Quintus, in mento. Ta. 17. N & Maxillæ Quartus, ipsius ductum sequutus. Ta. 18. H. I.
      - *Profundiores*, qui cauitates respiciunt: vt in naribus, Narium Primus. Tab 17. sub E. & in ore delitescens, Maxillæ inferioris musculus Tertius. Tab. 19. D. Reliqui qui in Oculis latent, vt Oculi 6 musculi & Palpebrarum vnus, illic explicabuntur: qui verò in ore sunt Linguæ & Faucium musculi, in collo iam expositi fuerunt.
    - *Ossibus* & Cartilaginibus variè inter se iunctis & formatis, ob instrumenta quę cōtinent varia. Nam cōstituitur pars faciei
      - *Superior*, caluariæ osse Frontis, quod frontem & superiorem mediam oculorum sedem efficit. Ta. 6. fi. 4. A. ad. K.
      - *Media*
        - *Lateralis*
          - *Cartilagine*, quæ Aures efficit.
          - *Osse* communi caluariæ & maxill. superioris, quod Iugale dicitur, Malasq; constituit. Ta. 6. fi 4. r.
        - *Anterior*, Maxillæ superioris ossibus, licet & illis caluariæ Cuneiforme opituletur. Quæ Cameræ efficiūt, tum
          - *Oculorum* mediam inferiorem reliquam. Ta. 6. fi. 4. T θ Ω.
          - *Nasi* protuberatē, cū adnata cartilagine. Ta. 6. fi. 4. Z Σ O.
          - *Oris* superiorem extantem, cui Dentes infiguntur, quæ Maxillæ superioris propria ossa sunt. Ta. 6. fi. 4. Λ fi. 5. ε. n.
      - *Inferior*, Maxillæ inferioris osse, quod Oris mediam sedem inferiorem efficit, cui Dentes infiguntur inferiores. Ta. 6. fi. 5.
- *Contenta*. Vide PARTES.

PARTES

PARTES contentæ in facie, sunt quatuor domicilia seu antra. Quæ licet varios vsus præstent (vti in illorũ descriptione explicabitur) præsertim tamen quatuor sensibus, cum tactus per vniuersum corpus diffusus sit, exstructa sunt: quorũ organa partim, si in caluaria locũ habere minime poterãt, cõtinẽt, vel saltẽ viã, quæ ad ipsa profundius in caluaria latentia pertingat, parant. Horum domiciliorum, duo inuicem

- *Distant*, vnde & duplicia existunt: idq., vt cum tanta ipsorũ sit necessitas, vno pereunte, aliud restaret, & sic quoque externa obiecta vndiq. melius obseruarent. Veluti Elatiora quatuor, in quibus vigiles residant: è quibus duo
  - *Anteriori* sede posita, non procul inuicem separatã, sunt OCVLI.
  - *In* lateribus collocata, admodum inuicem dissita, sunt AVRES.
- *Non distant*, sed mediam faciei sedem, ità vt vnica esse videantur, possident. Nimirum domicilia duo, in quibus minus est periculi, & quę alijs cedere debuerunt, ob eamq. causam, itatim sub elatioribus posita sunt, & post vigiles mox, supremum locum occupant. Quorum aliud
  - *Superius*, medium inter oculos, geminas habens cauitates, manifestè distinctas, est NASVS.
  - *Inferius* sub naribus, licet vnicum appareat, geminum tamen, quatenus pars illius dextram, alia sinistram sedem occupat, buccæq. separatæ sunt, est OS.

OCVLI duo, vnà cum ipsorum Camera seu Specula, in altissimo corporis loco, mox sub fronte, vt singula ex alto melius perspicerent, collocati sunt: ipsorumq. causa, cũ cerebrum illis vicinum esse debuerit, caput precipuè cõditum est. Atq. vt rectà rebus opponerentur, anteriorem locum obtinuerunt: vtrinq., vt & ea quæ in lateribus sunt non nihil intuarentur, cũ ad reliqua quæ à tergo sunt, caput & corpus quoq. circumuerti possit. In his singulis describitur

- *Camera* oculi, nam verè oculi sedes cõcamerata est, in qua organum hoc visus, quod cum nõ tantum ex neruo & membrana, sed musculis quinq. compositũ sit, in caluaria locum minimè habebat, & eum ad obiecta moueri & dirigi debuerit, foris cõmodius locatur, latet, tutoq. residet. Idq., eò magis, cũ antrũ hoc
  - *Obtegat* foris, ianuæ instar, Operculum, quod Palpebram vocant. Quæ oculo obducta, & per medium dissecta, in superiorẽ & inferiorem diuidit. E quibus superior latior, pondere alicuius lapsilis instar sursum trahi, atq. sic oculus visionis causâ detegi, & rursum ea demissa, cum periculum imminet, aut oculus otiosus est, tutari, cameraq. illius occludi potest. Hæc
    - *Conponitur* nõ ex simplici cute, sed
      - *Inuestitur*
        - *Extrinsecus* Cute, quæ pilos insixos habet, iis in
          - *Extremitate* vtriusq. palpebræ, qua inuicem conniuent, suntq. Cilia: quæ rectis pilis ordineq. infixis, oculos clausos melius retinent, & ne quid in eos crassiusculi defluat sustinent.
          - *Superiore* oculorum sede, in fine frontis, Supercilia: quę arcuatim secundũ oculi rotunditatem ducta, magis adhuc eos sustinent.
        - *Intrinsecus* Membrana, à pericranio producta: quæ palpebris subducitur, & cum adhærente oculi tunica continuatur.
      - *Infarcitur*, nullo adipe ne motum impediret, sed
        - *Musculo* palpebrã attollente, qui inter cutem & membranam expansus est. Ta.19. Ta.49. fi.6. A.
        - *Cartilagine* in extremitate, vbi mutuò conueniunt ipsis insertæ, quas Tarsos vocãt: quæ Ta.29. fi.6. apparent.
          - *Molles* sunt, tereras, & semicirculares.
          - *Firmant*, tenues membranas, & distentas seruant, ne in motu collabantur aut corrugentur: idq. præsertim in superiori palpebra, vbi & musculis commodiorem insertionẽ præbet: quo nomine hic collocatæ, non vero pilos erectos seruarẽt, qui nullibi illis interueniunt, fuere.
    - *Cõformatiõe* semiglobum cauũ, vbi clausa est exprimit. In eius cõiunctiõis angulis vtrinq. Sinus occurrũt qui Canthi sed anguli oculorũ dicũt. In quibus lachrymę, & quicquid in oculos illabitur, colligit. Quorum
      - *Interior*, qui nasum respicit, maior est. Atque
        - *Perforatur* duobus paruis Foraminibus, altero in inferiore, altero in superiori palpebra insculpto, quæ Lachrymalia dicuntur, & in canalem dicendum desinunt. fi.2.3.1. Ta.29. fi.6. c.d.
        - *Producit*
          - *Canalem* neruatum cauum, qui maxillæ superioris foramini secundo insertus, ab oculis lachrymas ad nasum deriuat. Ta.49. fi.2.3.i.
          - *Carunculam* Encanthida, quæ os hoc maxillæ secundum tenuissimum à lachrymarum iniuria vindicat, cum eo eroso, fistula fiat lachrymalis. Tab.49. fi.2,3.h.
      - *Exterior*, interiori oppositus, minor est.
  - *Constituat* firmetq. ossea Orbita, profundo succincta, rotunda, vt oculus in ea voluntari possit, sed quę oblonga, propter musculos oculo adnatos, præsertim cum retrorsum antrorsumue oculus minimè volui debeat, facta est. Hæc autẽ formatur
    - *Superiore* sede, Frontis ossis squama externa læui (cum interna cerebri caula inæqualis sit) quæ superiorem huius cameræ oculi fornicem efficit, & extrorsum protuberans, vbi rursum integrum os fit, margine in superciliorum regione oculos egregiè defendit. Ta.6. fi.6. A.X.a.
    - *Latere*, seu oculi angulo
      - *Interno* (cũ satis tuta per se sit propter nasi exuberantiã) tenuissimis Maxillæ superioris ossibus: Vt
        - *Tertio* posterius. Ta.6. fi.4. O.
        - *Secundo*, anterius: quod foramine peruiũ est. Ta.6. fi.4. A.
      - *Externo*, parte ossis
        - *Cuneiformis*, posterius in oculi sinu, quod quatuor foraminibus illic peruiũ est. Ta.6. fi.4. iuxta D O.
        - *Maxillæ* superioris Primo, anterius, quod & exteriorem illius eminentiam facit. Ta.6. fi.4. F.
    - *Inferiore*, Maxillæ superioris ossis Quarti parte, protuberantiam illic in malis efficiente. Ta.6. fi.4. iuxta S.
- *Oculus* ipse. Vide OCVLVS.

OCVLVS, primarium visus instrumentum, cum humorib. illi subservientibus continet, rotundus q. est, sed propter musculos qui illū movere debebāt, posteriori illius regioni adplantatos, turbinatam figurā adipiscitur. Atq; sic formatū, camerā illi*, sicuti dictum est, adimplet. In quo notantur. *Ta. 49.*

- *Continentes partes, quæ ipsum*
  - *Insistunt sede media*
    - *Anteriore* ex parte tantū, nā hæ sedes, partim est
      - *Nuda*, in medio, ne visionem illic, si quid obduceretur, sicuti aliquando in morbis fit, impediret: idque tota regione, vbi solis alicuius instar micat & splendet, atq. ex centro nigro, plus minúsve dilatato, in circulum tanquam iridem glaucum, nunc fuscum nonnihil, cuius causa etiam oculos nigros vel cæsios vocamus, radiatim dispergitur *fi. 2, 5, f g.*
      - *Obtecta*, in reliqua sede, vbi oculi albū apparet, Membranis duabus: quæ oculo fibrosis nexibus hærentes, in ambitu circuli externos implantātur, nec vlterius, nisi prçter naturā excrescāt, feruntur. Harū
        - *Exterior*, Adnata, Adhærēs oculi tunica dicitur: quç
          - *Tenuissima* est & pellucida, venulisq. apparentibus, & nonnunquam admodum rubentibus implicita: quæ tamen nō vlterius progressæ, neq. oculū rubeūt, aut per solem dictū, ne oculo rubra omnia offerātur, naturaliter reptāt *fi. 2, 3.*
          - *Connectit* oculum membranç palpebram succingenti, in media illius sede, vbi a membrana illa, vel illa vicissim à pericranio, pronascitur, *fi. 2, 3. e e.* simulq. oculo sensum tactus eo in loco cōmunicat, cum alias, neq. extrinsecus nec intrinsecus sentiat, & dolor palpebrarum, huius tunicæ causa tantùm illum molestet.
        - *Interior*, ex nervosis tenuitatibus musculorū oculi, sub adnata huc pertingentibus, constituitur. *Ta. 29. fi. 5. apparet.*
    - *Posteriori*,
      - *Musculi* sex, qui Oculum, atq; vnus, qui vicinam Palpebram, mouent: nervumq; opticum ambientes, mediam oculi sedem hanc amplectuntur, atq. aponeuroses dictas proferunt. *Ta. 29 fi. 5 49 fi. 2. d d d.*
      - *Adeps* copiosus, spatia quibus hæ musculi dehiscunt adimplens, *fi. 2. inter d d d.*
  - *Constituunt*, Membranæ duç, à duabus cerebri menyngibus, nervū opticum ad oculū vsq. comitantibus, & dilatatis vniuersumq. oculum ambientibus, productæ. Et sicuti illarum altera crassa, alia tenuis, sic & horū alia est
    - *Crassa*, & dura admodū, exterior. quæ oculi globū firmū, in quo reliqua quç ad visionem requirebantur tutò retineāt, efformat. Quç, ne qd ex illa effluere, integra facta est. Diuersç tñ, ne visum obfuscaret, naturæ, ità vt veluti duplex tunica esse videaς. Nam pars illius alia est, *fi. 2, 4, 5, 6.*
      - *Pellucida*, cornu instar lævigati, Cornea dicta mēbrana, quæ rotūda ē, atq. *fi. 1. m.*
        - *Anteriori* sede, in medio oculi, solis in oculo apparenti obijcitur, estq. ab omni connexu intus forisq. libera.
        - *Opponitur*, vitri seu cornu pellucidi instar, visus instrumento, vt per ipsam splendor oculi subeat, & nihilominus interim, cū crassa sit, & integra, ne quid ea oculo effluat, aqueus præsertim humor, qui illi proximus est, retinet.
      - *Opaca*, alba, à cornea, sicuti albū oui coctū à crudo, colore differens. Hæc dura membrana dicitur, & *fi. 1. e.*
        - *Reliquam* globi huius circumferētiam efformat, & fibrosis nexibus, sede anteriore, vbi videtur, membranis duabus dictis obtegitur: reliqua verò sede posteriori, musculis occultatur, venulisq. ambitur. *fi. 4. 5. k.*
        - *Continet* vueam tunicā, eamq. cum omnibus ijs q̃ inclusa retinet, munit, sibiq. fibris multis, quas venulas esse putarunt, cum tamen venç nullibi, vt dictum, oculum rubeant, affirmat. *fi. 5, 6. l l.*
    - *Tenuis*, & mollior, interior, Vuea, quia vuæ baccam auulsam exprimit, dicta. Hçc oculi humores comprehendit & retinet. Atq. partim *fi. 2, 4, 6 b, 7 p.*
      - *Succingit* duram seu opacam membranā vndiq. proximè, atq. illi in circuli illius, vbi dura in corneam abit, ambitu, connascitur, reliqua verò sede, fibris tantum cohæret. *fi. 5 l.*
      - *Committitur* crassç oculi membranæ parti opacç: humorem vitreum illic cōtinēs, & crystallinū sibi adnectēs. Hæc pars
        - *Conformatione*
          - *Nigerrima* sicuti piscis Naso intrinsecus existit, vt obscurā sic faceret oculi camerā, quæ aliàs, si clara fuisset & lucida, visioni ea ratione, qd potius ea quæ in oculi camera propinqua illi sunt, quam externa vidisset, incōmodasset, illorumq: spectra, cōtinuò visui oblata, atq; externarum rerum speciebus confusa, visus iudicium deprauassent.
          - *Filamenta*, nigra producit, q cum cilia exprimāt, Ciliares processus dicuntur. Hæ
            - *Producuntur* ab vuea, paulò anterius quā illius est mediū, *fi. 7. o e.* atq. distincta nōnihil, ab illius circūferentia, tanq̃ radij, per vitrei humoris tunicā, cui validè nectunç, ad ambitū crystallini humoris, tanq̃ ad centrū colliguņ, & tunicæ ipsius ambiunt quoq., & distincti adhuc, inseruntur. *fi. 10.*
            - *Crystallinū* humorē vueæ affirmāt, atq. ità nectunt, ne in lubrico humore vitreo situs, facilè voluaç, aut situ rectū mutet: simulq. vitreum humorem quoq; retinēt.
      - *Abscedit* à crassa tunica, vbi illa cornea fit, tum quia illi, cū polita sit, adnasci nō potuerit, tū qd luciditatē illi demendo, obstaculo fuisset. Hæc illius pars retrorsum in illius rotunditate pressa, *fi. 6. m m.* In
        - *Medio*, Foramine pervia est, quod Pupilla dicitur, & *fi. 6, 7, n.*
          - *Splendorē* rerū externarū corneā perlustrātem, in oculi camerā obscurā intromittit.
          - *Dilatatum* plus minúsve in alijs cernit, Nigrūq. ob id, cū oculi camera intrinsec* nigra, quç hic tantū videç, eiusmodi colorem illic representet.
        - *Ambitu* foraminis Circulum illarum, Iridem dictum exprimit, qui *fi. 6. t k.*
          - *Colore* vario iridis instar, nunc glauco, nūc fusco splendēte, atq. per corneā quoq. trāslucente, pictus apparet.
          - *Opitulatur* fortè colorū hac diversitate, vt varij colores rerum externarum, melius illic expressi, oculo offerantur.
- *Contenta* in Ipso. Vide CONTENTA.

CONtenta Oculi sunt Ta. 49.

- *Pars* primaria Visionis, Neruus scilicet Opticus, postquam oculū subiit, in semiglobum cauū, RETIFORMEM dilatatus: qui rerum externarū species colorésq. cū splendore per foramen pupillæ in oculum illapsa, illicq; per ipsius perspicillū, vti dicetur, repræsentata, suscipit, diiudicatq. Hic fi. 8, 9.
  - *Accumbit* vueæ membranæ immediatè, non tamen illi nectitur, atque vltra medium oculi vsque ad ciliares processus, vbi desinit, protensus, vitreum humorem citra omnem tamen quoque connexum, amplectitur: à quo & distentus, vueæ adhæret: cum eo effuso, collapsus conuolutusque tantùm neruo optico appensus inuenitur. fi. 1 g.
  - *Substantia* cerebri, cui intermedio nerui optici continuatur, affinis est: magis tamē quam illa mucosa, & nonnihil subrubra existit, Retéque quod vni baculo accommodatur, sua circumferentia, vna cum neruo optico, veluti illius manubrio, non vasorum textura, vti voluerunt (cum nulla possideat) eleganter exprimit, illiusque causa, rectè Retiformis, sed malè tunica, appellatur.
- *Humores* Tres lucidissimi, qui sedibus distincti, oculi cauitatem adimplent, & visionis actionē adiuuāt. Quod facit vnivel fi. 15.
  - *Primario*, CRYSTALLINVS humor, q perspicillū est nerui visorij: atq. ante ipsum & pupillæ foramen collocatus, species oculo illabētes veluti radios colligit, & in ambitum totius retiformis nerui diffundēs, res maiores illi, vt commodius eas perciperet, perspicilli penitus modo, repræsentat. Hic fi. 12, 13, 14, & fi. 18, 16, t.
    - *Anteriore* sede media magis quam in oculi centro (sicuti perspicillum ab oculo quoque nonnihil distare debet) positus, vitreo humori, sede ipsius posteriori immersus, anteriore verò, aqueo humore perfusus est, & nullibi alias oculi cameram tangens, illi tantum filamentis ciliaribus vueæ, vti dicetur, nectitur fi. 1 a, 16 1.
    - *Minor* multò est reliquis: cuius
      - *Substantiam*
        - *Constituit*, Corpus priuatum ferè à reliquis omnibus, cum sit humore durius, & parte alia mollius: quod ne difflueret & tamen consistere, sic fieri debuit. Adhæc splendidissimum & transparens, sicuti & perspicilla ex crystallo vel vitro fiunt, existit.
        - *Obducit* sede anteriore, tunica Crystalloidis potius q̄ Arachnoidis dicta, cui ciliares processus in toto ipsius ambitu nectuntur: quæ fi. 11.
          - *Laminas* refert lucidissimas lapidis specularis, vel cæparum splendidas pelliculas: crassiuscula que est & duriuscula.
          - *Medium* præbet, quo crystallinus humor, cui ob mollitiem filamenta hæc commodè non potuissent adplantari, vueæ connecteretur, & veluti suspensus, ne à situ declinaret, retineretur: atque interim tamen cum æquè ac humor ipse clara sit, illum minimè obfuscat.
      - *Figura*, Lenti maiori magnitudine nonnihil comparari potest, vti & rotunditate, fi. 14. licet sede posteriore, vt melius in vitreo humore immersus subsisteret, sphæricus sit, anteriore verò, vt splendorem commodius susciperet, magis planus existat. fi. 13, 14.
  - *Secundario* Duo reliqui, qui cristallini humoris causa, quē ambiūt, oculi cameram adimplent. Cū enim crystallinum humorem paruum & liberum in oculo esse oportuerit, ne spatium inter ipsum & oculi globum positum inane esset, oculusq., sicuti in mortuis, humoribus absumptis, fit, concideret, materia clara, vt oculus distētus maneat, implet. Sic itaque sedem crystallini humoris
    - *Posteriorē* VITREVS humor adimplet: in quo crystallinus quoque humor posteriore sede residet. Cum enim is retiformi non potuerit, sicuti dictum, esse proximus, spatiū illud materia sibi simili splendida, ne visioni obstaret impleri debuit, & quæ interim mollitie sua crystallino humori sedē aptā pararet, inter ipsum & retiformem, qualis est vitreus humor, collocari. Hic fi. 16, 17.
      - *Adimplet* totam cauitatem, quam retiformis neruus dilatatus comprehendit, atque anteriore sede in medio cristallinum humorem suscipit, & circumcirca aqueo humore perfusā est. fi. 1 b.
      - *Copiosior* est aqueo humore, vti & cauitas quam adimplet amplior: vltra mediū oculi anteriorsum protenditur. Cuius
        - *Substantiam*
          - *Constituit* humor æquè splendidus ac crystallinus, sed mollior, haus tamen vitroque fuso similis.
          - *Obducit* (præterquam quod vuea coercet) priuata tunica Hyaloides dicta, q ipsū vniuersum, vti & in cauitate, qua crystallinū humorem suscipit, ambit, atq; fi. 1 b fi. 9.
            - *Tenuissima*, limpidissimaque est, ac si humor spontè consilleret, vix apparens.
            - *Retinet* vitreum humorem ne is vel diffluat, aut aqueo humori, vti sæpe ex ictu fit, confundatur. Et simul ciliaria filamenta illi connexa, ad crystallinum humorem tutò deducit.
        - *Figura*, Globum plus quam dimidiatū refert cuius pars anterior, in fi. 16 u.
          - *Medio* cauitatem profundā habet, cui crystallini humoris sedes posterior insidet. fi. 17 &
          - *Circuitu*, non plana, sed nōnihil impressa, vti ouum vetustum circa apicē, existit. fi. 17 u.
    - *Anteriorem*, AQVEVS humor alluit. Cum enim crystallinus humor à cornea parū distare debuerit, spatium illud limpida aqua repleuit, quæ cum visum facilè transmittat, simul crystallinum humorē cum membranis continuo humectat, Hic fi. 18, 19.
      - *Replet* cauitatem anteriorem, quam cornea tunica, vitreus, cristallinusque humor circumscribunt, Atque vueæ tunicæ parti à cornea abscedenti vtrinque affusus est, eamque in ipso innatantem expansam, dum oculum implet, retinet. fi. 1, c.
      - *Non* tam copiosus vt vitreus, cum & hoc spatium quod implet non tam amplum existat. Aquamq; per omnia refert, nec alia ratione quam sua sedē coercetur, proindeque oculo læso primus effluit, vel in morbis absumitur.

AVRES vtrinq; æquè altã atq; oculi, corporis sedẽ, vt sonũ qui in sublime fertur melius perciperẽt, possidẽt. Atq; in lateribus capitis, oculis cedentes, ne amplitudo ipsorũ illis obstaculo sit, extructæ sunt. Organumq; auditus, cui potissimũ inseruiũt, cũ illud in caluaria abstrusũ lateat, minimè cõtioent, semperq; ob vsum ipsorum cõtinuo cõmodum patent. Harum

- *Prominentia* externor Alarũ instar expansa, & plus minusue à capite distãs, quã Vannũ auris ppter amplitudinẽ dicũt. Ta.45.fi.1. *apparet.*
  - *Sonum* cum aëre, tanquam sinu colligens, & veluti latior pars infundibili excipiens, per anfractus illius ad auris meatum ducit: ipsiusq; impetum, ne cum violentia auditorium meatum subiens tympanum lædat, nonnihil, ob viæ ipsius obliquitatem, exsoluit
  - *Constructionem*
    - *Cute*, quæ illam vndique intus forisq; inuestit. Cui auris Pinnula fungosa quædã, & quæ obtusè sentit, ob quam causam perforari, & appensis ornari solet, appendet: quæ excrementa, si quæ ex auribus fluerent, deorsum deriuaret.
    - *Cartilagine*, ex orbiculo exasperato foraminis auditus meatus in temporũ ossibus pducta, & dilatata. Quæ
      - *Rotunda* est, variéq; cochleata, mollis & flexilis.
      - *Flexili*, nõ tñ motu voluntario, nisi parũ admodũ in quibusdã, in omnes modos citra rupturã potest: quod vt minus periclitaretur conueniebat. Proinde totam autem cõstituit: præter quod, ipsius substantia inuolutionesq;, vt aër melius diutiusq;, sicuti in conchylijs auribus admotis fieri experimur, souet, adiuuat.
- *Meatus* seu Antrũ angustũ ossibus temporũ insculptum, Ta.7.fi.4.A a.
  - *Sonum* ad auditus organũ, qui subtilitate sua facilè eò penetrare potest, dirigit. Quo tamen natura ad bilis cerebri expurgationem, nonnunquã & pituitæ, per ductus venarum ad aurem pertingentium, quoq; vtitur.
  - *Membrana* tenui sed valida, cui tria ossicula audit⁹, sicuti in ossibus dictum est, ad nascunt, occluditur: quæ cauitati organi auditus obliquè nõ transuersim obducta, & aëre pulsata, Tympani membrana ob eam causam dicitur. Ta.49.fi.2c.f.g.

NASVS, in medio faciei, mox sub oculis, vt odorem qui ad superiora, vti & son⁹, fertur, cõmodius hauriret, collocatus est. Atq; organum olfactus, cui subministrat, cum similiter vt audit⁹ organum, è caluaria nõ prodeat, minimè quoq; continet, & sicuti aures ob vsũ perpetuò necessarium apertus manet. Hic

- *Vsum* insignem præstat, nam
  - *Intromittit*
    - *Odorem*: qui cum subtilissimos sit, facilè ossis cribrosi foramina permeãs ad olfactus organum illic latens peruenit.
    - *Aerem*, qui per amplã nariũ cauitatẽ inspiratione attract⁹, tum deorsum ad pulmones, tũ sursum ad cerebrũ defertur. Cuius cum tanta sit continuò necessitas, geminæ sunt narium cauitates, vt vna occlusa alia pateret. Sicuti etiã vtriq; obstructis, os ipsum, ad alia aliàs paratum, se aperiens, narium vsum, ne homo suffocetur præstat.
  - *Emittit* pituitam cerebri: quæ in narium amplitudinem sensim distillans ibiq; collecta, si ad palatum spontè delabatur, vel aëris attractione valida, vt fieri solet, in fauces vi trahatur, per os excreatur: vel si ad nares defluat, per eas emungitur. Vnde cloacæ alicuius instar, quæ ædibus extrinsecus adfixa est, duoq; sedilia habat, è facie aliquousq; educitur.
- *Structura*, ex lata basi sensim in acutiẽ obrusam, nasi Pinnam dicitur: & superiori sede Dorso in lõgum ducto protuberat: inferiori verò lata sede duabus cauitatibus septo distinctis, Naribus dictis, excauat. Sic formatũ nasum
  - *Induitur*
    - *Exterius* Cutis tantũ, nullus.n. adeps illi subijcitur, ne eo aucto nasi moles simul, quod turpe & incommodũ esset, increscerct. Vnde & obæsos, licet facies illis pinguescat, primam nasi magnitudinẽ semp nihilomin⁹ seruare videmus. Hæc cutis, sed a inferiori, in
      - *Medio* narium, sub septo, vbi nonnullis nonnihil dependet, adeo durum crassa & fungosa est, ita, vt cartilago, à qua tamen distinguitur, esse videatur.
      - *Ambitu* narium Pilis tandem ambitus, qui, ne quid crassius in nares inspiratione attrahatur, nonnihil impediũt.
    - *Interius*. Membrana Os succingẽs: quæ narium amplitudini se inserens, eas vndiq; cum naribus subducit, exquisitissimo sensus tactus prædita, qua irritata, sternutatio, insurgente thorace, pp̃ter cõtcosum huius tunicæ, quæ se thoraci quoq; insinuat, perficit.
  - *Constituunt* nulli ferè musculi, sed obiter latera duntaxat ipsius tangunt hi qui labia mouent: nisi iis adsit, qui in naribus inueniri putabatur: sed illũ astruunt
    - *Cartilagines* tres, q̃ anteriorẽ nasi sedem, & septi extremũ, ligamentis ossibus nexæ, efficiũt: vt sic nasus flecti, minusq; que melius cedere posset. Harum
      - *Elatiores* duæ, nasi ossibus asperis adnatæ, inuicẽq; constructæ, ad apicem nasi vsq;, cameratum narium efficiunt. Ta.17.K.
      - *Humiliores* tres, in
        - *Lateribus* vtrinq; vna orbicularis, quæ præterquam quod nares formant, in magna respiratione agitatæ, eleuari nonnihil & rursum subsidere possunt. Ta.17.L.
        - *Medio* vna, à septo ossis cribrosi sub duabus elatioribus producta, nares per medium distinguens. Ta 14. *spellatur.*
    - *Ossa*. Cauitatem narium amplam cõstruẽtia. Quæ septo in duas cauitates distincta, tũ sursum ad olfactus foramina, tũ deorsum ad palatum tendit. Formaturq; tota hæc cauitas
      - *Latere*
        - *Externo*, Maxillæ superioris ossibus, Quarto præcipuè, Secundo & Tertio. Frontis item ossis parte. Ta.6.fi.4.x ad a.& a Θ Y.
        - *Interno*, Septo narium, narium cauitatem totam distinguente. Ta.6.fi.4.Θ.
      - *Sede*
        - *Superiore*,
          - *Anteriore*, Maxillæ superioris osse Quinto vtrinq;, & parte ossis Quarti: quorum circumferentijs cartilagines adnascuntur. Ta.6.fi.4.x a.
          - *Inferiore*, exceptis spongiosis narium ossibus, Cribroso osse, perforato, aërem admittente. Tab.7.fi.1.L t.
        - *Inferiore* ad palatum, Maxillæ superioris ossibus Quarto præsertim, & Quinto. Ta.7.fi.3.A O.

OS, siue tota Caoetna aut amplitudo q̃ ore hiante appatet sub naribus statim locatũ est. Idq., vt in ciborum assumptione, nõ tantùm sapores ori, sed & odores, naribus, statim in ipsa ciborũ ingestiõe extrinsec⁹ offerat. Qđ, cum assumpta nõ tantùm gustu, sed & odore explorari & cognosci debeat, operepretium erat. Huius notatur

- *Vsus*: quo prӕterq̃ qđ secundariò, vomitu, expuitioneq; excrementa ꝓfundit, primariò intromittit
  - *Alimenta*, vt in eo velutin Culina seu Macello, antequam deglutiantur, comminuerentur, miscerentur, prӕcipuè verò prӕlibarentur seu prӕgustarentur, quod cum contactu fieri oportebat, instrumentum gustus, in eo collocatum est.
  - *Aerem*, naribus occlusis: prӕsertim vero in loquela, cum vox in illo formetur, transmittit.
- *Structura*, in qua separatim describitur
  - *Amplitudo oris*, quam
    - *Integit* Cooperimẽtum, eadem ratione, vti palpebra, trãsuersim in medio, quã tum pro cibo ingerendo sufficiebat, scissum: & in ambitu, Labiis, vt os melius clauderetur, & liquida sorberi possent, circumdatum: atq; vtrinq; Buccis seu Malis, maximè cũ inflatur protuberãs. Hoc
      - *Insternitur*
        - *Foris* Cute, cum subiecto adipe: quӕ in labiorum ambitu desinit, & sӕpe in malis ru[illegible]er.
        - *Intus* Membrana, quӕ
          - *Succingit* buccas, & simul palatum, vbi crassa & rugosa fit, atque dentes ambiens, gingiuas producit, extraq; os progressa, labiis, cute destitutis, obducitur.
          - *Columellam* seu Garganeonem, portiunculã paruã inter amygdalas oris positã, & à palati fine, vbi narium foramina fauces spectens, in oris amplitudinem propendentem profert, quӕ Ta.20 A.
            - *Carnea*, rubra, fungosa, longiuscula, obtusè acuitur.
            - *Vocem*, illic inter laryngem & narium cauitatem posita, modulatur.
      - *Infarcitur* in medio horum, Musculis amplis. Oris, Buccarum & Massetere, & in ambitu oris, Labiorum fungosa substantia.
    - *Constituunt* Ossea dux sedes, cum dentibus, in horum circuitu infixit, quibus buccӕ circa connexum obtentӕ, ipsorum loco, ore diducto, illius latera efficiunt. Harum sedium
      - *Superior*, immobilis, palatum scilicet, à Maxillӕ superioris Quarto osse, cui Dentes infiguntur, & Septo efformatur. Ta.6.fi.3 Λ n.
      - *Inferior*, mobilis, à Maxilla inferiore, cum dentibus, tantum in lateribus conformatur: cum in medio illius carnea solummodo, ne cũ moueri debeat, põdere nimio molestet, existat. Ta.6 fi.5. Ta.1 G
  - *Lingua*, in medio oris cõtẽts, quӕ basi sua anguliũ iuxta laryngis operculũ constituitur, in deque in ore libera vagaf. Cui⁹ notatur Ta.19 n.
    - *Constitutio*, qua
      - *Substantia* ipsius, vt in omnes formas anguillӕ instar voluari possit, musculosa, et cordis instar fibrosa existit: Cui Ta.19 fi.3 K K L L.
        - *Obducitur* Membrana quoque Os succingens, crassa & dura, quӕ in morbis variè afficitur. Ta.29 fi 1,2,3 A A, B, C.
        - *Adnascuntur*, prӕter Musculorũ quatuor paria, in radicẽ illius inserta, vbi & adeps duriusculus copiosius adhӕret. Ta.29.fi.12 D E F O H.
          - *Ligamentum* membraneum & latum, quod in mediũ fundi ipsius insertum, facit, vt lingua exerta, melius sic retrahatur. Ta.23.fi.3 t t.
          - *Vasa*, tum
            - *Vena* & Arteriӕ insignes, in fundo ipsius apparentes, a iugulari externӕ interiori ramo profectӕ. Ta.31 & 32 c.
            - *Neruus* duo, alter
              - *Gustatorius*, Tertiӕ coniugationis prӕcipua portio. Ta.34.fi.2 T[illegible]
              - *Motorius*, Septimӕ cõiugationis ramus, multis surculis linguam implicans. Ta.34.fi.2 n.
      - *Formam* eam & magnitudinem, quӕ ori vndiq; se applicare posset, & ciborum ingestionem minimè interea impediret, obtinuit: & vt promptior esset, ex lata basi in mucronem obtusum desinit. Ta.19.fi.1,2.
    - *Vsus*
      - *Primarius*, vt organon esset
        - *Gustus*, in omnibus animantibus, etiam mutis piscibus. Quem, oris succingens reliqua tunica nõnihil, pręcipuè verò hæc quoq; linguã inuestit, efficit: eoq; commodius, quod lingua in masticatione dum se cibis vndique applicat, gustum ipsorum melius percipiat & cum illa exeri possit, illorum etiam quę extra os posita sunt, saporem, quibus adhibef, deprehendat.
        - *Vocis* articulatę edendӕ. Quã sol⁹ homo, cũ pfectã linguã possideat in loquela pficit. Cũ aues, licet in cãtu vocem nõnihil formẽt, vel etiam linguã ipsorũ circumcisa, loquelã aliqua ex parte imitenf, im pfectè tñ eã edãt. Reliquaq; animalia tñ tũ vocẽ intẽsam vel remissã pferẽtia, lingua minimè ad hãc, vti neque homo in simplici voce vel cãtu, vtanf. Cum in loquela ad literarum pronuntiatiõem requiratur, tum
          - *Instrumentorum oris*, tum
            - *Linguӕ* situs, qui in omnibus ferè literis proferendis variat, magis tamen in consonantibus cum sursum ad palatum vel incisorios dentes admouemus linguӕ apicem, vel
              - *Rectum*, in C D L N T.
              - *Incuruatũ* in R, & in S cum stridore, & in S cũ sibilo.
            - *Oris* faucium-que dilatatio vel cõstrictio. Nam os
              - *Aperimus*, demissa lingua, tum in
                - *Vocalibus* efferendis. A E I.
                - *Aspiratione* H, & Gutturali litera K,
              - *Constringimus*, vel
                - *Exactè* in M, & mox iterum aperiendo in B, P.
                - *Nõ exactè*, cũ
                  - *Os facimus*
                    - *Rotundum* collectum, in O V Q.
                    - *Latum*, labio inferiore dentibus superioris admoto, in F
                  - *Lingua* sursum nonnihil eleuata, spiritum ex parte impedimus, in consonantibus.
          - *Spiritus* intentio & remissio, validius enim exsufflamus in R quam in A, & in Q P T S, quam in V B D F.
      - *Secundarius*, ad Ciborum ingestionem, & in ore agitationem commodiorem, vti & ad lambendum sistulandumue, ore collecto, & lingua modulante. Quę vt lingua in homine omnia prӕstat, ità in multis animantibus, vel vnum vel plura efficit.

BRACHIA Duo thoraci adnexa sunt. Horũ vsus infinitus, in eo maximè comprehensus est, quod admouent corpori quæ illi conueniunt, ab eoque remouẽt quæ illi aduersa sunt. Et in pueris, ex accidenti quoque pedis munere, dum quadrupes ambulat, fungunt. Huius iam dextri (quod plerumque ex consuetudine magis agile & aptum) quam sinistri, notatus

- *Functio*. Mouetur autem in omnes figuras brachium, non tamen singulæ ipsius partes, ne totalis fieret articulatio. Omnes enim recto motu mouẽtur, sed nõn omnes in latera & gyrum per se quoque ducuntur: cum interdũ non proprio motu, sed alieno, eò, eas duci sufficeret. Mouentur autem motuum generibus vel
  - *Omnibus* tribus simul, in rectum, latera & gyrũ, tum
    - *Brachium* vniuersum simul: idq; ob articulum humeri cum scapula: quod vt vndique rebus admoueretur, necesse illi fuit.
    - *Manus* tota simul, radij & brachialis articuli causa, vt prona & supina fieret, & ad latera quoque moueretur: quod ad apprehensionem rerum commodiorem, & miram illius agilitatem obeundam, illa opus habuit.
  - *Non* omnibus, sed
    - *Duobus* tantùm, in rectum & transuersum, Digiti integri, ob articulum superiorum primum: sufficiebat enim eos propter manum circumuerti.
    - *Vno* tantùm, in rectũ, cum flectuntur & extenduntur
      - *Cubitus*: satis enim erat ipsum causa humeri ad latera duci, & circumuerti.
      - *Digitorum* duo primi articuli: cum & hic, integrum digitum ad latera moueri, & manum totam circumuerti posse, sufficeret.
- *Constitutio*, in qua obseruant, brachij
  - *Fulcra* seu bases, quibus innititur, & quorum intermedio, mediæ corporis sedi, sub collo, thoracis parti superiori connectitur: vt æqualiter sursum, deorsum, antrorsũ retrorsumq; brachium corpori admoueret: qd' illi, cũ, si vltenus à trunco corporis ad pedis vsque tangendum, est, corpus inchoari posset, ad actionem decenter edendam satis erat. Hæc fulcra
    - *Efficiunt* Ossa duo: nam vt brachium in motu thoracẽ non impediret, a thorace extrorsũ protrudi debuit: ad quod duo fulcra exigebat, alterum sede
      - *Posteriore*, nimirum Scapula: quæ late sua basi costis, intermedio tantùm musculorum, connexa, in angustam cervicem a thorace procul eminentem desinit, ad quam homeri caput tanquam basi stabilitum mouetur. Ta.1 R.
      - *Anteriore*, videlicet Clauicula: quæ oblonga & rotunda, è pectoris osse cui innititur producta, scapulam repaguli instar, ne illa versus anteriora inclinet, sustinet, & nihilominus in motu, quia articulat, cedere potest. Quę cum in mulieribus nõ adeò a pectore emineat, vt minus dextrè, sicuti cum lapides iaciunt fieri videmus, brachia agitare possint, efficit. Ta.1 C C, 1 Q.
    - *Obducũt*, præter corium commune corporis, Musculi: sede
      - *Anteriore* ferè nulli, cũ clauicula sit excarnis, & ipsi partes duntaxat musculorum carneę adaptẽt. Sicuti pars
        - *Principij* musculi
          - *Humeri* Primi & Secundi. Quarũ quęlibet mediæ clauiculę adnascitur. Ta.16. a K ad I, & postea ab L ad N.
          - *Thoracis* Primi, inferiori ipsius sedi adplantatur. Ta.17 d.
        - *Insertionis* Scapulæ musculi Secundi, ad latiorẽ quoque ipsius sedem pertingens Ta.14 G.
      - *Posteriore*, Scapulam: quam occupãt, vel
        - *Partes* musculorum carneæ. veluti
          - *Pricipia*, quę prodeũt ab ipsius
            - *Processu* superiore, & spina tota, vt Humeri Secũdi musculi. Ta.23, M N.
            - *Latere*
              - *Inferioris* media parte, & angulo ipsius posteriore, sicuti Humeri Tertij musculi, & Octaui Fallo. Ta.25 R.
              - *Posteriora* tota veluti sede, Thoracis Secundi musculi. Ta.19 u.
          - *Insertiones* Scapulæ musculorum, qui inseruntur, vel in ipsius
            - *Processus*
              - *Spinam* totam cum summo humero, Secundus scapulæ musculus. Ta.22, H I.
              - *Internam* sedem, Primus musculus. Ta.17 k.
            - *Lateris* posterioris
              - *Latus* totum ferè, Quartus. Ta. 25, I K L.
              - *Angulum* superiorẽ, Tertius. Ta.23 C.
        - *Integri* musculi Humeri tres. Qui scapulæ sedẽ opplent
          - *Externam*, spina scapulę interstinctã: nimirum superiorem Quintus, & inferiorem Septimus. Ta.24 B F.
          - *Internam* cõcauam, thoraci innitentem, Sextus. Ta.10 F.
  - *Partes* præcipuæ Tres, ex quibus tota illius longitudo componitur. E quibus pars brachij in vsu
    - *Primaria*, est Manus. Vide MANVS.
    - *Secundaria*, est reliqua brachij longitudo Vide Longitudo BRACHII.
- *Vasa*. Vide VASA.

MANVS ad cõtactũ & apprehẽsionem rerum condita est, & ex varijs partibus, vt se commodius rebus applicaret composita. Dividiturque primum in partẽ ipsius

- *Divisam* in Digitos quinque: vt sic res variè tractare & efformare posset: E quibus pollex, cæteris ordine potius in acie elatior, in motu ipsis opponitur. Horum notatur
  - *Conformatio*: quis trib⁹ constat aciebus singuli digiti, pollex duobus: vt sic circulatim rebus in apprehensione applicarentur. Suntque
    - *Oblongi*, vt grandiores res & tangere & amplecti possẽt. Cæterum vt diductis digitis circumferentia ipsorũ superior rotũda esset, quæ ad omnia aptior & impartibilior est, nõ eandem habẽt longitudinem. Ad hæc vt
      - *Quatuor* digiti manu clausa æquales essent propter volæ manus variam exuberantiã,
        - *Longissimus* factus est Medius, cum vallo inter duos monticulos in media manu, cum claudit, inseratur.
        - *Brevissimus* Minimus est, monticulũ ipsi subiectum respiciens, illique manu clausa se applicans.
        - *Medio* modo se habent & æquales sunt Index & Annularis, eadem monticulorum iuxta vallum tangentes.
      - *Pollex* cæteris digitis flexis responderet, brevior illis extitit, & ad indicis medium vsque tantum pertingit: tunc enim maxime eo vtimur, cum reliqui versus ipsum in apprehensione flectũtur: ob quam causam, & ne pugno formato reliquos excederet, hæc illi longitudo erat accommoda.
    - *Crassi*, robusti, & ferè quadrati, foris gibbi intus lati. Quo longiores tamẽ, eò fiũt & crassiores, si pollicẽ demas, q cũ cæteris opponat & crassior & validior esse debuit.
  - *Compositio*. Nam (præter cutem ipsos involuẽtem, quæ varijs lineamentis & rugis, motus causa, vt in cute dictum, abundat)
    - *Fulciuntur*
      - *Ossibus* Ternis singuli quatuor digiti: pollex tamẽ, cum sit brevior, duobus tantum, quæ invicem ginglymo, cui ligamenta obvolvuntur, coniunguntur.
      - *Vnguibus*, in extremitatibus: idque vt melius in contactu rebus resisterent, & parvas res commodius apprehenderent.
    - *Infarciuntur*
      - *Tendinibus*, mucosis membranis obvolutis, & vasis multis externa & interna sede ipsos pertreptantibus
      - *Adipe* duriusculo in sede ipsorum interna, & lateribus: quæ tendines & vasa munit, simulque vacua spatia digitorum inter articulos, vt melius in contactu rebus applicarentur, & iunctis digitis liquida quoque manus contineret, infarcit & adimplet.
- *Integrã*, à digitis ad cubitũ vsque pertinentẽ. Cuius pars
  - *Lata*, quæ digitis in apprehẽsione commodè opponitur. Postbrachiale dicitur. Pars ipsius, à radicibus digitorum ad articulum vsque. Cuius notatur
    - *Conformatio* ad apprehẽsionem cõmoda facta: vnde gibbum foris, intus cavum, &
      - *Longitudinem* eandem cum digitis habet.
      - *Latam*, ac veluti quadratum, sed versus posteriora augustatum: sedeq, externa varijs chordis eam pertreptantibus cõspicuum, interna verò, propter monticulos, & plicaturas cutis, quas ob varium motum obtinuit, admodum varium.
    - *Constitutio*: ipsum enim cute excepta
      - *Suffulciunt* Ossa quinque, integra, simul composita, quæ quatuor digitis inarticulantur.
      - *Infarciunt*
        - *Tendines*: qui complures hic à cubito digitos foris intusque accedunt.
        - *Musculi* in interna ipsius sede rantium, qui Digitos movent. vt
          - *Recti*, qui ad nascuntur
            - *Tendinibus* Secundi musculi digitorum quatuor.
            - *Ossibus* postbrachialis, in intervallis digitorũ octo, & sub minimo digito duo, sub pollice vn⁹, repositi.
          - *Obliqui*, sub Pollice in Veneris monticulo, exteriores tres, & profundiores tres, residentes.
  - *Contracta*, vt commodè lata manus cubito sic adiungatur. Brachiale dicitur: quod in radice manus occurrens, cum obscurè moveat, vix à postbrachiali discerni potest: & componitur (cute excepta)
    - *Ossibus* octo brevibus: quæ duobus ordinibus simul iuncta, ossibus brachialis coarticulantur.
    - *Tendinibus* multis, quæ ligamentis tanquam annulis ne assurgant, in hoc loco continentur, Vasisque locum hũc pertreptantibus, inter quæ, & arteriæ hic manifestè pulsare sentiuntur & tanguntur.

HVMERVS pars Brachij alia oblonga est, inter cubitum & scapulas. Cuius notatur

- *Cõformatio*, qua
  - *Longior* est cubito, nam illius longitudinem & brachialis simul sua longitudine adæquat.
  - *Crassus* ferè æqualiter, nisi vbi in summo humero exuberat: minus tamen crassus, quam cubitus eò loco vbi crassissimus est, existit: id [?], cum in humero vnicum ferè tantum musculorum genus, in cubito tria, reponantur.
- *Constitutio*, ex propriis [?] cono[?]
  - *Musculis* humeri sedē occupantibus, vel
    - *Internā*, tum
      - *Integri* musculi: vt Cubitū flectētes duo, nimirū
        - *Primus* elatior, bifidum exortum habens, Ta. 16. z. 17. z. 18. ß.
        - *Secundus* huic subiectus. Ta. 17. x x. 18. θθ.
      - *Partes* seu insertiones Humeri quatuor musculorū primorū: qui simul in eodē loco vbi exurpprimi musculi diuisum est, humero implantātur: Ta. 17. iuxta. Q V. 24. 1.
    - *Externā*, quam tenent musculorum
      - *Corpora* vt sede
        - *Superiore*, Humeri Secundi musculi: cuius corporis maxima pars humero illic incumbit, protuberantioremque illius locum constituit. Ta. 22. L. 23. Δ.
        - *Reliqua*. Carnea moles ossi adnata, Cubitū extendens, tribus principijs exorta. Ta. 22. R S T.
      - *Exortus*, duorum tantùm, qui magnam humeri partē peruadūt, & sunt principia musculi
        - *Radij* Secundi, paulo elatius exorti. Ta. 25. a.
        - *Manus* Quarti, paulò inferius progressi. Ta. 24 ab 1. ad Λ.
  - *Osse* vno tātùm oblongo, Humero dicto: quod sufficit bat ad rotundum ipsius caput, quo scapulæ coarticulatur, & latum quoque, quo per ginglimum cubito articulatur, edocendum. Ta. 1. 2.

VASA Brachij sub cute perspicua, sunt

- *Venæ*, in
  - *Humero*
    - *Summa* sede, Humerariæ axillam præterpantis ramus, descendens in mamillas quoq; interdum: Ta. 31. d d. 50. l. *supremum*. quem comitatur Neruus brachij primus. Ta. 35, 36. h.
    - *Longitudine* reliqua, Duæ insignes, anteriore sede cōspicuę, soboles vtrinq; emittētes, atq; interdum inuicem coeuntes. Harum
      - *Superior*, Humeraria est, integra adhuc: quæ per totam ferè humeri longitudinem deorsum recta, externa sede nonnihil tamen, ad exterius humeri tuber defertur. Ta. 31. a. 50. l. *superius*.
      - *Inferior*, Axillaris discissę truncus est, cutem perreptans: qui sub media brachij longitudinis tantū sede sub cute cōspicuus, versus interius humeri tuber, comite Neruo sexto Ta. 35. ch. 48. descendit. Ta. 31. r. 50. *supra* o.
  - *Cubito*, Tres notatu dignę, varieq; digestæ, ac hinc inde inuicem cōmixtæ. Has omnes mox sub cubiti flexu ea anteriore sede, si opus sit, secans, atque in harum defectu nimis ferè curiosè partis affectæ diuersitatem obseruant. Cum eadem ferè origine à vena caua productæ, parum, an hanc vel illā seces ad reuulsionem faciēdam, modo illa satis pateat, à neruoque libera sit, quod præterea obseruandum erat, referat. Harum autem venarum alia est & dicitur cubiti vena
    - *Exterior*. Estq; Humerarię ram⁹ posterior, per exteriorē seu superiorē primū sedē (quo ductu tantū illū comitat Nerui secūdi ramus superior. Ta. 35. Δ Δ.) inde posteriorē cubiti regionē, comite Nerui quarti ramo cutaneo Ta. 36. ch. 3. descēdens. Ta. 33. a β. Hæc in capitis affectibus secari solet, vnde & Cephalica dicitur. Ta. 50. l. *inferius*.
    - *Interior*. Estque Axillaris venæ ramus cutem perreptans inferior duobus ramis per cubiti longitudinem delatus quorum humilior Ta. 31. xx. comitem habet Neruum sextum. Ta. 35. ch. 48 in quem, cū in, cubitū impingimus, stupor ille digitorū nascitur alius verò melius. Ta. 31. a. in cubito paulò supra aliū descēdens, Nerui secundi ramum inferiorē comitem nanciscitur. Ta. 35 ⊕ Λ. Hæ ambæ venæ, inferior tamen maximè, in ventris affectibus: in dextro brachio si hepar illiusque loci partes laborent, vnde Hepatica dicitur: in sinistro, si lien vicinæq; partes, vnde Splenetica dicitur afficiantur, secantur. Ta. 50. o p.
    - *Media*. Estq; Communis vena, cuius initium bifurcatum, ex duobus ramis anterioribus breuibus, conflatur: quorum elatior ab humeraria Ta. 31. h. comite Nerui secundi ramo medio Ta. 35. ⊕ Λ. obliquè descendit: altera ab axillari. Ta. 31. r. obliquè ascendit, vbi inuicem coeuntes, communem venam in cubiti flexus medio, vel paulò humilius constituunt. Ta. 31. s. quę à medio cubiti, per externā, siue elatiorem ipsius sedem versus pollicem descendens, bipartita, vtrinque venis vicinis variè miscetur. Huius principij ambę venæ, tum elatior, tum humilior (longè securius cum à neruo libera sit) in thoracis affectibus, vnde Cardiaca dicitur, aperiuntur. Ta. 50. m n.
  - *Manu* variè deductæ, & ad digitos quoq; pertinentes. Quarum præcipuè obseruātur in manus sede
    - *Externa*, ad radicem
      - *Pollicis* & indicis: ramus Communis venæ, elatior externus. Ta. 31. y. Quem Cephalicæ nomine in capitis affectibus secant, cum tamen à media vena procedat. Ta. 50. * *interna*.
      - *Minimi*, annularis & medij: Cōmunis venæ inferior ramus, isq; vel solus, vel cum Cephalicæ dictæ venæ ramo posteriore cōmixtus. Ta. 31. 1. Hic Hepaticę loco in dextra manu, Spleneticæ verò in sinistra, vbi Saluatella dicitur, secatur. Ta. 50. * *externa*.
    - *Interna*, Pollicis monticulum implicant venæ, mixtæ ex ramis Hepaticę propagine anteriore, & Communis venæ portiuncula elatiore interna. Ta. 31. A.
- *Arteria*, hic quoq; sub cute pulsātes sentiūt, vbi excarnes sunt loci, q̄ Axillaris arterię rami sunt, brachiū peruadētes. Vt sunt, qui in cubiti flexu nonnihil sentiuntur, præcipuè verò pulsant, in
  - *Brachiali* seu carpi interna sede,
    - *Elatiore* maximè, vbi Medici pulsum tangunt. Ta. 32. a.
    - *Interna*, minus manifestè. Ta. 32 *
  - *Manus* externa sede inter pollicē & indicē, & digitorū sede interna. Ta. 32. T.

CRVRA vel Pedes duo, sub trunco corporis ventri subiecta sunt, & corpus quod sustinent in altum eleuant, locoque mouent: idque pedetentim in incessu, cum alternatim pede vno moto, altero terræ innixo, corpus ab vna sede in alteram transfertur: vel subito, in Saltu, cum ambo pedes contra solum impulsi cum nixu, eleuatique, corpus veluti in alium locum proiiciunt. Horum quoque, tam dextri quam sinistri, consideratur

- *Functio*. Mouetur autem, vt brachium, motus generibus
  - *Omnibus* tribus simul: tum
    - *Crus* totum: femoris rotundi capitis cum acetabulo ilij causa.
    - *Pes* totus: fibulæ gratia.
  - *Non* omnibus, sed
    - *Duobus* tantùm: Digiti toti, pedis enim occasione circumuertuntur.
    - *Vno* tantùm, recto,
      - *Tibia*: cum femoris causa, tum ad latera ducatur, tum circumuertatur.
      - *Digitorum* duo extremi articuli: cum primo ipsorum articulo ad latera ducantur, & pedis occasione circumuertantur.
- *Constitutio*: in qua rursum notantur ipsius
  - *Fulcra*, quorum beneficio, atq; intermedio, crura corporis infimæ sedi affiguntur, corporique sustentant. Quibusq., cum dorso adnexa sint, corpus dum sedemus veluti in subsellius sustinetur, & cum stamus, pedum opera in altum eleuatur. Suntque partes illæ quibus sedentes innitimur. Quæ
    - *Constituuntur* maximè Coxæ ossibus, quibus femur articulat, licet & ventris inferioris capacitatem seu fundum firmum efficiant. Huius pars
      - *Anterior*, Pubis os dicitur, vbi ossa vtriusque lateris laxo coalitu coniunguntur. Ta. 1 ρ e.
      - *Posterior* superior, Ilium os dicitur, sacro ossi laxè quoque commissum. Ta. 1, o.
      - *Lateralis* Coxendix est, cuius acetabulo femur inarticulatur. Ta. 1 π.
    - *Obducuntur* Musculis: vt sede
      - *Posteriore* ad nates, musculorum
        - *Corporibus*, illis scilicet q Femoris p suot motibus, Quorum
          - *Elatior*, Primus, est maximus, nates efficiens, quo puluini loco in sessione vtimur. Ta. 22 o.
          - *Profundiores* tres existunt, è quibus
            - *Incumbunt* mutuo duo, minimum
              - *Secundus* sub primo. Ta. 23 z.
              - *Tertius* sub secundo. Ta. 24 z.
            - *Subiacet* horum inferiori lateri Quartus, transuersim, pyri formis: & pars exterior Decimi musculi. Ta. 23 β t.
        - *Principijs*, quæ hic ab infima coxendicis sede, sub primo femoris musculo occultata oriuntur: vt musculorum
          - *Tibiæ* trium capita: nempe Tertij & Quarti superiora, & Quinti musculi caput inter hæc positum. Ta. 13 φ τ x. & Ta. 24 λ μ π.
          - *Femoris* Quinti caput, sub his tribus capitibus exortum. Ta. 25 δ ε ζ.
      - *Anteriore* circa pubem, musculorum
        - *Principijs*: vt Tibiæ musculorum quorundam, hic elatiore sede prodeuntium, tum ab ossis
          - *Ilij* spina: veluti
            - *Primus*, exteriore sede. Ta. 16 z.
            - *Sextus*, iuxta hunc. Ta. 16 χ.
            - *Nonus*, à tuberculo. Ta. 17 θ.
          - *Pubis* commissura, Secundus, interna sede. Ta. 22 γ.
        - *Corporibus*, quæ in profundo ossibus illic proximè adiacent. Suntque Femoris musculi: è quibus aliq ossis
          - *Ilij* cauam amplitudinem, quæ ventris cauitatem internam respicit, opplent: sicuti
            - *Sexti* musculi corporis pars media tota inferior, reliqua cum dorso adnectitur. Ta. 20 r.
            - *Septimus* musculus, cauitatem hanc adimplens. Ta. 20 π.
          - *Pubis* sedem occupant
            - Externam,
              - *Octauus*, seu principium Quinti musculi. Ta. 20 z.
              - *Nonus*, sub isto occultatus, transuersus, foraminis illic externam sedem obtinens. Ta. 21 v.
            - *Internam*, Decimus, foraminis sedem interiorem illic parte sua interna possidens, & postea cum adnatis partibus ad exteriora reflexus. Ta. 25, α β γ.
  - *Partes* præcipuè Tres, vt in brachio, è quibus tota illius longitudo componitur. Cuius pars alia
    - *Recta*, longa, superior, dici potest PES ERECTVS.
    - *Transuersa*, breuis, infima, est PES TRANSVERSVS.

PES

PES Rectus, est pars cruris superior, recta à pade infimo ad coxam vsq. deducta, cuius causa corpos in altum erigitur. Quæ quia moueri quoq. debuit, rursum diuisa est, vti brachium, in duas partes. Quarum

- *Femur*, respōdēs humero: pars illius est, a coxa ad genu vsqua producta. Cuius notas
  - *Cōformatio*, qua
    - *Longitudinem* mediam totius cruris comprehendit.
    - *Crassius* multò quā tibia, ad quam se fecus quam humerus ad cubitum habet, idq; ob insignes quibus tibia opus habuit musculus, sensim tamen versus genu attenuatur.
  - *Constitutio*, coxsu excepta,
    - *Musculis* vndiq; femur amplexantibus, qui tibiam mouēt, vnusque tantum femoris motui præfectus. Horū occupant sedem
      - *Posteriorē*, Musculosum
        - *Corpora* vt
          - *Tibia* trium, è quib.
            - *Elatiore*. sunt
              - *Tertius*, interior existens. Ta.23.Φ.
              - *Quartus*, exterior. Ta.23.Ψ.
            - *Substratus*, Quintus, tertio subiectus. Ta.24.Ψ.
          - *Femoris*, vnus, profundior, Quintus, maximus, tribus velut principijs constitutus, suoque corpore femoris os proximè ambiens, vt secūdus humeri musculus humerū. Ta.25.Z Ξ.
        - *Partes* tū tum, valuu
          - *Insertionis* Femoris musculorum superiore parte. Ta.22.Π 23.Ϛ.24.α.
          - *Exortus* musculorum
            - *In poplite* latitantis. Ta.27.Ρ.
            - *Pedis* trium primorū à capitibus femoris exortorum. Ta.25 Ϫ Π α.
      - *Anteriorem*, præter insertiones aliquas musculorū femoris, Tibiæ musculi: è quib. alij
        - *Elatiores* sūt, vt iuxta femoris
          - *Medio* est Primus, longissimus, obliquè per medium femur ductus. Ta.16.Ξ.
          - *Lateri*
            - *Externo* est Sextus cū lata mēbrana. Ta.16.Κ.
            - *Interno* est Secundus, exactè illud latus occupans. Ta.16.Λ.
        - *Profundiores* tres, in vnū tendinē, cui mola insunt nascūt, desinētes. Horum in femoris longitudinis
          - *Medio* Non. inest sub reliquis. Ta.17.Φ.
          - *Lateri*
            - *Externo* Septim. sub hoc latet. Ta.18.Δ.
            - *Interno* Octau. ferè totū femur ambiēs. Ta.18.Π.
    - *Osse* vno, Femore, oblongo: quod coxæ acetabulo superius, & tibiæ inferius inarticulatur, ligamentisque nectitur. Ta.1 Δ.
- *Tibia*, respōdens cubito, pars illius à femore ad pedē extremum vsque protēsa existit. Cuius consideratur
  - *Cōformatio* ,qua
    - *Longa*, paulò tamen breuior quam femur existit. Quæ illorum proportio semper seruatur: licet quibus gracilior est tibia, illis longior esse videatur.
    - *Crassior* circa suram & rotunda, nisi quod posteriori sede vtrinq. nonnihil extuberat, & loco anteriore, acuta linea, in quam facilè impingimus, prominet: supra hanc sedem inter genu & surā, vbi fascijs stringi solet, nonnihil imprimitur, infra verò suram sensim angustatur, tendinibusq. supra calcam eminet. Estque hæc tibię decens figura, in qua corporis quoque pulchritudo spectari solet.
  - *Constitutio*, excepto coxa
    - *Musculis*, qui tibiæ ossa amplexantur, tantum ea sede excepta, quę ad anteriora vergans ex carnis tacto deprehen. Ta.14. X.Y. atque in exteriore quoque illius sede, sub medio ipsius longitudinis nuda etiam existit. Tab. 14.1. Suntque varij, tum qui pedem, tum ipsius digitos mouent: vt sede
      - *Posteriore*,
        - *Elatiores*, Pedis musculi duo suram constituentes, Primus & secundus Ta.12.Φ.Ϛ.25.Φ Υ.
        - *Media*
          - *Pedis* musculus
            - *Paruus*, Tertius, sub his latens, & quatro expans. Ta.26.Φ.
            - *Maximus*, Quartus, dictis substratus. Ta.16.Ψ.
          - *Digitorum* pedis Secūdus & Tertius, inter quartū & quintū pedis musculus repositi. Ta.27.Λ.Ξ
        - *Profundior*. Pedis Quintus, sub his occultatus, ligamento accumbit ossium. Ta.28.ß.1.D Κ.
      - *Anteriore*, extecna tantum, interna enim vt dictum, excarnis: ex his
        - *Elatiores*. Pedis
          - *Sextus*, Tibiæ attensus. Ta.16.Ψ.
          - *Septim.* fibulę caporrect. Ψ. 19.Φ
        - *Profundiores*
          - *Digitorum*
            - *Decimus* quartus sub sexto reconditus, & parte sua, quę Quintum pedis afficiat musculum. Ta.17.Ψ.
            - *Decimus* quintus, sub quarto ferè situs. Ta.17.ch.14.
          - *Pedis* Octauus, sub septimo pedis penitus occultatus. Ta.19.Υ.
    - *Ossibus* duobus, eiusdem vt in cubito vsus. quorum
      - *Interius* & crassius est Tibia. Ta.1.Φ.
      - *Exterius* & gracilius est Fibula. Ta.1.Ψ.

DE CRVRE.

PES Transuersus seu caterm⁹, infima cruris est pars transuersa: vt sic stantes cõmodius illi innitamur. & tibia, perpendicularis lineæ instar, tanquã in alia transuersim ducta, cõmodius sur fulciaf: quod & ad saltum quoque conueniebat. Hic pes, vt rebus cõmodius inniteretur, constat parte alia

- *Non diuisa*. Estq; pars tota pedis integra, ex tra tibiæ longitudinem trãsuersim, sede anteriore magis, posteriore minus, educta. Quæ
  - *Cõformatione*,
    - *Longitudinem* eam obtinuit, quæ ad hominis incessum & saltum requirebatur, & mediã ferè tibiæ longitudinem adæquat.
    - *Lata* est, sed in parte tibiæ
      - *Anteriore*, vt digiti illi commodius applantarẽtur, magis latescit, indeque sensim angustatur.
      - *Posteriore*, in obtusum caput & rotundum desinit.
    - *Crassissima* in extremitatibus, quibus vtrinq; dum stamus innititur, existit. Tenuior verò in medio, & vt rebus rotundis melius se accõmudaret, cõuexum nõnihil fit.
  - *Compositione*
    - *Integitur* Corio cõmuni, quod in pedis
      - *Superficie*, ex simplici cute efficitur, sub qua chordæ ad pedes deductæ apparent.
      - *Planta*, propter cutẽ valdè sensilẽ, q̃ tñ callosa & dura in ambitu, pręcipue vbi pes terrę innititur, vsu tandẽ efficitur, constat ex
        - *Adipe* duriusculo, copioso, fibroso, & veluti carnoso.
        - *Ligamento*, lati tendinis in manu vicem gerente, quod pertinaciter adipi illic subnascitur.
    - *Constituitur*
      - *Musculis* Digitos pedis mouentibus. Quorum alij in pedis sunt
        - *Planta*, quorũ
          - *Elatior*, numero Primus, totus carnosæ substantiæ pertinaciter substratus est. Ta.27.o.
          - *Profundiores* musculi sunt, qui aduascuntur
            - *Tendinibus* tertij pedis digitorum musculi: Carnea mõstrũ moles, in quatuor musculos diuisa. Ta.27.μ ν.
            - *Ossibus* pedij, vti inferiori sede, Caro, quæ Decẽ musculorũ loco recẽset. Ta.18 fi. 1.1. dein in lateribus vtroque musculi duo. Ta. 22. λ. 26. ρ.
        - *Superficie*: Corpus scilicet musculorum, Decimũsextũ pedis digitorũ constituens musculum. Ta.18.ν.
      - *Ossibus*, inuicem iunctis, & ligamentis connexis. Vti sede
        - *Posteriore*, duobus ossium ordinibus. Quorum alter cõponitur ossib⁹
          - *Maioribus* trib⁹, quibus minora dicenda articulantur: ex his
            - *Superius*, Talus tibiæ articulatur. Ta.13.fi.1,2.ρ.
            - *Inferius*, Calx talo substernitur. Ta.13.fi.1,2.α.
            - *Anterius*, Nauiculare os talo connexum est. Ta.13.fi.12.ω.
          - *Minoribus* quatuor Tarsi, quibus pedij ossa adiunguntur. Ta.13.fi.1,2.ch.t,1,3,4,5.
        - *Anteriore*, Pedij quinque ossibus, quibus pedis digiti copulantur. Ta.13.fi.t.t,1t,tt1,1ttt,v.
- *Diuisa* in Digitos quinque: vt sic terræ inæquali vndique melius pes applicaretur. Qui, sede anteriori, continuò ordine omnes quinque, nisi fortè calceis coacti, alter alteri nonnunquam, præsertim pollex indici, vel index pollici incumbat, collocati sunt. Horum notatur
  - *Cõformatio*: qua
    - *Longissimus* est index, ab eo pollex & medius, reliqui duo breuissimi.
    - *Maximus* est pollex, maximus qui sic denominatur existit, reliqui verò eò minores, quo magis à pollice recesserunt, sunt.
  - *Compositio*, Quæ, cute excepta,
    - *Fulciuntur*
      - *Ossibus*, in Pollice duobus, in reliquis verò singulis Quatuor, ternis: quæ ligamentis in articulis mutuò vinciuntur, & constringuntur. Ta.13.fi.1,2.Δ.Ξ.
      - *Vnguibus*, extremitatibus ipsorũ, vt cõmodius resisterent, præfixis.
    - *Infarciuntur*, Adipe duriusculo: quẽ tendines cũ ossibus sesamoidibus peruadunt.

VASA

VASA Cruris cutanea vel sub cute deducta, sunt

- *Vena* (exceptis illis quæ inguina & coxendicē accedunt, de quibus in ventre dictū fuit) omnes à ramo, infra os sacrum ad Crura delato originem sumunt. Suntq. Quatuor insignes & longę venę. E quibus duę prodeunt
  - *Elatius*, in Femore, quarum
    - *Interior*: in ipsa inguinū regione prodiens, per interiora Femoris & Tibiæ, vbi eius oppositum respiciunt, in ara malleolum internum, per Pedis superiora, ad Digitos illius distribuit. Hęc Ta.31 ⊕ ✦ ✝. Ta.50 f.
      - *Nervum* cutaneum cruris Secundum, toto ipsius ductu præpositum habet, unde non sine periculo secatur. Ta.35.ch.60,61,62,63.
      - *Aperitur* duobus in locis: tum in
        - *Tibia* superioribus, sub Genu, spacio transuersæ ferè manus. Illicque eam Germ. Brandoder uocant. Quæ sæpe, uaricosa facta, mirè dilatata & distorta uidetur, tumq; eam Krampfoder appellant. Ta.31 ✦,50,ꝝ.
        - *Pede*, mox sub pollice, Cephalicamq. vocant. Ta.50,z.
    - *Posterior*: post Inguinum sedem, in media femoris longitudine, duplex ferè in exortu primum emergis: & per ipsius posteriora, poplitisq; flexum, suramq; quibus ramos distribuit, ad Pedis externum latus vsque deducta, dispergitur. Quæ tamen simplex interdum existens, femur minimè transcendit. Ta.31.ch.3,4,5,6,7,7.
  - *Humilius* in Poplitis flexu. Estq. alia
    - *Exterior*: per Tibiæ exteriora, iuxta externum malleolum ad Pedis superiora, externi lateris deducta: atque dum suram penetradit, ramis uenæ posterioris, & in pede uenæ interioris propaginibus undique permixta. Ta.31 ch.12,13.
    - *Interior*: per Tibiæ interiora, versus posteriora tamē nonnihil, ad Pedis internam sedem, a calce ad pollicē vsq. delata, in hoc pedis interno latere, venulis interioris rami commixtus. Ta.31 ch.15,16. Hæc
      - *Nervi*, qui interiorem venam huc vsque comitatur, soboles quoque vicinas habet.
      - *Secatur* In pede, mox sub interno malleolo. Estq; Saphæna dicta uena, quam Germ. Rosoder uocant. Quæ in suppressis mensibus aperta, eos, cum omnes venæ uteri à caua prodeant, prouocat. in hæmorrhoidibus quoq; præcipuè dolentibus, secta, aliquo modo, cum exiles venæ etiam à caua ad cutem ani pertingant, reuulsione facta, dolorem leuat. Inijs verò prouocandis, cum præcipui rami à vena portæ deducti, hæmorrhoidales venas constituant, parum admodum, vena pedis aut alterius loci secta, emolumenti adfert. Idq., cum venæ portæ rami, nullibi ad cutem, aut superficiem corporis, nisi ad rectum intestinum vsque ferantur, vbi vel apertę, aut sanguisugis inanitę, tantam utilitatem, in causa morborum diuturnorum, à fæculento sanguine ortorum curatione præstant.
- *Arteria*, à ramo arteriæ ad crura delato productæ. Ta.32 Φ. Quæ in pedis locis excarnibus, ut iuxta Malleolum, internum præcipuè, ubi applicationes ad febrium paroxismos impediendos fieri soleot. Ta.32 ✝. & Pedis superioribus Digitisq;. Ta.32.Φ.Ψ. pulsare, tactu deprehenduntur.

FINIS.

ERRATA PLVRIMA COMMISSA ESSE, IN TANTO EXIGVOrum characterum numero, non est mirum; quorum præcipua, per foliorum numeros, & signa S,M,I, Superiorem, Mediam & Inferiorem paginę sedem significantia, perquires atque sic emendabis.

IN PRIMO ET SECVNDO LIBRO.

Fol.12.S laxo nexu. Ta 4.fig.1.a.
13.M sinum conferente
14.S fi.4,12,o.Ib.fi.4,5,12.π
I amplissimum est.fi.,.4,5.l.Inf.fi.9,10 s.& fi.8.T.
15.S Capitula occipitio.Ib.Sinus prima vertebra.
Ibid. occupantem.fi.3,4.a.Inf.subiectum est.fi.8.β
16.S quo longius à lumborum.
17.I surgunt,& fi 1,6,7,H. Ibid.Ta.4.fi.1.ab x ad t.
18.S ceruicis vesicæ & vreti.
20.I sede seu basi.
21.S adnascitur fi.2.γ.Ibid.extuberantias fi.1 supra ν
22.I intromittit.Ta.6,7,fi.1.R.Ibid Ta.7 fi.1.c.
Ibid. & Ta.7 fi.1 dd.Ibid.Ta.6.fi.3.g.& Ta.7.fi.1.g
23.M deducit.Ta.6.fi.3.x.Ibid.Ta.7 fi.1.x.
Ibid. Ta.6.fi.3 v.Inf.quinque.Ta.6.fi.3.μ.
24.S Ta.6.fi.4.O X & T.Med.cum frontis osse.
I Ta.7.fi.1.Z Z.Ibid.cum cuneiformi osse.
27.S & Ta.7.fi.1.c.Inf.Ta.6.fi.1,2. G X H.
28.S Ta.6.fi.4.R & fi.1,2.g.Ibid.Ta.6.fi.4.YZ.
M Ta 7.fi.1.vtrinque Inf.Ta 7.fi.1,2.K.
29.M Ta.7.fi.1.g.Ta.6.fi.3.g.Ibid.Basim permeat.
I occurrit Ta 6.fi.3.g.Ibid protuberat pro-
30.M Ta 6.fi.1.3.k fi.4 M.Inf.admodum vanum.
31.I ossis temporum.fi.4.β.
34.S fi.3 iuxta 3.Med ex lata basi.Inf Ta.7.fi.3.H.
35.S Ta.7.fi.1.sub M.Ibid.Ta.7.fi.1 E Ibid.Ta.7.fi.1.T.
I Ta.7 fi.1,2.T T.Ibid.Ta.7.fi.3.inter H.
36.S Ta.7.fi.1.γ.Med.Emittit ex oculi sede
37.S Nasi causa.Ta.6.Med.fi.4 ab o ad qq.
38.I Ta.6.fi.3.x Y.Ibid.vni ipsius ossi.Harum
Ibid. sanium vsque.Ta.6.fi.4.ι.
39.S Qui fi.1 φ.Ibid.& fi 3.A A.Ibid.fi.1.supra φ
M fi.1.3.Ibid.imprimitur fi.1.2.Inf.Ta.6.fi.3.X.
41.I quod.Ta.6 fi.3.Z.
44.M vndecim fi.4,5.O.In.ch.1,2 ad 12.vsque.
Ibid. ad motum edendum.
45.I Ta.3 fi.1.q.Ibid.Hæc fi.7.ν.
46.M paratum.Hæc fi.9.10.C O.
47.S existit fi.11.e.
48.I admittit.fi.5.H T.
49.M humeri tuber.Ibid.oritetur.Ibid.sistit fi.5.μ.
I perducta fi 5 b.Ibid.admittens fi.5 f.
50.M aliquousque ducitur.Inf.gracilescens donec.
I emittit.fi 7.8.12.ς g.Ibid.fi.7 k k.
51.S accommodans 14.x Y x.Ibid.superiori.fi.13.e.
56.S resistans fi.1,3.ι.Inf.fi.2 H.& 3.1.
57.M asse illo.Ibid.vndecimum educit.
Ibid. CONTRACTIOR.Ibid.crassam.Ibid.impressam qua.
58.S producente.fi.5.1.Ibid.explicandum fi.4.H.
59.S latescit.fi.5 o.Ibid.inseritur fi.5 v c.
I curuatur.fi.2,3,9,10.ι.Ibid.fi.11.υ.& fi.2,4.δ.
Ibid. prodit.fi 1,5 δ δ.
60.M dehiscit.fi.2 Y.Ibid.seiuncta fi.1,5.Ib.comprimitur fi.2,6.
I ossibus exstruatur.Ibid.qui pedij.
61.I pedis fi.2,8,9 ε.Ibid.Ta.13.fi.1,2.& fi.10.11.
62.M subrus cauam.Inf fi.2.f f.Ibid.fi.1,2.S T V.
63.S & fi.11.Ta.18.Ibid.cui præponitur.
64.I duriores partes.
65.I in deglutitione deorsum.
67.I Aponeurosis.
69.I MARVM INTERNAM.
70.S insertus Ta.16.C ε.Ta.19.fi.6 A.
71.M buccæ sequuntur.
72.M amplitudinem spectans.
73.S adnascitur.Ta 19.a.Inf.Tab.19 iuxta.a.Ibid.eum ducitur.
74.S Ta.14.B & 15.K.Ibid.Ta.14.O.15.H.dele illud.
75.S affirmat fi.7 α β.Inf.fi.1,2 x.Ibid.fi.2,3,5.L.
76.S deglutitione, lege quater.
77.S Hoc & ossi hyoidi fibras, & postea Hoc oritur.
I negat.quod fi.1,2.G.Ibid.Ad Latera si ex.
78.S longior.Ta.26.a n,Inf.vertebrę processus.
80.S vsque.Ta 13.S T.Ibid.qui.Ta.22.O,23 Θ.
81.S omnino substratus.Ibid.inferiorum ceratum.
82.M perforatur Ta.19.d.Ibid.Obliqui simul.Ibid.Ta.18.R.19.b
83.I ad excretionem.Ibid.egregiè opitulantur.
86.S locatum.Ta.18 m Ibid.latet Ta.24.a.
I ceruicem.Tria alia à Fallopio.
87.S Ta.17.d.18.x.
89.M quod.Ta.26 H.Ibid.inferior.Ta.17,O.16.S
I inter ossa ilij Ibid.quoque intextus.
90.M Ta.18.ρ.19.υ.
91.S Ta.19.33.20.f,Med.Ta.14.g.17.f.
92.S digitus incuruati.Med.octo interossalibus.
95.M magis occupat latus.Inf cubiti ossa.
96.S Ta 22.y.Ibid.Tertij & Quinti.Ibid.Ta.23.f.24.υ
98.S natium puluinum.Med.ob id Ibid.aponeurosin.
Ibid. pari musculi x.Inf.Ta.20.π.28.Λ.
101.S ad os cubi vsque.Ibid.Ta.18 ch.6.Ta.28.fi.1.a,b.
102.S atque.Ta.27,Z K Λ Λ.Med.intercedenti.Inf.Ta.57.δ δ.
105.S Ta 41 fi.4.μ.Ibid.rubescit.Ta.42.fi 4 S T.
M Ta.42.fi.6.L I.Ibid.Ta.43.fi.2.S Inf.Ta.48 fi.17.Δ
107.S adipe venatum.Med.fortè exactius.
108.M Sinistrum coronæ.Ibid.Dextrum accedit.
109.M Ta.31 φ dextrum.Ibid.Ta.31.μ.Ibid.vt in vitis
110.I Atque in Ta.32.S.
112.M Ta 31.P P.& 33 o.
115.M abit.Ta.31.κ z.quæ variè Ibid.Ta.31.u.
117.M & dextra quoque.Ibid.sinistro trunco.Inf.quartũ infimo
118.M comitantur,nimirum.
119.M scapulæ gibbum.Inf.mittit.Ta.32.R.
121.I sede,qui cum procul
122.M dorsalis Ibid.perforatum.Ibid.distributus.Ibid.cunelfoe.
123.S propagatam.Med.septum permeantes.Inf.ductus fi.2 y.
125.M dispensatis.Ta.35.V.x.Inf.insidens.Ta.35.36.φ
127.I excernentes.Ta.40.fi 2.c.Ibid.vel ab illis deducunt.
128.S ità exstruitur.Med.potest.Ta.8.fi.7.υ
133.S enascitur.Ta.38 e.
134.S fi.1 iuxta u.Ibid.Ta.23 y.24 b.Med.Ta.28.fi.5 n.
139.I Glandem penis.Ibid.sanguinem ad ipsum.
145.S subeus obtinet.Ibid.ὀλισθηρ.Inf.κυστιμυρ.
146.M pertingunt Ta.50 b.Inf.Ta.18 y.19 Δ b e.
148.M Ta.31.S F Δ.Ibid.Ta.41.fi 5 y.Inf.obducta.Ta.41.d.
150.I attingit.Ta.40.fi.1.
151.S c.Ta.30.fi.2 H.Ta.32 P.Inf.Ta.40.fi.4 X.Ta.34.fi.2 κ.
152.S Licet.n.deglutitio.Med.& dein.T.41.fi.1.F.In.subsistẽdo.
153.S minusq; venis.Med.extuberantia.fi.3.x.
155.I inter V.P.& P.C.Ibid.Ta.41.fi.1.O O vti &.
164.S Ta.41 fi.1.T V.Inf.indigebat separant.
165.M Ta.30.fi.3.C C.Ibid.Ta.32.f.40.fi.2 e.
Ibid. Ta.41.fi 1.p super o.Ibid.Ta.38.fi.2,3.R O.
160.S seu Tentiginem.Med.continuatur.Inf.dicitur fi.5 o.
163.S pertranseuntis.Inf.iungitur.Ta.38.fi.2.T u.
165.S naturam proprius.Inf.& humeraria.Ibid.Ta.32.X.
166.S diductum.Ta.23.A
169.M Suntque.Ta,43.
171.I fi.1,3,4 N O.Ibid.collocatum est.fi.6,8,9,V
172.M fi.13 transuersa.Inf.aerem ab ore.
175.I Ramis per ipsius.Ibid sanguinem minime.Ibid.tamẽ alijs
180.I fi 6 X X T Y.Ibid.fi.9.N O.11.R G.Ibid.fi.9 P Q.11.P H.
182.S Ta.47.fi.8.O O O.Ibid.Ta.45 C C C.Ibid.Ta.30 fi.1.X X X.
M quorum Ta.47.fi 8 a.Ta.30.fi.1.Θ.
183.S Ta.45 fi.1.R R.Med.Ta.30 fi.1,r.Inf.postra per 1 ad N
184.M conciliant Ta.31,R.Ibid.sunt.Ta.30 f e.
185.M Ta 39 fi.6 a.Inf.Ta.49.fi.2,3 ι.Ta.29.
186.S nexibus hærentes.Inf.& fi.6,7.n.
187.S eum eo effuso.Ibid.& tamen consisteret.
188.M sensu tactus.Inf.& Sexto.Ta.6.fi.3.Λ n.
189.M os succingente.Ibid.profectæ.Ta.31.x.32.ε.
192.M Ta.17 fi.18 Θ.Ibid.Ta 19 X ε.Ibid.manui & radio
I existens.Ta.22 Θ.Ibid.Secundus.Ta.25 Θ.
193.S iuxta.Q T.Med.31 s s.Ibid.alius verò medius
194.M Ta.23.Φ Ψ z.Ibid.sublus.Ibid.hunc Ta.16.π.
196.S quæ homini ad.Ibid.conuexus.Inf.ch.1,2,3,4.
197 intestinum.Inf.Ta.32.Φ u.

IN TERTIO LIBRO.

Tab.1 O π ς.Partes tres.Ibid.Λ Femur.Ibid.u x.Tibia.
3.E easdem quas secunda.
4.S hanc in 7 fi.5.Ibid.λ.11.corpus
8 O V O O P C I M A.Cartilago scapulæ sinum adaugens
88 H.4.Sinus anterior.1,5 Sinus posterior.
85.I cubeformi iunctum.Ibid.k.caput tali o admittens.
56 Ψ Pedis musculus sextus.
21.E in sterno reposito.
26.T Iidem musculi.
59 C N R 4.S G 4.H E 5.K L 5 a,b 5.
31.b Ceruicis superiora petens ramus pone post perreptans.
31.F secoris gibbi.

FINIS.



ΦΡΟΝΕΙ ΑΓΑΩΣ SAPE SIMPLICITER


FRO BEN.





LIBER Tertius.

Corporis humani partium per icones delineatarum explicatio.



BASILEAE
APVD LVDOVICVM KÖNIG. M. DC III.

LECTORI.



Cum variam illam singularum partium formam, quam exposuimus, difficile sit citra inspectionem mente concipere, rariusq́ se humani corporis sectio offerat: icones sequentes, quæ nobis ea quæ illic describuntur, ob oculos ponant, hic subijcere volui. Et cum nemo hactenus rectius Vesalio figuras Anatomicas depingui curauerit, & vix dum etiam meliores illis effingi poßint, eas ipsas, cum occasio non defuerit hasce ab hæredibus coemendi, libro meo, paucis tantum immutatis, inseruissem, nisi libri amplitudo, quæ tunc requisita fuisset, studiosis incommoda interim, me deterruisset. Ob quam causam easdem à Vesalio mutuatas, contractiores tamen, quibusdam tantum immutatis, & nonnullis additis, in ære exeso, vt sumptibus quoq́ parceretur, imprimendas curaui. In quibus fateri cogor, non mea voluntate aut negligentia, sed hominum quorundam, quorum famæ parco maleuolentia, multa minus commodè expreßa, & quædam vitiata esse: quæ tamen ex Vesalij iconibus, quarum tot formæ extant (à quibus ego studiosos hoc meo labore minimè auocare volo) facile, cùm characteribus ferè vbiq́ ijsdem vsus sim, peti & corrigi, meisq́ quæ de nouo adieci, diligentius ob id delineatis, adhiberi, mutuoq́ conferri poterunt. Separatim autem icones in hoc libro excudi curauimus, vt si ita visum fuerit, separatim liber hic compingi & lectioni prioris partis commodius sic adhiberi queat, nec sit necesse, quod si singulis locis suas figuras adiecissem accidisset, ad cuiuslibet loci notitiam toties librum euoluere. Cuius rei causa, expositiones quoq́ characterum omnium vnius tabulæ, è regione singularum, ne folium vertere necesse esset, posui. Quod quàm arduum fuerit in ijs præsertim figuris, in quibus magnus est characterum numerus, quos pluribus folijs ab alijs explicatos, ego vnico, nullo interim eorum quæ ad rem pertinebant omisso, descripsi, facile æquus lector æstimabit. Quem & hic admonitum volo, vt si quandoq́ characteres aliquot abesse, vel non recto ordine collocatos deprehendat, id non casu, sed voluntate, quia sic res postulabat, aut Vesalius pluribus, quæ nos vni figuræ addidimus, accommodauerat, ne ipsius literas immutaremus, factum sciat. Simulq́ intelligat, characteres vni lateri tantùm, appictos, alterius quoq́ lateris partem, si modò illic quoq́ conspicua sit, licet id in explicatione non semper noteiur, significare. Quod vt breuitatis causa factum est, ita & eiusdem nomine, vocabulo nonnunquam vno, minus fortè ijs qui primam partem nondum legerunt cognito, plura comprehendimus, vt dum per Vasa venas & arterias intelligimus: & quæcunq́ aliàs commodè omitti potuerunt, studio omisimus. Obscuritatem hæc quidem primo intuitu præ se ferre videbuntur, vsu tamen & exercitatione facilia tandem & familiaria attento & diligenti futura non dubito. Sed & æquum lectorem ea quæ vtilia hîc erunt boni consulturum, iniquum verò, ne id etiam quod bonum est probaturum, certò mihi persuadeo.



Ofsium Cartilaginumq; Viri compago.

¶ SCELETOS *Viri adulti. Offa illius cum cartilaginibus, ad decentem magnitudinem iam adaucta & matura, mutuo concinnata, ad mortis quandam effictam imaginem, ea facie qua spectantur, oftendit.*

Ad constructionem, numerum & fitum ipforum potius obiter explicandum, quam formam ex quifitè delineandam (cum in particularium ofsium iconum pictura hæc adamußim pateant) propofita, & characteribus obiter duntaxat infignita.

A Caluaria ofsibus octo mutuo cõtextis conciunsta.

B Maxilla fuperior, caluariæ commiffa, duodecim ofsibus, inuicem quoq; compactis conftans.

C Maxilla inferior, caluariæ fubiecta, vnico formata offe.

Dẽtes triginta duo, maxillæ vtrinq; infixi, per fe patent.

ζ Ofsicula auditus tria in hac regione, auriũ cauitati inclufa, la tère folent.

KL Dorfi vertebræ, caluariæ fubftratæ, inuicẽ complicatæ: è quibus feptem elatiores ad ceruicẽ, mediæ duodecim ad dorfum, inferiores quinq; ad lumbos pertinent.

M Sacrum os, cui vertebræ inuituntur, quinq; ofsibus inuicem coalitis compofitum.

N Coccigis os, facro ofsi appenfum, quatuor ofsibus extructum, hic fub offe pubis occultatur.

O Pectoris os, tribus ofsibus, inuicem coalefcentibus conftans.

P Cartilago mucronata pectoris ofsis.

1,2,3 ad 12 Coftæ duodecim vtrinq;, pofteriori fede vertebris thoracis iunctæ, anteriori verò in cartilagines definentes, è quibus feptem pectoris ofsi articulantur.

Q Clauiculæ vtrinque ofsi pectoris innitentes.

R Scapulæ vtrinque coftis fuperioribus inftratæ.

λμ Proceffus fcapulæ fuperior λ fummus humerus dictus, atq; inferior μ notatus.

S Humerus fcapulæ articulatus.

TV Cubitus humero commiffus.

X Radius, cubiti os fuperius.

Y Vlna, cubiti os inferius.

ξ Proceffus vlnæ ftyloides.

ZZ Brachiale feu carpus, cubito copulatus, octo ofsibus concinnatus.

ΓΓ Poftbrachiale feu metacarpium, brachiali commiffum, offibus quinq; extructum.

ΔΔΔ Digiti manus quinq;, poftbrachialis offibus quinque innitentes, ex quibus quatuor tribus, pollex duobus tantùm offibus conftant.

Θ Coxa vtriusque facri offis lateribus commiffa.

δεε Partes tres coxæ, nulla tamen diuifione in adultis diftinctæ, quarum elatior O iliũ os, media ε coxendix, humilior ε pubis os dicitur.

ε Cartilago pubis offium vnionem interueniens.

λ Femur coxendicis offi inarticulatum.

πυ Proceffus femoris duo, quorum exterior π, interior υ infcribitur.

Σ Patella feu mola, articulo in genu præfixa.

ΠΣ Tibia, femori fubftrata.

Φ Tibiæ os Interius.

Ψ Fibula, os tibiæ exterius.

φχ Proceffus feu malleoli inferiores tibiæ, exterior φ, interior χ notati.

Ω Talus feu aftragalus, tibiæ fubiectus, cuius pofteriori fedi calx, anteriori verò nauiculare os affiguntur.

cc Tarfus calci & nauiculi offibus inunctus,
def cuius os interius *d*, media duo *ef*, extig mum verò cubiforme dictum *g* notatum.


bb Pedium tarfo copulatum, quinque offibus conftructum.

i Digiti pedis quinque, quinque pedij offibus affixi, totidemq; offibus vt hi qui in manibus funt extructi.

kk Sefamoidea ofsicula, articulis fingulis digitorum manus & pedis, primis bina, & reliquis vnica præpofita. Qualia & in poftbrachialis pedijq; externis articulis & poplite vtrinq; inueniuntur.

Os hyoides, ofsibus vndecim ferè extructum, fuo loco patebit.

Sic offa integra (demptis Ipforum appendicibus, cartilaginibusq;) capitis 21, dorfi 33, thoracis 27, artuum 124 exiftunt, & ducenta & quinq; numero corpus humanum conftituunt. Quibus fi hifce adhærentia ofsicula, dentes nimirum 32, auditus ofsicula 6, hyoidis ofsis 11, patellas 2, & fefamoidea 52 vt minimum ferè occurrentia addas, trecenta & feptem in vniuerfum corporis offa erunt.



TABVLA II.

Osium Cartilaginumq; Mulieris contextus.

¶ SCELETOS *Mulieris adultæ. Ossa ipsius cum cartilaginibus perfecta, & quæ iam absoluté excreuerunt, uti uiri sceletos, ad situm formamq; ipsorum obiter tantum spectandi, proponens.*

Præsertim uerò eas sedes, quas mulier à uiri ossibus cartilaginibusq; differentes habet, quæ loca & tantùm characteribus inscribuntur, explicat.

Ossa autem omnia mulierum in genere, proportione corporum habita, uirorum ossibus nonnihil minora sunt, ut sic minus pondere ipsis incommodarent, cùm mulier uterum, suo tempore fœtu grauem, mamillas item, quibus oir destituitur, gestet.

Capitis alioquin ossa in muliere & uiro non aliter inter se discrepant.

A Sutura tamen sagittalis in hac caluaria ad nasi summum usq; descendens, os frontis in duo ossa secat, quod ut in pueris semper, in uiris rarissimè, in mulieribus rarius quoque deprehenditur.

Larynx item, qoi hic non appictus est, in muliere minor quàm in uiro, minusq; prominens, unde & uocē dum uiuunt acutiorem uiris edunt, collumq; magis æqosle, nec its pomo Adami, ut uocant, extubetans obtinuerunt.

B B Thorax mulieris, ut mamillis aptam pararet sedem, anteriore sede, nonnihil depressus, nec ita, ut in uiris, in sltum eleuatus.

C C Clauicolæ mulierum, minus curuæ, nec ita ut in uiris sursum intortæ à thorace educontur. Vnde & foueæ hæ, quę uiuēte homine supra clauiculas in uiris semper ferè existūt, in mulieribus uel omnino desunt, uel saltem, licet emaciatis, minus profundæ apparent.

D Pectoris os, es regione qua cor respicit, foramine cordis figuram exprimente in hoc sceleto pertusum existit, sub cuius elatiori sede utrinque conuexa, uenæ ab ijs quæ sub pectoris osse repunt, extrorsum ad mamillas utrinq; feruntur.

E Costarum cartilagines, quæ uiris ad extremum usq; senium cartilaginosæ manent: puellis, ubi mamillę primùm excreuerint, osseæ in ambitu nonnihil fiunt, ut sic mamillsrum molem quæ ipsis incumbit, melius sustinerent, nec ab illis introrsum premerentur, & thoraci incommodarent.

F Dorsi pars elatior, supra lumbos posits, retrorsum magis inflexa in muliere quàm in uiro existit, ut cum uterum gestat, anteriore sede hoc pondere grauata, oppositam habeat posteriore sede corporis molem, quibus ita oppositis, corpus in æquilibrio quodā consisteret.

G G Ilij ossium amplitudo, extrorsom otrinque magis in muliere quàm in uiro educitur, ut uterus fœtu grauidus, in oentre propendens, utrinque his ossium latitudinibus tanquam fulcris innitetetur, & ueluti in ephippio, cui hæc structura ossium similis est, resideret.

H H Pubis ossium processus duo humiliores, caoitatem K dicendam anteriore sede utrinq; ambientes, extrorsum magis quàm in uiris, ut amplior in mulierib⁹ esset hęc cauitas, faciliores partus causa, educuntur.

I Commissura eorundē pubis ossium anterior, cartilagine multò copiosiore quàm in uiris oppleta, nec tam longā ut in illis coniunctionis lineam fortita, ut sic in psrtu, ob nexum hūc lsxū, ossa hæc fœtus impetui nonnihil cedere possint, non tamen, ut nugantur multi, dislocari.

K Cauitas hæc ima uentris, coxendice & sacro osse circumscripta, & in uiris intestinum rectum tātùm, uesicęq; collum continens, amplior multo in mulieribus ob ossa hæc magis inuicem, ut dictū, diducta, existit, ne loci angustia fœtus exclusionē, quem per hāc uiam elabi necesse est, impediret.

L Coccyx quoq;, ne si antrorsum, ut in uiris accidit, ferretur, cauitatem hanc aliqua ex parte occuparet, retrorsum mulieribus curuatur, ut sic quoq; partui, cui & cedere potest, minus obstaret.

M Femoris ossa, ob hanc coxæ amplitudinem, magis ab inuicem superiori sede in mulieribus distant, ob quas causas mulieres uiuæ adhuc lumbos magis utrinq; prominentes, & femora crassiora possident.

Crurum brachiorumq; eadē ferè in mulierib⁹, quę & in oiris, si magnitudinē excipiss, ratio.


A
C
D
B
B
F
G
G
K
L
I
H
M

Ossium Cartilaginumq́ꝫ Pueri & Embryonis constructio.
Caluaria pueri.

¶ Prima *figura. Sceleti pueri recenter nati ossa imperfecta, & quæ nondum absolutè excreuerunt, multisq; in locis cartilaginosa uel membranea adhuc existunt, spectanda proponens.*

¶ Secunda *figura. Sceleti embryonis seu fœtus abortiui bimestris, ea forma & dimẽsione qua constructum erat, ossa tenella, magisq; adhuc quàm pueri cartilaginosa & membranosa, ostentans.*

¶ Tertia *figura. Caluariæ pueri, cuius sceleton prima figura exhibuit, inferior sedes, extra caluariam posita.*

¶ Quarta *figura. Caluariæ eiusdem humilior sedes, caluariæ interiora spectans.*

a 1,2 Membrana zeudech Arab. dicta, crassa & quadrata ferè, in elatiore caluariæ sede, amplo spatio uerticis & frontis ossium uices subiens, in eaq; post unũ aut alterum annum abiens.

bb 2,3 Membranæ aliæ crassæ, ossium capitis diuisiones hinc inde, ijs locis præsertim ubi suturę futurę sunt, intercedentes, insigni interdum spatio, ut in 3 figura inter ossa occipitij & temporum apparet.

c 1 Frontis ossis in duas æquales partes, sutura sagittali ad nasi summum usq; excurrente, diuisio, quæ in adultis rarius remanet, frequentius obliteratur.

d 1 Maxillæ inferioris similis separatio per medium menti facta, & in adultis, remanente duntaxat huius cualitus linea, abolita.

ee 1, 3 4 Tẽporis ossis pars squamęformis, caluarię amplitudinis partẽ constituens, ossea in medio, in ambitu membranea.

ff 1, 3,4 Altera illius pars, magnam ossis petrosi partem efficiens, membranea, remanente canali externo auditorij meatus diu admodum cartilagineo.

Ossicula auditus in pueris eiusdẽ, ut in adultis, substantiæ, formæ & magnitudinis.

g 3,4 Occipitij os, sede qua à g ad 3 pertingit quatuor constans partibus.

I Prima occipitij ossis pars, cæteris amplior, cerebellum continens, quæ interdum iuxta apicem, nonnunquam per medium ipsius diuisa quoque deprehensa est.

II III Secũda & tertia occipitij ossis partes, ad latera foraminis illius magni utrinque positæ.

IIII Quarta occipitij ossis pars, additamentum illius dictum efficiens.

h 3 Capita occipitij ossis duo.

1,2,3,4 Cuneiforme os, quatuor partibus efformatum, quarum duas utrinq; constituunt alares processus 1, 2, duas alias in medio, sella glandulę pituitam continens 3, & sinus ubi neruorum uisoriorum fit coitus 4, efficiunt.

k 4 Cribrosum os cartilagineum, cuius septum primum osseum fit.

l 1,3 Alueoli maxillarum, in quibus dentes in pueris iam infixi, ut 1 fig. ostendit, apparent, alba uerò tãtum materia in fœtu, ut 3 fig. proponit, continetur.

m 1 Vertebræ corpus distinctum à posteriore ipsius parte, duplici quinq;.

nn 1 Posterior pars uertebrarũ, geminis constans ossiculis latis, & processibus cartilagineis.

o 1 Sacrũ os, quinq; uertebris, interueniẽte cartilagine, quarũ singulæ tribus rursum constant partibus, constitutum.

p 1 Coccyx cartilagineus ad septimum usq; ætatis annum, permanens.

q 1 Sternum, in medio ipsius quinq; ossium ordines cõtinens, reliquo ambitu toto, quo costarum cartilaginibus iungitur, cartilagineum.

rr 1 Coxæ ossis, ex tribus ossibus, interposita cartilagine, compositi pars amplior, ilium os & coxendicis portionem conferens.

ff 1 Secũda illius ossis pars, pubis & coxendicis ossium partes efficiens.

t 1 Tertia pars, easdem quę secunda, posteriore sede, ossium partes efformans.

uu 1 Patella in utroq; genu, tota cartilaginea.

x 1 Brachiale, similiter cartilagineum.

y 1 Pedium, eodem modo cartilagineum.

z 1 Vngues, etiam in fœtu immaturo adhuc & bimestri tantùm, apparentes.

* 1 Appendices ossium licet omnes cartilaginei existant, in manifestioribus tamen locis tantùm, ut in summo humero, scapula, cubito, ilij spina, femore & tibia, hoc signo * notantur.

Processus cartilaginei, ut temporũ styloides, uertebræ secundæ dens, & spinę uertebrarum, in sceleto exiccato concidentes, non apparent.


I

II

III



IIII



Dorsum. Occipitij os. Ceruicis uertebræ.

¶ PRIMA *figura. Dorsum uniuersum è uertebris ipsius inuicem contextis.*

A B Ceruicis uertebræ septem.
C D Thoracis uertebræ duodecim.
E F Lumborum uertebræ quinq;.
G H Sacrum os, sex ossibus efformatum.
I K Coccyx os, quatuor extructũ ossiculis.
L L L Corpora uertebrarum.
M Transuersi uertebrarum processus.
N Descendentes uertebrarum processus.
O Ascendentes uertebrarum processus.
P P Posteriores processus, spinæ uertebrarũ.
Q Q Foramen in uertebrarum lateribus, neruos à dorsali medulla pronatos transmittens.
R R Cartilagineum ligamentum, uertebrarũ corporibus interpositum.

¶ SECVNDA *figura. Occipitij ossis à caluaria separati externa sedes.*

¶ TERTIA *figura. Primæ ceruicis uertebræ anterior superiorq; facies.*

¶ QVARTA *figura. Posterior eiusdem, superiorq; pars.*

¶ QVINTA *figura. Inferior illius, posteriorq; pars.*

¶ SEXTA *figura. Secundæ ceruicis uertebræ anterior facies.*

¶ SEPTIMA *figura. Posterior eiusdem sedes.*

¶ OCTAVA *figura. Inferior illius sedes.*


¶ NONA *figura. Tertiæ ceruicis uertrbræ anteriora superioraq;.*

¶ DECIMA *figura. Posteriora superioraq; eiusdem.*

¶ VNDECIMA *figura. Trium primarum ceruicis uertebrarum cõpago, anteriori parte.*

¶ DVODECIMA *figura. Posteriora huius contextus.*

A 2 Foramẽ occipitij ossis, dorsalis medullæ gratia excisum.
B C 2 Capitula duo occipitij, quæ primæ ceruicis uertebræ coarticulantur.
G 2 Asperitas in foraminis A anteriore sede, cui ligamentum inseritur.
H 2 Sinus in posteriori capitulorũ sede, primo neruorum pari uiam præbens.
I 3,4,5 Forameu dorsalis medullę in 1 uertebra.
K 3,4 Cauitas deutem secũdę uertebrę admittens.
L 4,5 Siuus ibidem, cartilagine iucrustatus.
M 3 Extuberantia in externa huius sinus sede.
N O 3,4,11,12 Sinus primæ uertebræ, capitula occipitij ossis duo excipientes.
S 3,4,5,11,12 Transuersus primę ceruicis uertebræ processus dexter, cui sinister respondet.
T 3,12 Foramen huius transuersi processus.
V 4,12 Sinus, qui cũ occipitij ossis sinu H communem efficit ductum, neruis paratũ.
X 4,5,12 Aspera sedes, eo in loco, ubi prima uertebra ceruicis spina destituitur.
Y 4,5 Sinus duo primæ uertebræ, secundę uertebræ tubera *c d* excipientes.
c d 6,7 Tubera duo secũdæ uertebrę, cõmemoratos primæ uertebræ sinus ingredientes.
f 8,11,12 Processus secundę uertebræ, dens dict9, in 5 & 6 figuris quoq; conspicuus.
g 6 Tuberculum huius processus, cartilagine incrustatum.
h 7 Posterior dentis sedes, magis quàm dentis radix in posteriora extuberans.
i 7 Sinus dentis, cui transuersum ligamentũ obuoluitur, ipsum in primæ uertebrę cauitate continens.
k l 7 Sinus utrinq; ad latera dẽtis radicis, neruorũ secundi paris anteriores ramulos emittentes.
m 12 Foramẽ, hoc sinu, & primę uertebræ sinu formatum.
n 6 Processus dentis dicti mucro.
o 4,12 Asperitas, inter sinus N & Y consistẽs, ubi foramen nõ peruium conspicitur.
p 7 Sinus secuudæ uertebræ, qui cum sinu *q* foramen efficit, per quod neruorum paria prosiliunt.
q 5 Sinus primæ uertebrę, hoc fora. formãs.
r 11,12 Foramẽ ab utrisq; sinibus *p q* cõstitutũ.
s 6,7,8 Spina secuudæ uertebræ.
t 10 Spina tertiæ uertebræ.
u 6,7,8 Transuersus secũdæ uertebræ processus.
x 6,8 Foramen transuersi huius processus.
y z 10 Transuersus processus tertiæ uertebræ, cui9 lat9 internũ *y*, externũ *z*, ostẽdit.
α 9,10 Foramen transuersi 3 uertebræ processus.
β 7,8,12 Descendens processus secũdę uertebræ, cuius sinum 8 figuræ *β* indicat.
γ 10,12 Descendens processus tertiæ uertebrę.
δ 10 Ascendens processus tertię uertebrę.
ε 8 Sedes, qua secundę uertebrę corpus deorsum porrigit, hanc in 8 fig. *ε* indicat.
ζ η 10 Sinuata sedes tertię uertebrę corporis superior.
λ Corpus secũdę uertebrę, in medio extuberans, & utrinq; depressum.
ξ π 9 Apices duo, spinę tertię uertebræ.
ρ 9 Corporis tertię uertebrę inferior sedes.
σ 9,10 Sinus inferiorẽ partem foraminis, neruorum paria ducentis, constituens.
τ 8 Siuus superiorem foraminis dicti partẽ efformans.
1,2 Corporis tertię uertebrę duę eminentes partes, in 9 figura, ut & quę sequũtur, apparent.
3,4 Ascendentes processus duo.
5,6 Descendentes processus duo.
7,8,9,10 Transuersi processus.
11 Postarior processus, seu spina.


I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII

TABVLA V.

Thoracis & Lumborum uertebræ. Sacrum os. Coccyx.

¶ PRIMA *figura. Thoracis uertebra una ex medijs, cui reliquæ decem penè ſimiles, anteriore parte delineata.*

¶ SECVNDA *figura. Eiuſdem poſterior pars.*

¶ TERTIA *figura. Vndecimæ thoracis uertebræ poſterior facies.*

¶ QVARTA *figura. Duodecimę thoracis uertebræ poſterior facies.*

A 1,2,3,4 Corporis uertebræ ſuperior pars, cui inferior correſpondet.

◆ 3 Appendix corporis uertebræ ſuperior, in inferiore loco ſimilem habens.

B 1 Sinus eius mediū, qui duobꝰ uertebrarū corporibus cōmunis, coſtam excipit.

C 1 Sinus eiuſdem in inferiori uertebræ corpore inſculpti pars, minor tamen illo quem B oſtendit.

D 3 Sinus undecimæ uertebræ, cui undecima coſta inarticulatur.

E 4 Sinus idem in duodecima uertebra.

F 4 Aſperitas, ligamētū huiꝰ articuli ꝓducēs.

G 2,3,4 Foramina in ſede corporum poſteriore.

H I 1,2,3,4 Tranſuerſi proceſſus thoraris uertebrarum.

K 1 Sinus in apice tranſuerſi proceſſus, cui coſta articulatur.

L 1,2 Gibba tranſuerſi proceſſus ſedes.

M 1 Caua tranſuerſi proceſſus regio.

N O P 1,2 Spina, ſeu poſterior proceſſus, tribus lineis in latera tria diſtinctus.

Q 1 Aſperitas in latere interiori ſpinæ.

R 3 Spina undecimæ thoracis uertebræ.

S 4 Spina duodecimæ thoracis uertebræ.

T V 1 Aſcēdentium proceſſuū anterior facies.

X Y 2,3 Aſcendentium proceſſuum poſterior ſedes, extuberans & incruſtata.

a b 2,3 Deſcendentiū proceſſuū exterior ſedes.

c 1 Eorundem anterior ſedes, inrruſtata, in dextro tantùm latere ſpectatur.

e f 4 Aſcēdentes duodecimæ uertebrę proreſſus underimā uertebram ſubeuntes.

g h 4 Deſcendentes 12 uertebrę proreſſus, qui aſcendentium 1 lumborum uertebræ proceſſuum finibus inarticulantur.

¶ QVINTA *figura. Lumborum uertebra una ex quinq;, cùm inuicem correſpondeant, anteriore ſede expreſſa.*

¶ SEXTA *figura. Latus eiuſdem uertebræ.*

¶ SEPTIMA *figura. Poſterior illius ſedes.*

A 5,6,7 Appendix ſuperior rorporis uertebræ.

B 5,6 Appendix inferior corporis uertebræ.

C 5,6,7 Spinæ lumborū uertebræ ſuperior pars, ſeu lata aſperaq; linea.

D 6 Spinæ huius uertebræ inferior ſedes, ſeu linea inferior.

E 6 Sinus ad latera lineæ D conſiſtens.

F G 6,7 Appendix ſpinæ, triangulum referens, in baſi G, in aruto angulo F inſignita.

H 5,6,7 Tranſuerſus alterius lateris proceſſus.

I 5,6,7 Aſrendens proceſſus dexter uertebrę.

K 6,7 Sinus ſiniſtri aſcendentis proceſſus.

L M 6,7 Superrilia huius ſinus, anteriore & poſteriore loco.

N 7 Deſcendens alterius lateris proceſſus.

O 6,7 Caput deſcendentis illius proceſſus.

¶ OCTAVA *figura. Sacri oßis, cum corcyge, anterior facies.*

¶ NONA *figura. Poſterior eorundem facies.*

¶ DECIMA *figura. Coccyx uiri, antrorſum curuatus.*

¶ VNDECIMA *figura. Corcyx mulieris, retrorſum curuatus.*

A B C ad F 8 Sarri oſsis ſex oſſa, quintam lumborum uertebram ſubſequentia.

G H I K 8,10 Coccygis oſſa quatuor, oſsis ſarri ſexto oſsi adhęrentia.

L L 8,9 Tranſuerſus ſecūdi ſarri oſsis proceſſus, amplus, reliquis ad R uſq; ſenſim anguſtatis.

M 9 Sinus inæqualis ſacri oſsis, cui dextrum ilium os connectitur.

N 9 Exterior huius ſinus ſedes, planior.

O 9 Tuberculum longum, ſinum hunc exteriorem ab interiore Φ dicēdo diſtinguens.

Φ 9 Interior ſinus inæqualis, M dicti, ſedes.

P Q 9 Superior inferiorq; huius ſinus Φ ſedes impreſſę, in quas rurſum linea diuidit.

R 8,9 Extuberantia proceſſus tranſuerſi, cui ligamenta implantantur.

S 8,9 Aſcendens proceſſus primi oſsis dexter.

T 9 Sinus huius proreſſus aſcendentis, cui capitulū deſcēdentis proceſſus quintæ lumborum uertebræ iungitur.

V X 9 Supercilia huius ſinus utrinq;, anteriore poſterioreq; ſede.

Y 9 Connexus, quo primi oſsis deſrēdentes proceſſus, aſcendentibus ſecundi oſſis proceſsibus eodē modo iungūtur, ut in lumborum uertebris.

Z 8,9 Coalitus tranſuerſorum proceſſuum inuicem, in primo & ſecundo oſſe.

a 8,9 Connexus ſacri oſsis cum corcyge.

b 8,9,10 Ligamen cartilagineum, nexum laxum roccygis oſsium inuicem, intercedēs.

c 9,10 Cartilago, murroni coccygis oſsi adnata.

d d d 9 Poſteriores ꝓceſſus, ſeu ſpinę ſarri oſsis.

e f g h i k 9 Foramina inter ſpinarum interualla, per quæ dorſalis medulla deſcendit.

1,2,3 ad 5,6 Foramina, neruorū ſex paria, ꝓdeuntia ex ſacro oſſe, deducentia in 9 & 10 fig.



I


II


III



IIII


V


VI


VII


VIII


IX


X


XI

TABVLA VI.

Caluaria. Maxilla inferior. Dentes.

¶ PRIMA *figura. Caluariæ ſiniſtrum latus.*

¶ SECVNDA *figura. Caluariæ dextrum latus, à quo os iugale abſectum eſt.*

AB Prima ſutura caluariæ oſsibus propria ſuperior, tranſuerſa.

CD Tertia ſut cal. prupria poſterior, obliqua.

E 1 Secunda ſut. cal. ſuperior, recta.

FGH Quarta ſut. cal. propria, circularis.

I i K Verticis oſſa, dextrum & ſiniſtrum.

L Frontis os.

M Occipitij os.

N Temporum uſſa utrinq;.

O Cunciforme os.

P Proceſſus illius quatuor, 2,3,4,5 inſcripti.

QQQ Primum os maxillæ ſuperioris.

* Prominentia illius ad tempora.

RRR Semicirculus tẽporalẽ muſculũ ꝓferẽs.

8 S Quartum maxillæ ſuperioris os.

VX1,2 Iugale us, utrinq; abſectum in 4. figur.

Z 1 Quarta ſut. cal. cõmunis in temporibus, oſsis iugalis.

a a Quartæ ſut. cal. propriæ pars anterior.

b Quinta ſut. cal. pr. obliqua ab H ad g.

c 2 Squama cuneifurmi oſsi interdũ adnata.

ꝙ 2 Linea ſquamã hanc ab oſſe ſeiungens.

e Secũdę ſ. c. com. pars inf. ad palati latera.

ff 2 Prima ſut. maxillæ ſuperioris in mala.

gg Prima ſut. cal. com. in ſupercilij latere.

h 2 Sinus temporum, cui maxilla inferior articulatur.

i Proceſſus temporum ſtyloides.

k Proceſſus temporum mamillaris.

ll 2 Capita occipitij, quibus prima uertebra articulatur.

¶ TERTIA *figura. Caluariæ baſis.*

A Primæ ſut. cal. propriæ extrema.

CC Tertiæ ſut. cal. propr. humiliora utrinq;.

F Quartæ ſut. cal. propriæ pars.

K Verticis oſsis ſiniſtri portio.

LL Frontis oſsis portio ibidem.

MM Occipitij oſsis humilior ſedes. M.

NN Temporum oſſa utrinq;.

OO Cunaiforme os. P.

p Proceſſus illius quatuor, 2,3,4,5 inſigniti.

Q r Primum maxillæ ſup. os.

8 A Quartum maxillæ ſup. os.

n Sextum maxillæ ſuperioris os.

V X Iugale os.

Y Sutura eadem, quæ prius z notabatur.

a a Eadem ſut. quæ prius a a inſignita erat.

b Suturæ prius b inſcriptę pars humilior.

d Secundæ ſut. cal. cõmunis pars ſuperior.

e Eiuſdem ſut. pars inferior, ut priùs in e.

f Eadẽ ſut. quã prius f quoq; ſignificabat.

g Eadem ſut. quæ prius gg deſcribebatur.

h Sinus idem, qui ſuperius h notabatur.

i k Proceſſus duo, mamillaris & ſtyloides.

m m Sexta ſut. cal. propria, obliqua.

n n Septima ſut. cal. propris, tranſuerſa.

q q Secundæ ſut. cal. com. pars inferior, in narium amplitudine.

r Linea auditorij meatus, uti in 2. fig. r.

ſ æ Petroſa oſſa, præruptæ rupi aſsimilata.
IK Subſtantia lienis, in duabus illius diuiſis ſectionibus manifeſta.

I




II



V




VI




VII




III



IIII



VIII



XI



X



IX



Viſcera Vaſaq́ꝫ uentris. Renes. Veſica. Seminaria uaſa. Teſtes. Penis.

¶ PRIMA *fig. Venter inferior, ab inteſtinis, membranis, & uentriculo inanitus.*

AA Septum, cum peritonæo & coſtis, reflexa.
BB Caua iecoris ſedes.
CD Ligamētū iecoris C, & uena umbilicalis D.
EF Sinus iecoris E, ſtomacho F cedens.
GG Tubera & impreſsiones in iecoris cauo.
HN Veſicula bilis H, meatus illius abſectus N.
I Portæ uena abſecta, ramiq́ ab ea ad ueſiculam.
KLM Neruus iecoris K, & arteria L, neruusq́ iecori & bilis ueſiculæ communis.
OOP Lienis cauū OO, linea uaſa admittens P.
QR Caua uena Q, magna arteria R.
S Arteriæ quæ uenā portę ſequunt abſectæ.
TV Ren uterq́, tunica adhuc inuolutus.
XY Tunicam utrinq; renis accedens uena.
ab Emulgentia uaſa utriuſq; renis.
ccdd Vreteres ab utroq; rene ad ueſicā ducti.
ef Seminales uenę, utrinq; ad teſtem tenſæ.
gg Peritonęo deriuati ſurculi à dictis uenis.
hi Seminales arteriæ, teſtes utrinq; petētes.
k Meſenterij humiliora petens arteria.
l Bipartitio uaſorū maiorū iuxta os ſacrū.
mm Lumbos geniculatim perreptantia uaſa.
n Sacri oſsis foramina petentes ſurculi.
op Recti inteſtini pars o, & ueſica p.
q Vaſis deferentis hîc reflexi portio.
rſ Cutis quæ penem & teſtes inueſtiebat.
t Membrana carnoſa teſtibus obducta.
u Tunica teſtem cum ipſius uaſis inuoluēs.
x Penis denudati portio.

¶ SECVNDA *figura. Venter inferior, magis adhuc, ob coſtas aliquot effractas, osq́; pubis diductū, & tunicas quaſdā diremptas, detectus.*


aa Peritonæi & ſepti pars, cū coſtis diſruptis.
bbcc Iecoris gibba bb, & caua cc ſedes.
de Ligamentū iecoris dextrum d, & ſiniſtrū e.
f Portæ uena cum multis uaſis abſecta.
g Cauæ uenæ caudex.
h Magnæ arteriæ truncus.
k Inteſtinis exporrectarū arteriarū radices.
ll Tunicā renū petentium uenarum initia.
mn Emulgentia uaſa utriuſq́ renis.
oopp Tunicæ pingues ab utriſq́ renibus diuulſæ.
qq Vreteres utrinq́ à renibꝰ ad ueſicā ducti.
tu Dextra ſeminalis uena, iuxta u exorta.
xy Siniſter ſeminalis uenæ duplex exortus.
α Arteriarum ſeminalium origo.
β Peritonæum petentes rami, uenarū ſeminalium.
γ Tranſitus uaſorū ſeminal. per peritonæū.
δι Varicoſum uas in teſtem iuxta ι inſertum.
ζ Teſtis intimo inuolucro adhuc obtectus.
η Deferentis uaſis ab exortu η deſcenſus ad ι.
ικ Reflexus illius ſurſum ad κ, indeq́; ad λ.
νξ Veſica ν, ipſiusq́; circularis muſculus ξ.
ξ Corpora quibus uas deferens inſeritur.
στυ Penis duo corpora στ, uaſaq́ ipſius υ.
φχψ Inuolucrum teſtis φ χ, muſculusq́; ψ.
*ω Rectū inteſtinū *, muſculiq́ in femore ω.

¶ TERTIA *fig. Ren dexter, per gibbum ſectus & diductus, triplici facie occurrit.*

ααββ Anterior α, poſterior β, renis portio.
δδſκ Sinus, partim iuxta δ detectus, partim ſub ſepto renū diuiſo ſκ, ad αβ ductus latēs.
ιιγ Mēbraneū uas, in 1 fig. ſub δ tātū, ī reliquis uerò, abraſa renū ſubſtantia, magis in ramos deductū, qui iuxta γ in 12 fig. diſſecti ſunt, apparens.
ικλλ Vrinarij meatus initiū ι κ, progreſſus λλ.

¶ QVARTA *fig. Viſcerum uaſorumq́; urinæ & ſeminis, cum uenæ & arteriæ magnæ portione, poſterior anteriorq́; facies, teſtiſq́; uariæ formæ.*

AB Teſtis dexter, cum adnatis uaſis.
CD Varicoſi corporis initium C, baſis D.
EF Deferētis uaſis ductꝰ, ab E deorſum ad F.
G Reflexus illius ſurſum, & à teſte receſſus.
HI Superficies illius poroſa quę teſti adnaſcebatur H, alia gibba teſti non connata, I notatur.
LM Latus utrumq; teſtis, cum uaricoſo uaſe.
P Sedes teſtis cui uas uaricoſum adnatum fuerat.
QRS Inuolucrum, teſti medio adhuc ubi S obductum, reliqua iuxta R ab eo detractū.
TVV Subſtantia teſtis diſſecti, uaſaq́; VV.
1,2,3,4 Renis regio anterior 1, poſterior 2, ſuperior 3, inferior 4, notata.
5,6 Latus externum 5, internumq́; 6, renis.
7,8 Sinus duo, quibꝰ uaſa emulgētia inſerunt.
gh Cauæ uenę g, & arterię magnę h, caudices.
k Inteſtina petentium arteriarū radices.
lo Tunicā renū accedentiū uenarū exortus.
mn Vena & arteria utrinq́ renibꝰ tranſmiſſa.
qqr Vreteres qq, inſerti ubi r, in utraq́ ueſica.
tu Dextra ſeminalis uena, iuxta u exorta.
† Siniſtra ſeminalis uena.
α Arteriarum ſeminalium exortus.
β Peritonæo diſtributi ſurculi, à uenis tx.
δι Varicoſum uaſ, teſti iuxta ι implantatum.
ζ Teſtis ſua tunica adhuc inuolutus.
η Deferentis uaſis exortus η, deſcenſus ι.
ι Reuolutio huius uaſis ſurſum.
κλ Ductꝰ huius uaſis nerui inſtar, reflexusq́.
μ Coitus utriuſq; lateris neruorum dictorū.
ν Veſica, quæ in ſiniſtra fig. adaperta eſt.
ξ Receptacula ſeminis, in ſiniſtra figura aperta quoque.
ο Ceruix ueſicæ.
ρ Muſculus ueſicæ ſphincter.
στ Penem conſtituentia duo corpora.
υυ Vaſa penem ueſicæq́; ceruicem petentia.
Φ Meatus communis urinæ ſeminiq́: diſſectus quoq; in ſiniſtra figura.


I
II
III
IIII

Viſcera Vaſaq́ue uentris mulieris. Mamillæ. Vterus. Fœtus cũ Inuolucris.

¶ PRIMA *figura. Venter inferior mulieris, ab inteſtinis, relicto tamen meſenterio, inanitus.*

ABCD Peritonæi reflexi interior ſuperficies.
BB Tenuia inteſtina nectens meſenterij pars.
FF Membranę illius geminę inuicem diuulſæ, cũ uaſorũ & glandularum ſerie in ipſis.
GG
HH Coli dextram partem nectens meſenterij pars HH, & ſiniſtram I.
I
K Rectum inteſtinum, præſectum.
L Vteri fundum, à quo nihil auulſum eſt.
MN Teſtis mulieris dexter ſiniſterq́ue.
OO Membrana peritonæi, uterũ, ipſiusq́ue uaſa & teſtes dorſo nectens.
PP
RS Ceruix uteri membranis adhuc obducta.
T Veſicæ poſterior facies.
VX Vmbilicus, cum parte uenę umbilicalis X.
YZ&c Vrachos, arteriæq́ue umbilicales duæ Z &c.

¶ SECVNDA *figura. Venter idem: cuius uiſcera melius, membranis nonnullis amputatis, & oſsis pubis portione excisa, patent. Mamilla item mulieris excoriata.*

A Mamillarum uenæ humerariæ propagines.
B Venæ mamillarum, axillaris uenæ rami.
C Corpus mamillæ præcipuum.
DD Glandulæ, adepsq́ue corpori dicto adſtrata.
EFGH Peritonæum ſupra infraq́ue reflexum.
IK Vaſa ſub oſſe pectoris deſcendentia.
LMN Iecoris gibba L, cauaq́ue M N ſedes.
O Portæ uenæ caudex præſectus.
PQ Caua uena P, & magna arteria Q.
R Arteriæ uenam portæ comitantis radices.
SX Tunicam renis utrinq́ue petens uena.
YZ Renis dextri ſiniſtriq́ue anterior ſedes.
aab Vreter dexter, ad humil. ª a, à portione quę iuxta b ueſicæ adhuc adhæret, abſectus.
c Siniſter ureter, iuxta a ueſicæ inſertus.
dd Vena ſeminalis dextrum teſtem petens.
e Siniſtrum teſtem accedens uena ſeminalis.
f Ortus arteriarum ſeminalium.
gh Progreſſus utrinque harum arteriarum. Vteri ipſiusq́ue uaſorũ characteres e f g h i, idē quod in 4 fig. ubi repetunt, ſignificāt.
m Rectum inteſtinum à colo abſectum.
nA Veſicæ fundum, cui ureter ſiniſter, uenaq́ue ab uteri ceruice ducta, iuxta a inſeritur.
yA Ceruix ueſicæ, iuxta A pudendo inſerta.
x Vteri ceruicis pars ſupra pudendum.
* Carunculæ cuticulares pudendi, in quorũ medio rima, utrinq́ue uerò colles apparēt.
ſ Arteriæ meſenterij humilioris radix.
z Vena ſurſum ad abdomen à crure delata.

¶ TERTIA *figura. Vterus cum illi adnatis uaſis, membranis & ueſica è corpore reſectus: ceruice ipſius ut interiora ſpectarētur euerſa, ueſicaq́ue ſectione ob eandem cauſam aperta.*

A Fundum uteri.
BB Ceruix uteri extrorſum conuoluta.
CD Humillior uteri fundi pars, inſtar penis glandis in ceruicem ipſius protuberās, foramine tranſuerſo peruia.
EE Membrana uterum uaſaq́ue ipſius cōnectēs.
F Teſtis ſiniſter mulieris.
G Seminalis uena & arteria.
H Vteri fundum petens pars horum uaſorũ.
I Teſtes accedēs pars altera illorum uaſorũ. In horũ medio uas deferens cernitur.
K Tunica teſtis, cum implexu uaſorum.
L Veſicæ cauitas.
M Orificia in ueſicam urinariorum meatuũ.
N Vrinariorũ meatuũ fruſtula propendentia.

¶ QVARTA *figura. Vterus cum ipſius uaſis à nexu membranarum liber.*


a Seminale uas dextrum, ex uena & arteria conflatum.
b Peritonæo diſtributus ramus uaſis illius.
c Vteri fundum, cum illi adſtrata ceruice.
d Ceruicem uteri implicantia uaſa.
e Fundi uteri ramus, à uaſe ſeminali ꝓductꝰ.
f Vas deferens ſemen.
g Ramus ſeminalis uaſis, uas hoc ambiens.
hh Teſtes utrinq́ue mulieris.
ii Vas lumbrici inſtar ad uterum deductum.
* Pudendũ, in quod hoc uas utrinq́ue deſinit.

¶ QVINTA *fig. Vterus à uaſis liberatus, cuius fundũ diſſectũ apertũq́ue; ceruice adhuc occluſa eſt, rima uerò pudendi admodum dilatata exiſtit.*

AB Sinus fundi uteri.
CD Sutura ſinum dictum nonnihil diſtinguēs.
EE Subſtantia fundi uteri.
F Protuberantia uteri in ſinus medio.
G Orificium fundi uteri.
HH Tunica fundi uteri à peritonæo.
III Membranarum uterum alligātium portio.
KK Ceruicis u eri initium.
L Veſicæ ceruix uteri ceruici inſerta.
m Proceſſus clithoris, in ſummitate pudendi.
n Hymen uirginum, pudendiq́ue inæqualitas.
o Foramen pudendi in rima mulieris.

¶ SEXTA *fig. Vterus grauidꝰ diſſectꝰ, inuolucraq́ue cũ uaſis & fœtu quatuor tabulis proponuntur.*

ABCD Vterus adapertus.
ABCD Vteri partes quatuor diſſectæ & reflexæ.
E Caro exterlori inuolucro adnata.
FF Exterius fœtus inuolucrũ, utero incluſum.
G Ceruicis uteri pars.
H Vaſa uteri ceruicem amplexantia.
KK Exterius fœtus inuolucrũ, utero exemptũ.
III Carnea moles illi adnata.
LLL Exterius inuolucrum ádapertum, cum carne illius exteriori ſuperficiei adnata.
M Interior illius ſuperficies.
N Vas umbilicale.
OO Interius fœtus inuolucrum, adhuc integrũ.
PQR Exterioris inuolucri externa P, internaq́ue Q ſedes, cum carne R illi adnata.
ST Vaſorũ ſeries iuxta T in unũ uas collecta.
VV Exterior interioris inuolucri ſedes.
XX Interior eiuſdem ſedes.
Y Vas umbilicale fœtus umbilico inſertum.
Z Fœtus uti in utero iacet complicatus.


I
II
III
IIII
V
VI
42

Viscera uasáq; thoracis. Interſepientes membranæ. Pericardium. Cor, Pulmo.

¶ Prima *figura. Venter medius trunci corporis, coſtis in ſiniſtro latere à ſuis cartilaginibus diſſectis & effractis, occurrit, ipſiusq; membranæ interſepientes, & pulmo in conſpectum ueniunt.*

AA Cartilagines coſtarum, unà cum pectoris oſſe dextrorſum ſurſumq; tractæ.

BB Intercoſtales muſculi interualla cartilaginum opplentes.

CC Coſtarum à cartilaginibus AA diuiſarum oſſa.

DD Intercoſtales muſculi interualla oſsium adimplentes.

E Clauicula nuda in ſua ſede contenta.

F Vaſorum axillam perreptantium ſeries.

G Exterior iugularis denudata.

HH Interſepiens membrana ſiniſtra, quam etiã LMNO ſignificat.

II Septi tranſuerſi ſuperficies ſiniſtram thoracis ſedem reſpiciens.

K Connexus interſepientis membranæ ſiniſtræ cum ſepto.

L Protuberans ſedes, cordis cauſa, hic in ſiniſtro latere ſublacentis.

M Venæ ſub pectoris oſſe deorſum repentis portio in exortu.

N Arteria cum uena dicta procedens.

O Surculi uaſorum MN, ad interſepientes membranas.

PP Neruus per interſepientis membranæ ſiniſtram ſedem ad ſeptum delatus.

Q Vena quę cũ neruo ad ſeptũ quoq; deſcẽdit

RS TV Pulmo ſiniſtram thoracis cauitatis partem occupans: cuius gibba ſedes coſtis proxima RS, alia interſepientes reſpiciens TV notatur. Et lobum ipſius ſuperiorẽ RT, inferiorem SV oſtendit.

¶ Secunda *figura. Venter medius, in quo, cartilaginibus iam utrinq; à coſtis diſſectis, & ſurſum cum oſſe pectoris, ab interſepientibus membranis quoq; liberato, retractis, ea quæ prima figura continebat, melius apparent.*

AAA Pectoris oſsis unà cum cartilaginibus ipſi utrinq; commiſsis interna ſedes.

BC Venæ ſub pectoris oſſe utrinq; à iugulo ad abdomen uſq; excurrentes.

DE Arteriæ duæ uenas has concomitantes.

F Glandulæ in iugulo uaſis præfectæ.

GG Dextræ interſepientis membranę pars, quę pectoris oſsi connata fuerat.

H Superficies illius pulmonem ſpectans.

II Siniſtræ interſepientis pars, quæ pectoris oſsi connaſcebatur ante diuulſionem.

K Superficies illius pulmonem ſpectans.

LL Interuallum inter duas thoracem interdiuidentes membranas.

MM Protuberãs cordis cum ſuo inuolucro, inter interſepientes membranas latentis, regio.

NO Dextri pulmonis lobi duo, elatior N, humilior O, in gibba ſede.

PQ Siniſtri pulmonis lobi duo, ſuperior P, inferior Q, in gibba quoq; illius ſede.

RRS Septum tranſuerſum à pectoris oſsis cartilagine & reliquis illi adnatis liberatũ.

TV Cutis à thorace deorſum tracta & euerſa.

¶ Tertia *figura. Inuolucrum cordis, cor incluſum continens, pulmoq; cum ſepti tranſuerſi portione.*

A Venæ cauæ & arteriæ magnæ portio.

B Inuolucum cordis, hucuſq; circa cõnexum protenſum, pertinaciter hic adnaſcitur.

C Venulæ cordis inuolucri.

DE Baſis cordis ipſiusq; inuolucri.

F Mucro eorundem.

G Cõnex⁹ pericardij cũ ſepto, ſede ab F ad G.

H Septi tranſuerſi pars.

II Nerui ſepti tranſuerſi.

LMNO Pulmonis quatuor lobi.

¶ Qarta *figura. Cordis ipſiusq; uaſorum ab inuolucro detectorum anterior ſedes.*

ABB Inuolucrum cordis à uaſis iuxta A reſectũ, & à cordis ſede in latera ad BB reflexũ.

CDE Cordis anterior ſedes, cuius baſim CD, mucronem uerò E, indicant.

F Vena caua.

G Arterialis uena.

H Magna arteria.
Venalis arteria ſub corde latẽs nõ apparet.

I Dextra cordis auricula.

K Siniſtræ cordis auriculæ apex.

LL Vaſa, à uaſis cordis baſim cingentibus huc reflexa.

MNOP Pulmonis lobi quatuor.

Q Septi tranſuerſi pars.

¶ Qvinta *figura. Cordis à pericardio penitus liberati dextrum latus, ipſiusq; uaſa unà cum pulmone & ſepti parte.*

A Cordis dextrum latus.

B Auricula cordis dextra.

CD Vena caua ſeptũ permeans iuxta D, & dextro cordis uentriculo iuxta C continuata.

E Septi tranſuerſi pars.

F Vena caua iugulum petens.

G Venæ parIcarentis initium.

H Arteriæ magnæ caudex.

I Truncus illius qui deorſum cõtorquetur.


K Nerui ſiniſtri portio, à quo cordis neruul⁹ depromitur.


LMNO Pulmonis quatuor lobi.

P Vaſorũ pulmonẽ petentium aliqua ſeries.


II


I


III


IIII


V

Cor. Pulmo. Vasa cordis & pulmonis.

¶ Sexta *figura. Cordis finistrum latus, ipsiusq; uasa, cum pulmone & septi parte.*

ABC Cordis finistra & posterior nõnihil sedes.
D Vasa cordis basim cingentia.
E Rami ab his deorsum deriuati.
F Auricula finistra cordis.
G Arteria uenalis.
HH Distributio illius in finistrum pulmonem.
I Venæ arterialis principium.
K Sinister illius ab pulmonem ramus.
L Dexter, sub arteria magna reflexus.
M Auriculæ cordis dextræ apex.
NN Vena caua.
O Arteriæ magnæ caudex.
P Deorsum tendens truncus illius.
Q Axillam finistram petens illius ramus.
R S Sursum tendens arteriæ magnæ truncus.
T Axillam dextram petens illius ramus.
VX Soporariæ arteriæ ascendentes.
Y Asperæ arteriæ caudex.
a Dexter neruus 6 & 7 cõiugationis cerebri.
b Ramuli quibus recurrentem neruũ efficit.
c Dexter recurrens neruus.
d Sinister neruus 6 & 7 cõiugationis cerebri.
e Pulmoni finistro oblatus surculus rami *d*.
f Ramuli recurrentem neruum cõstituentes.
g Sinister recurrens neruus.
h Cordis basim adiens neruulus, rami *d*.
iklm Pulmonis quatuor lobi.
no Septum transuersum.

¶ Septima *figura. Cor, per dextrum uentriculũ & uenæ cauæ orificiũ dissectũ & deductũ.*

AB Venæ cauæ pars à septo ad iugulum.
CCC Orificium illius in dextrum cordis sinum.
DE Orificia ascendentis & descendentis uenæ cauæ partium.
F Auriculæ dextræ inuersæ rugæ.
G Coronalis uenæ initium.
HHH Circulus protuberans in cauæ orificio.
KLM Membranulæ tres orificio præfectæ.
NN Fibræ ab illis deorsum protensæ.
OO Carneæ partes quibus fibræ accrescunt.
P Sinus uenæ arterialis orificium spectans.
QR Portio cordis dextro uentriculo obtensa.

¶ Octava *figura. Cor idem quod septima figura proposuit, uerùm hic uenalis arteriæ orificium quoq; apertum est.*

AB Venæ cauæ & arteriæ magnæ portio.
CD Venæ arterialis orificium, & 3 ramorum ipsius.
EFG Membranæ tres orificio dicto præfectæ.
HH Septum uentriculorum cordis.
I Vna membranarum uenæ cauæ orificij.
K Auricula cordis dextra inuersa hic pendet.

¶ Nona *figura. Cor per finistrum uentriculum & uenalis arteriæ orificium dissectum, & diductum.*

A Arteriæ magnæ caudex.
B Venæ arterialis portio.
CC Arteriæ uenalis orificium.
DD Circulus protuberans in dicto orificio.
EF Membranæ duæ huic orificio præfectæ.
GG Fibræ à membranis deorsum ductæ.
HH Carneæ partes quibus fibræ accrescunt.
I Auricula cordis finistra, introrsum inuersa.
K Septum cordis uentriculorum.
L Sedes arteriæ magnæ orificium petens.
MM Portio cordis finistrũ uentriculũ ambiens.

¶ Decima *figura. Cor idem quod nona figura ostendit, sed interim arteriæ magnæ orificio simul dissecto, & dilatato.*

A Arteriæ magnæ orificium.
BCD Membranæ tres orificio huic præfectæ.
EF Coronalium arteriarum principia duo.
G Earundem portiones prominentes.
H Arteriæ uenalis orificium.
IK Membranæ duæ arteriæ uenalis orificij.
L Auricula cordis finistra inuersa.
M Fibræ membranis IK adnexæ.
N Carnea pars fibras dictas admittens.
O Venæ arteriosę portio.
PQ Cordis substantia finistrum finũ ambiens.
R Septum cordis uentriculorum.
SS Dura substãtia, quę brutis interdũ fit ossea.

¶ Vndecima *figura. Cor integrum per transuersum dissectum.*

ACD Vasorum cordis portiones.
BB Auricula cordis dextra finistraq;.
F Mucro cordis.
GOHH Ventriculus cordis dexter, finisterq;.
II Septum cordis uentriculorum.

¶ Duodecima *figura. Pulmonis anterior sedes, à qua cor cum membranis præfectũ est.*

AAB Stomachus AA, sub aspera arteria B.
CD Vena arterialis C, Arteria uenalis D.
EFGH Pulmonis quatuor lobi.
I Septum transuersum.

¶ Decimatertia *figura. Pulmonis posterior sedes gibba, thoracem respiciens.*

A Asperæ arterię portio.
BCDE Pulmonis quatuor lobi.


¶ Decimaqvarta *figura. Arteria uenalis denudata.*

H Orificium illius quo cordi connascitur.
I Tunica simplex arteriæ uenalis.
KL Diuisio illius in duos truncos.
MM Distributio illius per pulmonis corpus.


¶ Decimaqinta *figura. Vena arterialis.*

A 1,2,3 Orificium illius, & membranæ tres 1, 2 3 signatæ.
BC Tunica illius crassa B, & tenuis C externa.
DEF Diuisio illius in truncos duos E F.
GG Distributio illius per pulmonis substantiã.

VI




VII




VIII



IX



X




XI






XII



XIII



XIIII



XV



Caput, Caluaria, Meninges. Cerebrum. Callosum corpus.

¶ PRIMA *figura. Caput à collo inferiorcꝗ; maxilla liberum, in quo caluariæ insignis portio superior cū cute orbiculatim ab inferiore (sicuti ex duobus circulis patet) ablata est, & crassa membrana integra adhuc spectatur.*

AA Membranæ crassæ cerebri dextrum latus, dextram cerebri regionem ambiens.

BB Sinistrum eiusdem membranæ latus, cerebro sinistro obductum.

CCC Sinus tertius crassæ membranæ, secundum capitis longitudinem exporrectus.

DDD Ductus per crassæ cerebri membranę latera utrinꝗ; delati, tertia cerebri uena.

EE Alter, anteriorem crassæ membranæ sedem utrinꝗ; adiens, sexta cerebri uena.

FFF Venulæ, quæ caluariam perforantes, pericranio ab his maxime sedibus, rum alijs passim transmittuntur.

GGG Fibræ quibus crassa mēbrana per coronalem suturam pericranio nectitur.

HH Aliæ, quibus sagittalis sutura uiam offert.

II Aliæ, quas lambdois sutura transmittit.

K Tuberculum unum è pluribus, eorum quæ inæqualibus caluariç finibus a dnasci solent.

L Cauitas frontis ossis iuxta superciliorum sedem, hic sectione profundiore facta detecta.

¶ SECVNDA *figura. Caluariæ elatior pars, à reliquo capite primæ figuræ resecata, interiorem caluariæ superficiem, ab omni membranarum connexu liberam, ipsiusꝗ; interduas ipsius squamas cauitates exprimens.*

TTT Inscriptiones seu ductus, conuexi dimidiatæ uenæ instar, hic & passim in caluaria occurrentes.

ll Ductus tertij crassæ mēbranæ sinus, secundum caluariæ longitudinem quoꝗ; impressus.

ſ Foraminula manifestiora caluariā perforantia, posteriore præsertim hac sede.

Tr Coronalis sutura, in externa caluariæ sede, exactam suturæ compagem exprimens.

◊ Lambdois sutura caluariæ, seu obliqua.

ıı Sagittalis sutura caluariæ, seu recta.

¶ TERTIA *figura capitis. Crassa cerebri mēbrana, per sinus tertij lōgitudinē diuisa, & à portione ipsius sinū hūc cōtinēte, in longū utrinꝗ; amputata, rursumꝗ; transuersim dissecta, & ut tenuis membrana in cōspectum ueniret, ab ea deorsum detracta.*

AAA Processus crassæ mēbranæ cerebrum diuidentis superioris, lat⁹ exterius, caluariç attiguum, dissectum.

BB Sinus tertius crassæ cerebri membranæ apertus.

CC Orificia, uasorumúe initia, ex tertio crassæ membranæ sinu in tenuem membranam pertinentia.

DD Vasa ex sinu dicto in tenuem membranam propagata.

EEE Tenuis membrana cerebrum proximé inuestiens.

FFF Ductus uasaúe in tenui membrana, secundum cerebri inuolutionum seriem excurrentia.

GGG Propagines à ductibus crassæ membranæ latera percurrentibus, in tenuem membranam pertinentes.

HHH Crassæ membranæ portiones, à tenui membrana diuulsæ, & deorsum reflexæ.

¶ QVARTA *fig. capitis Cerebrū (tenui membrana ab illo auulsa, & cum crassa membrana detracta) denudatum, adeoꝗ; diductum, ut processus crassæ membranæ cerebrum diuidens, hic ab osseo septo liberatus & callosum corpus patcrent.*

AAA Dextra cerebri pars.

BBB Sinistra cerebri pars.

CCC Conuolutiones cerebri, seu anfractus, intestinorum modo contorti, passim occurrentes.

DDD Processus crassæ membranæ superior, cerebrum intercedens, sursum eleuatus.

EEE Vasa quæ ex tertio sinu in tenuem membranam dispergebantur, hic abrupta.

F Ductus per humiliorem sedem processus D excurrens, à quarto sinu progressus.

GGG Propagines dicti ductus, per dictum processum sursum dispersi.

HHH Surculi ab humiliori sede tertij sinus, in processum eundem deorsum propagati.

II Vasa quæ à quarto sinu in tenuem membranam ferebantur, hic unà cum membrana auulsæ.

K Initium uasis quod à quarto sinu pronatū, sub cameratio tertium uētriculum subit.

L Callosum cerebri corpus.

MM Sinus utrinꝗ; ad callosi corporis latera hic in sinistro latere notatur.

N Portio processus crassæ membranæ cerebrum dextrum à sinistro diuidentis, quæ septo olfactus organi connascitur, à reliquo dirempta.

OO Tenuis membranę portiones, à cerebro diuulsæ.

PP Crassæ membranę portiones, huc deorsum reflexæ.

I



II



III



IIII



Cerebrum. Callosum corpus. Septum. Cameratum. Plexus choroides. Vasa.

¶ QVINTA *figura capitis. Cerebrum membranis iam liberatum, à quo, sectione transuersim facta per uentriculos superiores, insignis portio adempta & inuersa à latere collocata est, uentriculos cerebri demonstrans.*

AAA BBB Cerebri portio, dextro sinistroq; latere tanta, quanta caluariæ, quæ à sectione in capite remansit, est amplitudo.

CCC Portionis cerebri, quæ sectionis serie à reliquo cerebro ablata fuit, & caluariæ seu tellam serra ademptam adimplebat, sinistra pars, resupina iacens.

DDD Lineæ seu diuisiones à cerebri anfractibus uarijs, hinc inde per substantiam illius.

EF Cinereus color cerebri substantiæ, extra lineas occurrentis.

GH Albus color cerebri substantiæ intra lineas existentis, punctisq; rubris notatæ.

III Callosum corpus, in latere utrinq; à cerebri substantia, cui continuabatur, dissectum.

KK Portiuncula callosi corporis, adhuc sinistræ cerebri parti, quæ adempta est, continua.

LL Ventriculus dexter cerebri.

MM Sinister cerebri uentriculus.

NN Superficies superior sinistri uentriculi, seu media pars à reliquo amputata.

OO Plexus choroides, cerebri uentriculos peruadens.

PP Venæ graciles à uasis plexum choroidem constituentibus deductæ, & uentriculorum substantiæ connatæ.

Q Aliæ, ab ijsdem uasis profectæ, & in tenuem membranā sub callosi corporis anteriore sede uariè excurrentes.

¶ SEXTA *figura capitis. Cerebrum idem quod quinta figura ostendit, nisi quòd callosum corpus hic anteriore sua sede à cerebro liberatū, ac dein septo uentriculorum diuulso in posteriora, ut cameratum cerneretur, reflexum est.*

AAA Dextra cerebri portio.

BBB Sinistra cerebri portio.

DEE Lineæ seu diuisiones, anfractuum causa.

EF Subcinerea cerebri substantia.

GH Alba cerebri substantia.

LL Dexter cerebri uentriculus.

MM Sinister cerebri uentriculus.

O Plexus choroides.

P Soboles huius plexus ad uentriculos.

Q Aliæ ad tenuem meningem.

RRR Callosi corporis in posteriora reflexi inferior superficies.

STV Camerati superior superficies, tresq; anguli ipsius, posteriores duo S T, anterior unus V, notati.

XX Septi uētriculos distinguētis inferior pars, camerato continua.

YY Superior septi commemorati pars, calloso corpori adnata.

¶ SEPTIMA *figura capitis. Cerebrum idem quod sexta demonstrat, in quo tamen cameratum anteriori sua sede à cerebro liberatum, sursum in posteriora retractum est, ut illius inferior pars & uasa in uentriculis posita detegerentur.*

AAA Camerati inferior superficies, tertij uentriculi superiorem efficiens sedem.

BC Anguli duo seu portiones camerati, quibus posteriori sede cerebro utrinque in uentriculo dextro sinistroq; continuatur.

DD Dexter uentriculus cerebri.

EE Sinister uentriculus cerebri.

FG Arteriæ, utrinq; per inferiorem posteriorem q; uentriculorum sedem, ad plexum choroidem efformandū conscendentes.

H Vas à quarto sinu prodiens, ac sub camerato in communem uentriculorum cauitatem admodum implexum properans.

I Diuisio uasis dicti in anteriore tertij uentriculi sede in duas portiones.

KL Reflexus huius uasis portionum utrinque, altera ad dextrum, altera ad sinistrum uentriculum.

MN Plexus choroides, ab arteria F G & uase H inuicem congressis, in dextro sinistroq; uentriculo constitutus.

OO Venulæ cerebri substantiæ obnatæ, à uasis plexum choroidem cōstituentibus productæ.

P Aliæ, ab hisce uenulis rursum dispersæ extra uentriculorum amplitudinē ad tenuem membranam.

Q Meatus à tertio uentriculo rectà decliuis ad peluim delatus.

RS Sinus seu canales leuiter insculpti utrinq; in uentriculorum substantia.




V



VI



VII



Craſſa membrana, Cerebrum, Cerebellum, Dorſalis medullæ initium, Glandula, Teſtes & Nates cerebri.

¶ OCTAVA *figura capitis. Cerebrũ, cuius portio quæ uentriculum dextrum ſiniſtrumq; efformabat, & cerebello incũbebat ablata eſt, uſq; à quarto ſinu ductum, à plexu choroide auulſum & ſurſum eleuatum eſt, ut tertius uentriculus & cerebellũ & craſſæ mẽbranæ ſinus, qui aperti hic ſunt, in cõſpicuo eſſent.*

AA BB Cerebri portiones, adhuc in caluariæ dextra ſiniſtraq; ſede reliquæ.

CCC Lineæ ſeu diuiſiones cerebri anfractuum, uerſus cerebri baſim.

DDD Cineritia cerebri ſubſtãtia, extra lineas dictas apparens.

EEE Alba cerebri ſubſtantia, lineis dictis circumſcripta.

FG Arteriæ ſoporalis portiones, hic abruptæ, ubi ſecundum poſteriorem uentriculorum ſedem ad plexum choroidem efformandum aſcendebant.

H Ventriculi tertij humilior ſedes diſtenta.

I Meatus tertij uentriculi, rectà deorſum ad peluim tendens.

K Poſterior tertij uentriculi ductus ſub cerebri teſtibus ad quartum uentriculum.

L Glandula pineiformis, cui uas uenoſum V reflexum. prius incubuerat.

MN Protuberantia cerebri utrinq;, quam teſtes & nates cerebri uocant.

OOO Proceſſus craſſæ membranæ inter cerebellum & cerebrum repoſitus, per quem ramuli à ſinibus producti excurrunt.

PP Primus ſeu dexter craſſæ membranæ ſinus.

QQ Secundus ſeu ſiniſter eiuſdem ſinus.

R Congreſſus omnium quatuor ſinuum, in unam cauitatem torcular dictam.

S Tertij ſinus craſſæ membranæ principium.

T Quartus ſinus craſſæ membranæ, ſimiliter atq; alij per ſectionem adapertus.

V Vas à quarto ſinu in cerebri uentriculos porrectum, reflexum, abruptumq;.

XX Cerebellum tenui mẽbrana adhuc intectũ.

Y Ductus à quarto ſinu in tenuem membranam, cerebello & teſtibus obductam.

ZZ Craſſæ membranæ connexus cum proceſſu auditus organi, in caluariam exuberãte.

¶ NONA *figura capitis. Cerebrum, cuius denuò portio aliqua ablata eſt, teſteq; diuiſi, ut tertij uentriculi poſterior ductus ad quartum cerneretur. Cerebellũ item à craſſa, qua obtegebatur, membrana denudatum.*

AB Cerebri portio reſidua.

CDE Lineæ, uariusq; cerebri color.

FG Arteriæ ſoporalis portiones.

H Anterior media pars tertij uentriculi.

I Meatus à dicta ſede ad peluim deſcendẽs.

L Poſterior media tertij uẽtriculi pars, quæ ſub portione hac cerebelli ad quartum deſcendit.

K Meat⁹ à ductu L ad priorẽ meatũ I delat⁹.

M Glandula pineiformis, ad latus depreſſa.

NO Teſtes exprimens huius portionis pars.

PQ Nates referens huius portionis pars.

RR Cerebellum tenui membrana inueſtitum.

SS TT Vaſa tenuẽ membranã implicãtia, à quibus ramuli ad arterias ſoporales deriuãtur.

VV Craſſa membrana à cerebello detracta.

XX Vaſa à craſſa membrana in tenuem ſparſa.

ZZ Nexus craſſę mẽbranę ad caluariã, hic nudã.

¶ DECIMA *figura capitis. Cerebellũ tenui membrana liberum, ac capite in faciem collocato, è caluaria deorſum ſupra cerebri portionẽ quæ remanſit protractum, modiceq; inuerſum, ut inferior ipſius ſuperficies, & quartus ſinus cernerentur.*

AA Cerebri portio in caluaria reliqua.

BCD Cerebelli tres partes.

E Proceſſus uermiformis poſterior.

FGH Dorſalis medullæ initium, cerebello iuxta F G connatũ, è caluaria ad H procidẽs.

I Ventriculi quarti potior pars, dorſali medullæ inſculpta.

O Apex quarti ſinus, calami mucroni ſimilis.

K Vaſa in cerebellum, à uaſis quæ in primum & ſecũdum ſinũ exhauriuntur, deducta.

L Alia, à craſſa membrana in tenuem ſparſa.

MN Neruorum par quintum & ſextum.

PQR Sinus poſterior caluariæ, cerebelli ſedes, quam craſſa membrana adhuc obducit.

ST Primus & ſecundus craſſæ mẽbranæ ſinus.

¶ VNDECIMA *figura capitis. Dorſalis medullæ initium, cum cerebri teſtibus, natibus & glandula pineiformi, à cerebro et cerebello, et parte illius extra caluariam ducta, abſecta.*

AA Partes dorſalis medullæ à cerebro ſectæ.

BC Tertij uentriculi pars ad quartum ſub teſtibus pertinens.

D Glans pineiformis, penem exprimens.

EG Teſtes, glandi tanquam peni adiacentes.

FH Nates à teſtibus linea diſtincti.

IK Sedes quib. medulla cerebello adnata erat.

LMN Ventriculi quarti pars in medulla inciſa.

O Mucro quarti uentriculi.

P Sedes qua dorſalis medulla caluariã exit.

¶ DVODECIMA *fig. capitis. Cerebellũ, à dorſali medulla auulſum, ſupinumq; iacens. Vermiformes item proceſſus ab alio cerebello reſecati, hicq; priuatim collocati.*

AB Latiores duæ partes cerebelli.

Cc Teres illi⁹ pars, anteriore poſterioreq; ſedę

DH Anterior illius proceſſus uermiformis.

dI Poſterior eiuſdem uermiformis proceſſus.

E Sinus quarti uentriculi partem efficiens.

GG Sedes quibus cerebellum dorſali medullæ continuabatur.

VIII



XI



X




IX







XII



Cerebrum, Crassa membrana, Olfactus Organa, Neruorum coniugationes, Vasa cerebri, Peluis & Glans.

¶ DECIMATERTIA *figura capitis, Cerebri portio, cerebello exempto, residua, eleuata nonnihil, & in posteriora aliquousque, ut olfactus organa detegerentur, reflexa.*

AA BB Cerebri dextra sinistraque pars, tenui meninge adhuc obuoluta.

C Dextrū olfactus organū, adhuc in sua sede.

D Sinistrum olfactus organum, unà cum cerebro in posteriora reflexum.

E Sinus sinistri olfactus organi, crassa membrana admodum perforata hic intectus.

F Vena sexta cerebri, hic in crassam membranam excurrens.

G Septum olfactus organi.

H Processus crassæ membranæ cerebrū diuidentis portio, septo adnexa.

II Mamillares processus duo cerebri.

K Vena quinta cerebri, per foramen secundi neruorum paris hic caluariam subiens.

LMN Sedes, cui tres portiones cerebelli, hic exemptæ, incumbebant.

OPQ Sinus dexter, sinister & medius crassæ cerebri membranæ.

¶ DECIMAQVARTA *figura capitis. Cerebri portio, quæ capite in occipitium collocato, in posteriora deorsum deflexa pēdet, ut olfactus organa, neruique uisorij, & maximi soporalis arteriæ rami conspicerentur.*

AA BB Cerebri dextra sinistraque pars, quam adhuc tenuis obtegit membrana.

CC Processus mamillares seu tubera cerebri.

DD Sinus olfactus organi utrinque.

E Septum, olfactus organi, sinus diuidens.

FF Impreßiones caluariæ, quibus mamillares processus congruunt.

GG Vena sexta cerebri, hic caluariam intrans.

H Vena quinta cerebri.

I Vas, uenæ instar à crassa in tenuem membranam excurrens.

K Ductuum principia, per latera crassæ membranæ dispersa.

LL Olfactus organa, hic unà cū cerebro deorsum reflexa.

M Coitus neruorum uisoriorum.

NO Nerui uisorij, dextrum sinistrumque petentes oculum.

P Arteriæ soporalis ramus, ad latus infundibuli, crassam membranam perforans.

Q Propago illius, uentriculum dextrū petens.

R Alia propago, tenuem membranam accedens.

S Peluis, cerebri pituitam excipiens.

¶ DECIMAQVINTA *figura. Neruorum coniugationes, à cerebri portione residua, ad lat(capite in sinistram aurē reclinato) reducta, prodeuntes. Caluariæ item basis, crassa membrana adhuc succincta.*

AA Cerebri modica pars, unà cū dorsalis medullæ initio.

BB Neruorum uisorio cum modica pars.

CC Peluis, cerebri pituitam excipiens.

D Meatus à tertio uentriculo ad peluim.

EF Arteriæ soporalis rami, dexter & sinister, iuxta peluim caluariam subeuntes.

G Secundum neruorum cerebri par.

H Gracilior radix tertij paris neruorum.

I Tertium neruorum cerebri par.

K Quartum neruorum cerebri par.

L Minor radix quinti neruorum paris.

M Quintum cerebri neruorum par.

NO Sexti & septimi neruorum paris principia ex multis surculis conflata.

¶ DECIMASEXTA *figura capitis. Caluariæ, crassa membrana adhuc obtectæ, portio, quà nerui uisorij, peluis, soporalesque arteriæ permeant.*

AB Neruorum uisoriorum portiones.

CD Arteriæ soporales utriusque lateris, quæ crassam membranam perforantes, partim in tenuem membranam, partim in uentriculos digeruntur.

E Peluis pituitæ, à tenui membrana omnino diuulsa propendens.

F Foramen crassæ membranæ, quo peluis infundibuli modo ex lato angustata, glandulam petit.

GG Secundi paris neruorum portiones.

¶ DECIMASEPTIMA *figura capitis. Glans peluim seu infundibulum excipiens, cum arteriarum soporalium portionibus, nuda hic conspiciuntur.*

A Glans peluim excipiens.

B Peluis pituitæ, flaccida hic dependens.

CC Arteriarum portio, quæ per caluariæ basin foramen obliquum obliquè fertur.


D Ramus arteriæ dictæ, in crassæ membranæ latus utrinque currens.

E Alter, per foramen proprium ad narium amplitudinem utrinque pertingens.

FF Integra arteria in dextro latere, in duos ramos secta, & cursum coiens, in sinistro latere, cum utrūque inueniatur, exprimitur.

G Portio arteriæ crassam membranam perreptās, & partim in tenuem membranā, partim uentriculos cerebri utcinque digesta.

H Propago alia, caluariam rursum egrediens, oculumque petens.


XIII


XIIII


XVI


XV


XVII

Oculus, illiusq; Tunicæ & Humores. Auditus organum.

¶ Prima *figura. Oculi membranarum & humorum, ad ueri oculi imitationem, per lineas ductas expreßio.*

a Cryſtallinus humor.
b Vitreus humor.
c Aqueus humor.
d Adnata tunica.
e Opaca pars craſſæ tunicæ.
f Vuea tunica.
g Retiformis tunica.
h Hyaloidis tunica.
i Cryſtalloidis tunica.
k Proceſſus ciliares uueæ tunicæ.
l Impreſsio uueæ, à craſſa tunica abſcedens.
m Cornea pars craſſæ tunicæ.
nn Muſculi oculi.
o Neruus uiſorius.
p Craſſa nerui membrana.
q Tenuis nerui membrana.

¶ Secunda *figura. Oculus integer cum ipſius muſculis è caluaria erutus, à palpebris tantum liberatus.*

¶ Tertia *figura. Oculi globi anterior ſedes.*

¶ Quarta *figura. Craſſa oculi tunica, cũ portione nerui optici.*

¶ Quinta *figura. Craſſa oculi tunica, transuerſa ſectione diuiſa.*

¶ Sexta *figura. Vuea tunica, cum portione nerui optici.*

¶ Septima *figura. Vueæ tunicæ inuerſæ interior ſuperficies.*

¶ Octava *figura. Retiformis tunica, cum nerui uiſorij ſubſtantia.*

¶ Nona *figura. Hyaloidis tunica.*

¶ Decima *figura. Proceſſus ciliares, per hyaloidis tunicæ anteriora radiatim ſparſi*

¶ Vndecima *figura. Cryſtalloidis tunica.*

¶ Duodecima *figura. Cryſtallinus humor, tunica adhuc intectus.*

¶ Decimtertia *figura. Cryſtallinus humor nudus, à latere poſitus.*

¶ Decimaquarta *figura. Cryſtallini humoris anterior ſedes.*

¶ Decimaquinta *figura. Humores tres oculi ſimul iuncti, aqueus, uitreus, & cryſtallinus obiter tantum adumbratus.*

¶ Decimasexta *figura. Vitreus humor, cryſtallinum continens.*

¶ Decimaseptima *figura. Vitrei humoris ſolius anterior ſedes.*


¶ Decimaoctava *figura. Aqueus humor, cryſtallino ſuperfuſus.*


¶ Decimanona *figura. Aquei humoris ſolius anterior ſedes.*


a 2 4,6, Neruus uiſorius, ſeu opticus. 7.
b 2,4,6 Tenuis neruum inueſtiens tunica.
c 2,4,5 Craſſa neruum obuoluens tunica.
ddd 2 Muſculi oculorum unius lateris.
ee 2,3 Adnatæ tunicæ pars, palpebris ſubtenſa.
* 2,3 Illius pars oculis expanſa, uenis intexta.
f 2,3 4,5 Fuſcum ſeu iris oculi, quã oculi albũ ambit.
g 2,3,4, Nigrum ſeu centrũ oculi, in medio iridis. 5.
h 2,3 Caruncula in interno oculi angulo.
i 2 3 Foramina lachrymarum.
k 4,5 Vaſa, per craſſam membranam diſperſa.
ll 5,6 Fibræ, quibus uuea tunica craſſæ nectitur.
mm 6 Impreſsio uueæ, qua à cornea abſcedit.
n 6,7 Foramen uueæ, ſeu pupilla.
o o 7 Proceſſuum ciliarium initia.
p 7 Principium uueæ, ex tenui tunica dilatata.
q 8 Amplitudo retiformis tunicæ, ultra mediũ oculi protenſa.
r 9 Sinus hyaloidis tunicæ, cryſtallinum humorem ſuſcipiens.
ſ 11,12 Latitudo cryſtalloidis tunicæ.
t 12, 13, 14,16,18 Pars cryſtallini humoris poſterior ſphærica in 12,13,18, anterior depreſſa in 14, 16 fig. notatur.
u 15,16 Amplitudo uitrei humoris.
x 15,18, Amplitudo aquei humoris. 19.
y 15 Sedes, qua uitreus humor ab aqueo, interueniente tunica hyaloidi, diſtinguitur.
z 15,18 Sedes, qua uuea in aqueo humore natat.
& 17 Cauitas uitrei humoris, quæ exempto cryſtallino humore remanſit.
9, 19 Cauitas aquei humoris, ob eandẽ cauſam.

¶ Vigesima *figura. Auditus organi uaſorum, membranarum, oßiculorum, foraminumq; delineatio.*

aa Aerem admittens meatus, foramen 1 auditus organi.
A Neruus auditorius quinti paris cerebri, bipartitus ubi foramen 4 auditus organi ſubit.
B bb Vena iugularis, cũ neruea portione, primã cauitatem auditus organi, per illius for. 2, iuxta b peruadens.
c c Arteria, auditus organum per illius for. 3 ſubiens, & neruus per idem for. elapſus.
C Eadem, extra auditus organum per for. illius 5 procidens.
dd Humilior nerui quinti paris portio, in ſecundam & tertiam cauitatem pertingẽs.
e e Elatior nerui quinti paris portio, per canalẽ anfractuoſum ad e uſq;, ubi elabitur, ductus.
f Tympanum auris primã cauitatẽ claudens.
g Oſsicula auditus tria, inuicem iuncta.
h Cauitas tertia, ſeu buccinũ auditus organi.
i Cauitas ſecunda, ſeu fodina, tribus cuniculis excurrens, auditus organi.
kl Canalis ſeu aqueductus, neruum & arteriã uehẽs, duob⁹ foraminibus kl ſe aperiẽs.


I


II


III


IIII


V


VI


VII


XI


XIII


VIII


X


XII


XIIII


IX



XVII


XVIII


XIX


XV


XVI




XX

Venæ cutaneæ corporis trunci & artuum.

FIGVRA hæc, *Corpus excoriatum integrum, ipsiusq; uenas sub cute, in capitis, colli, thoracis, uentris, brachij, pedisq; regione repentes, ex quibus aliæ secãtur, aliæ scarificantur, aliæ cucurbitulis adhibitis implentur, proponit.*

a Colli latera scandẽs uena insignis, simplex uel gemina, uociferantibus admodum tumens, estq; iugularis externa, quæ sine periculo uix secari potest, illius tamẽ rami per collum dispersi scarificantur.

Ab hac sub auriũ radice ramus os subiens, linguæ substernitur, ubi secari solet uena linguæ.

b Buccas & nasum peruadens ramus dictæ iugularis.

* Frontem perreptans uena, à ramo b, in cuius medio secari solet uena frontis.

c Tempora occipitiumq; percurrentes uenę, à iugulari externa.

d Colli posteriora implicans uena, humerariæ axillam perreptantis ramus.

e Humerum summum petens uena, ab eadẽ humeraria: Hic scarificatio fit.

f Mamillarum uenę, à uena summi humeri e, & axillaris ramo progressæ.

g Thoracem adeuntes uenulæ exiguæ, à substratis ramis emergentes, è quibus præcipuæ scarificantur in scapulis.

h Ventrem undiq; petentes uenulæ minimæ, à substratorũ musculorũ uenis ꝓgressæ.

i Inguina peruadens insignior uena, à crurali ascendente ad abdomen producta. Hæc in sectione herniæ sæpe uulneratur.

kk Lumbos & clunes implicantes uenæ, à uenis geniculatim iuxta lumbos prodeuntibus: Hæ in lumbis scarificantur, & secantur magis apparentes ex illis in quibusdam regionibus.

lll Brachij exterior uena, cephalica dicta, humeraria est, quę per humeri & cubiti exteriora, neruo comitata, perreptans, iuxta *l* sinistri brachij, relicto neruo, per posteriora brachij ad manus externam, sedem reflectitur. Hęc iuxta tuber elatius cubiti flexuræ secatur, tutius forte paulò humilius, ubi à neruo deflectit.

mn Cubiti media uena, mediana dicta, ex duabus uenis breuibus in cubiti flexura obliquè coeuntibus composita est, quarum elatior humerariæ ramus est, neruumq; comitem habet, humilior ab axillari sine neruo deducta, tutius secatur.

oo Brachij interior uena, hepatica dicta, axillaris est, quæ per humeri & cubiti interiora posterioraq;, comitata neruo, ad manum descendens, iuxta paruum digitum uicinis ramis miscetur. Hæc sub tubere humiliore cubiti flexuræ secatur.

pq Cubiti anteriores uenæ duæ, ab axillaris uenæ ramis o n profectæ, & per interiorem cubiti manusq; sedem unà cum neruis excurrentes, uariæq; commixtæ, quæ in exortu loco hepaticæ secantur.

rrr Cubiti communis uena, ex duobus ramis m n conflata, & ad cubiti exteriora primùm, mox posteriora, iuxta r sinistri brachij, ad manus externam sedem propagata, & uicinis uenis illic commixta. Hæc non secatur.

* int. Manus externæ uena, quæ sub pollice secatur cephalicę nomine, cum tamen ramus fit uenæ communis.

* ext. Manus externæ uena saluatella dicta, quæ sub minimo digito aperitur, hepaticæ uel lienaris uenę loco, ramusq; est eiusdẽ uenæ communis, & humerariæ huc repentis.

ſſſ Cruris uena interior, iuxta inguina emergens, & per interiora femoris & tibię ad pedem inferiorem excurrens, cui neruus toto ductu præponitur.

tt Cruris uena posterior, è media femoris longitudinis sede prosiliens, & per femoris posteriora, frequentius etiam tibiæ surã, pedis externum latus petens.

u Tibiæ uena exterior, per illius exteriora & pedis superiora propagata.

xx Tibiæ uena interior, per illius interiora, uersus posteriora tamen, ad pedem internum delata, neruo comitata. Hãc sub genu loco saphenæ secant.

y Pedis uena interna, à ramis uenæ dictæ x & prioris ſ cõflata, saphena dicta, quę sub interno malleolo secatur.

z Pedis uenæ superiores inulcem cõmixtæ, è quibus illa quæ pollici substrata est, ex uenis x & ſ quoq; procedens, cephalicæ nomine, nõ satis tuto tamen, cum neruũ præpositum habeat, secatur.

FINIS.



